CLOSE ROLLS

OF THE REIGN OF

HENRY III.

PRESERVED IN THE

PUBLIC RECORD OFFICE.

PRINTED UNDER THE SUPERINTENDENCE OF

THE DEPUTY KEEPER OF THE RECORDS.

A.D. 1247–1251

ISSUED BY AUTHORITY OF HIS MAJESTY'S PRINCIPAL SECRETARY OF STATE
FOR THE HOME DEPARTMENT.

LONDON:
PUBLISHED BY HIS MAJESTY'S STATIONERY OFFICE.

1922.

To be purchased through any Bookseller or directly from
H.M. STATIONERY OFFICE at the following addresses:
IMPERIAL HOUSE, KINGSWAY, LONDON, W.C.2, and
28, ABINGDON STREET, LONDON, S.W.1;
37, PETER STREET, MANCHESTER;
1, ST. ANDREW'S CRESCENT, CARDIFF;
23, FORTH STREET, EDINBURGH;
or from EASON AND SON, LTD., 40-41, LOWER SACKVILLE STREET, DUBLIN.

Price One Pound Ten Shillings Net.

CONTENTS.

	Page
Preface	v
Corrigenda	vi
Text	1
Index	569

Wt. 45388. 375. 4/22. H.T. Ltd.

PREFACE.

THE present volume continues the Edition of the Close Rolls of the reign of Henry III., of which the first volume (1227–1231) was published in 1902. The text has been prepared under the supervision of Mr. E. G. Atkinson, lately an Assistant Record Keeper. The Index has been compiled by Mr. A. E. Stamp, now Secretary of this Office.

H. C. MAXWELL LYTE.

Public Record Office.
23 *January*, 1922.

CORRIGENDA.

Page 237, line 6. *For* Halon *read* Halou.

,, 273, line 16. *For* Salt *read* Sale.

,, ,, line 2 from bottom. *For* Basil *read* Basilla.

,, 290, line 3 from bottom. *For* Edmund *read* Edward.

,, 361, line 2 from bottom. *For* Audredes' *read* Andredes'.

,, 363, line 6. *For* Nicholaum *read* Nicholaam.

,, 436, lines 7 and 8 from bottom. *For* B. Cant', archidiaconi *read* B. Cant', archiepiscopi.

,, 476, line 7. *For* Villanon *read* Villanou.

,, 493, line 16. *For* Wym' *read* Wymer.

,, 543, last line. *For* nostros *read* vestros.

,, 590, Index. Buteport *should be identified as* Beautiport [in Aylesbeare], co. Devon.

CLOSE ROLLS.

32 HENRY III.

1247.

Clause de anno regni domini Henrici regis filii regis Johannis tricesimo secundo.

[m. 18.] *Pro Ricardo de Grey et Bartholomeo de Waudevill'.*—Rex perdonavit Ricardo de Grey et Bartholomeo de Vaudevill' transgressionem quam fecerunt capiendo unum damum infra metas foreste regis Essex' sine licencia regis ; et mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Essex' quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium xxviij. die Octobris.

De servientibus missis in Hyberniam.—Rex mittit xx. servientes ad arma ad morandum in Hybernia quamdiu justiciario Hybernie viderit quod comodo regis expediat ; et mandatum est eidem justiciario quod a die Veneris proxima ante festum apostolorum Simonis et Jude cuilibet eorum singulis diebus xij. denarios habere faciat ad stipendia sua, quamdiu moram fecerint ibidem in servicio regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Rading'.—Rex perdonavit Ricardo de Rading' j. marcam (de usura *cancelled*) de debito in quo tenebatur Joceo de Basingstok' ; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse [faciant. Teste ut supra *cancelled*], et eandem marcam eidem Joceo in debito quod regi [nobis *cancelled*] debet allocari faciant. Teste ut supra.

De busca invenienda in castro de Windleshour'.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod faciat habere Petro de Geneve sictam (*sic*) buscam in foresta de Windes' de veteribus roboribus folia non ferentibus, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi poterit racionabiliter, quantum necesse fuerit ad ardendum in castro de Windes'. Teste ut supra.

Pro comite Cornubie.—Mandatum est custodi foreste de Chipenham quod in eadem foresta faciat habere R. comiti Cornubie x. damos et xx. damas vivos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gerardo ingeniatore.—Mandatum est custodi foreste de Porecestria quod faciat habere Magistro Girardo ingeniatori x. fusta ad se melius hospitandum, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis carriandis.—Mandatum est ballivis Sutht' quod de xii. doliis vini, que misisse debuerant usque Westmonasterium, cariari

1247.

faciant v. dolia usque Gudeford, ij. usque Oxoniam, et v. usque Wudestok'. Teste ut supra.

Pro comite Cornubie.—Mandatum est custodi foreste de Cipenham quod in eadem foresta faciat habere R. comiti Cornubie xv. fusta, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xxxj. die Octobris.

Memorandum in rotulo finium de seisina facienda Galfrido de Bakepuz de quibusdam terris que sunt de hereditate uxoris sue.

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum est senescallo foreste in comitatu Norht' quod faciat habere Roberto Passelewe x. quercus ad edificia sua de Brampton' in balliva sua ubi viderit expedire, de dono regis. Teste [ut supra *cancelled*] rege apud Westmonasterium ij. die Novembris.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est camerario regis Lond' quod de vinis Wasconie que nuper applicuerunt London' faciat habere Willelmo de Valencia vj. dolia vini carianda usque Hertford'. Teste ut supra.

Pro fratribus de Monte Karmeli.—Rex vicecomiti Cantebrigie, salutem. Quia audivimus per inquisicionem quam a te fieri fecimus quod fere ad nullum nocumentum ville nostre de Cestreton' erit si fratres de Monte Carmeli receptentur et maneant in eadem [et maneant *cancelled*], concessimus eis et licenciam dedimus quod domum de ordine suo construere possint in eadem villa, tibi precipientes quod nullum eis inferas vel inferri permittas impedimentum quominus remaneant in eadem, dummodo non vergat in majus nocumentum ville quam predictum est. Teste [me *cancelled*] ut supra.

Pro Henrico le Charet'.—Henricus le Charet' de Ivelcestria, captus et detentus in prisona regis Ivelcestrie pro morte Thome de Sowy, unde rettatus est, traditur in ballium per litteras directas vicecomiti Sumers' quia etc. Teste ut supra.

Pro Margeria filia et altera heredum Willelmi le Rus.—Mandatum est Henrico de Wingeham quod portionem manerii de Walsshal' Margeriam filiam et alteram heredum Willelmi le Rus contingentem propinquioribus heredibus ipsius liberari faciat, cum custodia ejusdem manerii ad regem non pertineat, eo quod [custodia *cancelled*] manerium illud tenuit de rege ad feodi firmam. Teste rege apud Westmonasterium, iij. die Novembris.

De municione castrorum de Gannoc et de Dissard de frumento.—Mandatum est vicecomiti Notingh' quod permittat homines Johannis de Grey, justiciarii Cestrie, emere in comitatu Notingh' ccl. quarteria frumenti et in comitatu Derb' c. et l. quarteria frumenti ad municionem castrorum de Gannoc et Dissard facta legali pacacione ; et vicecomiti Salop' et Staff' cccc. quarteria frumenti, et vicecomiti Lancastrie cc. quarteria frumenti. Teste me ipso apud Windles' vj. die Novembris.

1247.

Pro Ricardo de Grey.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta de Shirewod' faciat habere Ricardo de Grey quatuor damas contra festum Sancti Nicholai, de dono regis. Teste ut supra.

Pro heredibus Johannis Byset.—Rex concessit filiabus et heredibus Johannis Byset quod, cum nichil teneant de hereditate Thome Basset, non distringantur ad reddendum regi debita que idem Thomas regi debebat, set quod heredes dicti Thome pro toto dicto debito distringantur; et mandatum est baronibus de Scaccario quod heredes dicti Johannis inde quietas esse faciant, et heredes predicti Thome pro dicto debito distringant. Teste ut supra.

Pro David' de Orpinton' de extenta.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum etc. extendi faciant terram David de Orpinton' in Orpinton' et Begheham, que est vadium Peytevin' filii Slem', Isaac de Suwerc et Elye Blundi, Judeorum nostrorum Lond', videlicet quantum valeat in dominicis etc.; et facta extenta predicta secundum valorem terre predicte, et quantitatem debiti in quo tenetur, predictis Judeis racionabilem finem et racionabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro Hugone Dispensario.—Mandatum est R. de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere Hugoni Dispensario xl. quercus in foresta de Shirewod' ad se hospitandum, de dono regis, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possunt. Teste ut supra.

Pro Cristiana que fuit uxor Petri le Clerk.—Quia satis constat regi quod nichil ad regem pertinet de bonis et catallis que Cristiana que fuit uxor Petri le Clerc habet in terra de Foxcot', cujus custodiam predictus Petrus emerat a Mauricio de Berkel', nec eciam adhuc determinatum est in curia nostra si custodia illa ad regem debeat pertinere, mandatum est vicecomiti Sumers' quod omnia predicta bona et catalla ipsius Cristiane ei sine ullo retenemento deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Lamberto de Lege.—Mandatum est vicecomitibus Lond' et custodi gaiole sue de Flet' quod Lambertum de Lege, captum et detentum in prisona de Flet' pro transgressione quam regi fecit, et unde regi satisfecit, a predicta prisona sine dilacione faciant deliberari. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est Roberto Passelewe et sociis suis proximo itineraturis ad, placita foreste in comitatu Wygornie quod cartam regis de libertatibus quas rex concessit abbati et monachis Westmonasteriensibus coram eis legi, et singulos articulos in ea contentos, eciam si forte aliquibus libertatibus eis per cartam illam concessis prius usi non fuerint firmiter eis teneri faciant in itinere predicto. Teste rege apud Windles' x. die Novembris.

Pro A. comitissa Leic' et Pembr'.—Mandatum est camerario London' quod permittat A. comitissam Leic' et Pembr', sororem regis,

1247.

sine aliquo impedimento habere quater viginti dolia vini que emi fecit ad opus suum de Emerico Durant, mercatore, et que nuper applicuerunt London'. Teste ut supra.

De pauperibus pascendis et cereis faciendis.—Rex W. de Haverhull', thesaurario suo, et Eadwardo filio Odonis dat in mandatis quod die Sancti Eadmundi Confessoris pasci faciant pauperes in magna aula Westmonasterii sicut facere consueverunt, et quod faciant fieri contra eundem diem unum cereum de c. libris cere, et poni in capella ejusdem Sancti apud Westmonasterium, et alium cereum de mille libris cere in magna ecclesia Westmonasterii, et monachos Westmonasterienses eodem die sollempniter cantare et divina celebrare in honore dicti Confessoris, et ipsis monachis pictanciam (*sic*) eodem die sicut consueverunt habere faciant. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est Henrico de Wengham quod si quid captum fuerit ad opus regis de terris que fuerunt Alicie Harang' et Osberti Giffard, quarum custodiam rex concessit Radulfo filio Nicholai per finem quem inde fecit cum rege postquam rex concesserat ei custodiam illam, id integre eidem Radulfo restitui faciat. Teste rege apud Windles' xij. die Novembris.

De villa Oxonie capta in manum regis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod capiat in manum regis villam Oxonie et eam salvo custodiat ad opus regis; ita quod maior et homines ejusdem ville nullam inde habeant administracionem, donec a rege aliud habuit preceptum, propter transgressionem quam homines ejusdem ville intulerunt Aymaro, fratri regis, in eadem villa in scolis moranti. Teste rege apud Keninton', xiiij. die Novembris.

De damis capiendis ad opus regis.—Mandatum est custodi parci de Guldeford' quod permittat Robertum de Stopham et Robertum de Admundestrop, vadlettos regis, capere quatuor damas ad opus regis in eodem parco. Teste ut supra.

De parco de Wudestok' custodiendo.—Mandatum est Willelmo de Sancto Audoeno, ballivo de Wudestok', quod bene et salvo custodiri faciat parcum regis de Wudestok', ita quod nullus transitum faciat per medium ejusdem parci nisi R. comes Cornubie, si forte illuc ipsum venire contingat. Domos eciam et fontes regis ita decenter preparari faciat ut in adventum regis ad partes illas non inveniat aliquid indecens vel male sedens quod rex sue neggligencie (*sic*) merito debeat imputare. Teste ut supra.

Pro Bidalo Coifer, mercatore Burdegale.—Rex concessit Bidalo Coifer, mercatori Burdegale, quod de liij. doliis vini que per Petrum Coyfer misit in Angliam a prisa regis, sit hac vice quietus; et mandatum est camerario suo London' quod ipsum inde quietum esse faciat. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Novembris.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est probis hominibus de Beynford' et de Isendon' quod de instauro regis quod habent in custodia

1247.

sua, simul et de exitibus ejusdem instauri et omnibus aliis proventibus et perquisitis eorundem maneriorum, de quibus non responderunt ad Scaccarium regis post hoc festum Sancti Michaelis proximo preteritum, respondentes sint Willelmo de Valencia, cui rex illa concessit de dono suo. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis regis de Hertford' quod de exitibus ville regis de Hertford', qui penes eos sunt, et quos perceperunt a festo Sancti Michaelis anno etc. xxxj°. usque nunc, respondeant Willelmo de Valencia custodi regis et ville regis Hertford'. Teste ut supra.

Pro Tudero filio Edenevet.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie, quod non impediat Tuderum filium Edenevet quominus gaudeat pacifica possessione hereditatis uxoris sue in terra nostra Wallie que est in balliva sua. Teste ut supra.

Pro Petro Kayllou.—Mandatum est camerario regis London' quod non impediat Petrum Cayllou, civem regis Burdegale, quominus faciat commodum suum de lx. doliis vini que habet in quadam navi in London', salvis regi debitis consuetudinibus regis de vinis contentis in eadem navi. Teste ut supra.

Pro vicecomite de Frunciaco.—Mandatum est Waltero de Arundell' quod de consuetudinibus civitatis Burdegale faciat habere R. vicecomiti de Frunciaco c. libras sterlingorum de termino Omnium Sanctorum anno etc. xxxij°. de annuo feodo suo centum librarum. Teste rege apud Westmonasterium xviij°. die Novembris. [*Cancelled.*] *Non habuit et redditum fuit breve.*

Pro Bartholomeo le Bigod.—Mandatum est W. de Haverhull', camerario suo, quod de vinis regis faciat habere Bartholomeo le Bigod unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Drogone de Barentyn.—Rex concessit per cartam suam Drogoni de Barentyn illas x. libratas terre cum pertinenciis in insula de Geres', quas Emericus de Buche tenuit de ballio regis in villa de Rossel' ad vitam suam de terris Normannorum, habendas et tenendas eidem Drogoni et heredibus suis donec terra regis Anglie et terra Normannorum sint communes, vel illas x. libratas terre reddiderimus rectis heredibus per voluntatem vel per pacem, faciendo inde regi et heredibus suis servicium inde debitum ; et mandatum est ballivo de Geres' quod de predicta terra predicto Drogoni plenam seisinam habere faciat sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Agnete que fuit uxor Ricardi de Bella Fago.—Rex rogavit R. Passel' ut porcionem terre quam Agnes que fuit uxor Ricardi de Bella Fago tenuit in Waterpir' et Ledehal', de terris que fuerunt ipsius Ricardi, quondam viri sui, eidem Agneti non nomine dotis set ex gracia faciat habere, tenendam de ipso Roberto tota vita ipsius Agnetis, qui (*sic*) de gracia hoc rex concessit ; et mandatum est vicecomiti Oxonie quod porcionem predictam predicte Agneti faciat assignari, tenendam de predicto Roberto ad vitam predicte

1247.

Agnetis, ita quod tota terra predicta post mortem predicte Agnetis predicto Roberto, cui rex totam terram quam predictus Ricardus tenuit in predictis villis dedit tamquam escaetam suam de terris Normannorum, quieta et integra revertatur. Teste ut supra.

Pro Rustano de Solio.—Rex concessit Rustano de Solio, civi Burdegale, quod quietus sit de prisa regis quo ad xl. dolia vini sui que nuper venerunt London'; et mandatum est camerario London' quod permittat homines suos ducentes vina illa ea sine impedimento vendere cui voluerint. Teste ut supra.

Pro Geraudo de Burgo.—Mandatum est Waltero de Arundell' quod de consuetudinibus civitatis regis Burdegale faciat habere Geraudo de Burgo xx. libras sterlingorum de termino Omnium Sanctorum anno etc. xxxij°. de annuo feodo suo xx. librarum. Teste ut supra.

[m. 17.] *Pro Johanne le Moyne.*—Mandatum est vicecomiti Lincolnie quod si Johannes le Moyne, captus et detentus in prisona regis Lincolnie pro receptamento latronum, unde rettatus est, invenerit ei xij. liberos et legales homines de comitatu suo qui eum manucapiant habere coram justiciariis nostris ad primam assisam cum in partes illas venerint, ad respondendum de receptamento predicto, tunc ipsum Johannem tradat in ballium illis xij^cim^, sicut predictum est etc. Teste rege apud Westmonasterium, xix° die Novembris.

Pro attylliatore balistarum de Windles'.—Mandatum est constabulario de Windles' quod attylliatori balistarum regis moranti in castro predicto inveniat baculas ad balistas et alia que necessaria sunt ad officium suum. Et cum rex sciverit custum, breve suum de Allocate ei inde habere faciet. Teste ut supra.

Pro Petro de Harestan.—Mandatum est vicecomiti Dereb' quod non distringat Petrum de Harestan' ad se militem faciendum nisi habeat xx. libratas terre. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Cumberl' quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus eligi faciat unum coronatorem loco Ricardi de Levington', quondam coronatoris regis ejusdem comitatus, qui debilis est et senio confectus, provisurus quod talis eligatur et preficiatur coronator regis loco ipsius Ricardi qui prestito sacramento quod hiis que ad coronam regis pertinent fideliter intendat, et melius sciat, possit et velit officio coronatoris intendere, et nomen ejus regi scire faciat. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Novembris.

Pro Ricardo de Levington'.—Quia Ricardus de Levinton' senio confectus est et debilior solito, mandatum est vicecomiti Cumberl' quod non ponat eum in juratas, assisas vel recogniciones, quia rex vult ei in hac parte deferri. Teste ut supra.

Pro Willelmo Bloet.—Rex concessit Willelmo Bloet quod non ponatur in assisis, juratis vel recognicionibus quamdiu fuerit de familia

1247.

regis ; et mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod quamdiu idem Willelmus fuerit de familia regis non ponat eum in juratas, assisas vel recogniciones. Teste ut supra.

Pro M. comitissa Linc' et Pembr'.—Mandatum est R. Passel' et sociis suis justiciariis itinerantibus ad placita foreste quod demandam, quam faciunt M. comitisse Linc' et Pembr' et hominibus suis de Inteberg' de essartis factis in predicto manerio de Inteberg' et de libertatibus spectantibus ad idem manerium, ponant in respectum usque ad octabas Purificacionis Beate Marie anno etc. xxxij°. Teste ut supra.

Mandatum est magistro milicie Templi in Francia quod habere faciat domino Gauthero de Chastilon' simul et semel quadringentas libras sterlingorum. Et rex vult ei teneri in solucione c. librarum sterlingorum singulis annis ei sine dilacione facienda donec predicte quadringente libre ei plene persolvantur. Teste rege apud Westmonasterium xxj. die Novembris. [*Cancelled,*] *quia alibi in rotulo patencium.*

Pro Gauthero de Sancto Paulo.—Mandatum est B. de Crioyl, constabulario Dovor', quod inquirat quantum Gautherus de Sancto Paulo posuerit in passagio suo et militum suorum in veniendo in Angliam, et illud eidem Gauthero reddi faciat, et custum similiter quod idem G. faciat in passagio suo in eundo ad partes suas acquietet. Et cum rex sciverit custum utriusque passagii, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est camerario Lond' quod permittat Willelmum de Valencia habere lxiij. dolia vini de navi Rustani Ruffardi, salva regi de vinis residuis ejusdem navis prisa regi debita et consueta. Teste ut supra.

De damis capiendis ad opus regis.—Mandatum est custodi foreste de Bradene quod permittat Willelmum Luvel et Warnerum Luvel, venatores regis, capere in foresta regis de Braden' xl. damas ad opus regis. Teste ut supra.

Pro P. Peyvre.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod partem regis que regem contingit de terra que fuit Eustachii de Greynvill' in Stanburn' cum omnibus pertinenciis suis quando terra predicta partita fuerit inter regem et predictum Eustachium, secundum breve regis de judicio ei inde directum, P. Peyvre, senescallo regis, cui partem inde regem contingentem concessit rex, sine difficultate habere et assignari faciat. Teste [*unfinished*].

Pro hospitali de Ospreng'.—Quia domum illam cum pertinenciis in parochia Sancte Marie de Colechirch' in civitate nostra London', quam rex emi fecit ab heredibus Isaac, Judei Norwic', dedit in puram et perpetuam elemosinam hospitali de Ospring' et pauperibus in eodem hospitali degentibus, mandatum est baronibus de Scaccario quod eandem domum cum pertinenciis ab omni exactione debitorum que regi debuit idem Isaac quietam esse faciant, et requirantur debita illa decetero ab aliis domibus redditibus et catallis que fuerunt ejusdem

1247.

Isaac que in manibus Judeorum sunt, quia rex vult domum illam cum pertinenciis, que elemosina regis est, penitus esse immunem. Teste ut supra.

Pro Gauthero de Chastyllun.—Mandatum est B. de Crioil, constabulario Dovor', quod cum Gautherus de Chastillun venerit Dovor', introducat eum in castrum Dovor', et ei ostendat castrum predictum faceto modo, ita quod nobilitas castri exponatur ei, et nullos in eo videat defectus ; faciat eciam eidem Gauthero habere liberum ingressum in parcum regis de Elham ad capiendum in eo duas damas vel tres, de dono regis, et hoc scire faciat custodi ejusdem parci ex parte regis. Teste rege apud Merton', xxiij. die Novembris.

Et mandatum est eidem Gauthero per litteras regis quod castrum illud videat, et quid de eo visum fuerit regi rescribat. Teste ut supra.

Pro Petro de Cutures.—Mandatum est Drogoni de Barentyn, senescallo Wasconie, quod de exitibus terre sue Wasconie faciat habere Petro de Cutures, militi regis, xx. marcas ad unum equum emendum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Fortunet' de Luk' et uxore que fuit Reymevot'.—Mandatum est camerario London' quod permittat Fortunet' de Luk' et uxorem que fuit Reymevot', quondam fratris sui, facere comodum suum de l. doliis vini que ipsi habent London', salva regi debita prisa sua de navi in qua vina illa continentur. Teste ut supra.

Pro Roberto le Norreis.—Rex camerario suo London', salutem. Mandamus vobis quod de vinis nostris que sunt in custodia vestra faciatis habere Roberto le Norreis unum dolium vini, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Petronilla de Thoeny.—Mandatum est Johanni de Monemue quod restitui faciat integre Petronille de Thoeny omnia utensilia et vasa que dicta Petronilla reliquid (*sic*) in castro predicto tempore quo castrum predictum reddidit domino regi, et rex eidem Johanni commisit custodiam castri predicti. Teste ut supra.

De tradendis in ballium.—Quia rex accepit per inquisicionem quam a vicecomite Essex' fieri precepit quod Petrus Beauchef et Johanna uxor, ejus, capti et detenti in prisona regis de Colecestria pro morte cujusdam hominis occisi inventi apud Purl', unde rettatus (*sic*) fuit, rettatus (*sic*) est de morte illa odio et atya, et non eo quod inde culpabilis sit (*sic*), mandatum est vicecomiti Essex' quod ipsos Petrum et Johannam ponat per ballium xij. etc. usque ad adventum justiciariorum, et quod habeat ibi nomina predictorum xij^{cim} et hoc breve. Teste etc. Teste rege (*sic*) apud Merton' xxvj. die Novembris.

De moneta.—Rex vicecomiti Warr' et Leic', salutem. Meminimus nos alias tibi precepisse quod non permitteres monetam aliquam tonsam in balliva tua currere, quod tamen, ut audivimus, permisisti hucusque

1247.

hujusmodi precepto nostro non obstante, unde non immerito mirari possumus et moveri, et ideo tibi precipimus iterato quod, sicut te ipsum et omnia tua diligis, per totam ballivam tuam clamari et firmiter inhiberi facias ex parte nostra ne aliqua hujusmodi moneta currat in balliva tua a tempore quo hoc clamari feceris et prohiberi; immo si aliqua moneta tonsa currens inveniatur inposterum ipsam de precepto nostro facias penetrari. Omnes eciam quos cambitores hujus monete inveneris arrestari facias per corpora sua, ita quod eos habeas ad mandatum nostrum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Wiltes', Middelsex' et omnibus vicecomitibus citra Trentam, exceptis vicecomitibus Hereford' et Salop' et Stafford'.

Pro comite Cornubie.—Quia R. comes Cornubie, frater regis, non fecit talliari dominica sua quando rex assideri fecit tallagium super dominica sua, mandatum est vicecomiti Sussex' quod de omnibus maneriis ipsius fratris regis, que fuerunt dominica regis in balliva vicecomitis Sussex', racionabile tallagium ei habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Hertford' de maneriis ipsius comitis que fuerunt ipsius domini regis dominica in balliva sua, et vicecomitibus Berk', Wiltes', Sumers', Devon', Sussex', Essex', Linc'.

Pro Johanne de Dunton'.—Rex concessit Johanni de Dunton', sumetario suo, unum denarium per diem, quem Emericus de Rupella percipere consuevit apud Wintoniam de elemosina regis constituta; et mandatum est baronibus de Scaccario quod elemosinam ipsam ipsi Johanni habere faciant. Teste ut supra.

De hominibus captis cariandis.—Mandatum est ballivis Wygornie quod illos duos homines, quos nuper ceperunt cum falsa moneta, liberent vicecomiti Wygornie, cui rex precepit quod eos sub salva custodia mittat usque London', liberandos ibidem custodi gaiole de Newgat'. Teste ut supra.

Et mandatum est custodi gaiole de Newgat' quod ipsos recipiat et in prisona sua salvo custodiat. Teste ut supra.

De parco de Clarendon'.—Mandatum est custodi domorum regis de Clarendon' quod palicium parci regis de Clarendon' in locis diversis ita perforari et frangi faciat quod bestie possint de foresta regis ibidem in eundem parcum intrare, ita quod in proximo adventu regis ibidem in eundem parcum feras capiendo possit spaciari. Teste rege apud Merton' xxv. die Novembris.

De deysio faciendo.—Mandatum est Magistro David, carpentario suo, quod visis litteris eat usque Luttegareshal' ad faciendum ibidem magnum deysium regis. Teste ut supra.

De vinis regis liberandis.—Mandatum est Ricardo de Prisa et Benedicto Azon' quod de vinis regis que ceperunt ad opus regis apud Suhampton', et sunt in custodia sua, liberent ballivis regis Suhampton'

1247.

centum quatuor viginti et xj. dolia vini, carianda quo rex eis injunxerit. Teste rege apud Guldeford' xxx. die Novembris.

Pro priorissa de Bromhal'.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod illos xij. denarios quos rex aliquando percipere consuevit de tribus acris terre in Suninghull', quas rex dedit per cartam suam priorisse et monialibus de Bromhal' in puram et perpetuam elemosinam, predicte priorisse decetero habere faciat, et quod permittat ipsam priorissam decetero quietam esse de pannagio de propriis porcis suis, quia rex quietanciam illam per cartam suam ei concessit. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est W. de Haverhull', camerario suo, quod capi faciat ad opus regis sexcies viginti et quatuor dolia vini, et illa liberet vicecomitibus Lond', carianda quo rex eis injunxit. Teste ut supra.

Pro custode hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Oxoniam quod de vinis regis que primo venient apud Oxoniam faciat habere custodi hospitalis regis Sancti Johannis extra portam orientalem unum dolium vini ad celebracionem missarum, et ad opus infirmorum ejusdem hospitalis. Teste rege apud Guldeford' primo die Decembris.

De allece liberando.—Mandatum est Johanni le Bon et hominibus suis ducentibus allec' regis de Gernemut' quod de c. et x. lastis allec' quos rex precepit cariari usque London', et de quibus liberati sunt lardario regis xxv. lasti, Petro de London' et Rogero de Lardar', quos rex mittit propter hoc ad ipsos, liberent xxv. lastos, ponendos infra Turrim regis Lond' ad staurum lardarii regis, et residuum ipsius allec', videlicet lx. lastos, fratri Rogero, elemosinario regis, ponendos apud Novum Templum Lond' ad elemosinam regis. Teste ut supra.

Pro uxore Willelmi de Gardinis.—Mandatum est constabulario et custodibus vinorum regis Suhampton' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere uxori Willelmi de Gardinis unum dolium vini de prisa, de dono regis. Teste ut supra.

Pro heredibus Willelmi le Rus.—Mandatum est Henrico de Wengham quod catalla que fuerunt Willelmi le Rus, et que cepit in manum regis pro debitis que idem Willelmus regi debebat, liberari faciat heredibus ipsius Willelmi sub eodem precio quo ea alii cuicumque dimitteret, ita quod nullius favor precium illud diminuat, ad respondendum regi de predicto precio in partem solucionis predicti debiti unde regi tenentur respondere ; et si quid de catallis illis fuerit distractum, illud eis faciat liberari. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Thome de Sanford' et Roberto de Crepping'. Teste ut supra.

[m. 16.] *De tradendis per ballium.*—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod si Johannes le Cupere et Walterus filii (*sic*) ejus, capti et detenti in prisona regis apud Braye pro transgressione foreste de Windles',

1247.

invenerint ei xii. liberos et legales homines qui eos manucapiant habendos coram justiciariis ad placita foreste assignatis, cum in partes illas venerint, ad standum inde recto si quis etc. tunc, accepta ab eis securitate de j. marca ad opus regis, tradat in ballium illis xij, sicut predictum est. Teste rege apud Guld' ij°. die Decembris.

Pro Petro de Chastillun et Michaele de Podio.—Mandatum est Drogoni de Barentin, senescallo Wasconie, quod de exitibus terre Wasconie faciat habere Petro de Chastilun x. libras et iij. solidos, et Michaeli de Podio vj. libras et xvj. solidos, quos rex eis debet de arreragiis stipendiorum suorum, et eis faciat liberari stipendia sua cum ad ipsum venerint, sicut melius viderit expedire. Teste ut supra.

De execucione testamenti Radulfi Dayrel.—Mandatum est Henrico de Wengham et choescaetori suo in comitatu Norhampton' quod permittant executores testamenti Radulfi Dayrel liberam habere administracionem de bonis et catallis que fuerunt ipsius Radulfi, accepta ab eis securitate quod regi satisfaciant de debitis sine dilacione, si que regi debuit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex concessit Willelmo de Valencia custodiam terrarum que fuerunt Roberti de Vendeval in comitatibus Norff', Suff' et Kancie, tenendam quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus predictis quod de custodia predictarum terrarum eidem Willelmo plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Rading' iiij. die Decembris.

[*In margin.*] Postea mandatum est vicecomiti Kancie quod habere faciat eidem W. seisinam de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Roberti in Flete et Morhall'.

Pro Engeramo de Fednes.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Engeramo de Fednes, se tercio militum, robas contra Natale, sicut ceteris militibus de familia regis. Teste ut supra.

Pro burgensibus Bristoll'.—Mandatum est R. Passelewe et sociis suis quod demandam, quam faciunt burgensibus regis Bristolli tangentem libertatem suam de boscis qui sunt extra eundem burgum, ponant in respectum usque ad festum Beati Eadwardi, ut rex tunc per ipsos certificari possit, utrum libertatem quam petunt de jure habere debeant, nec ne. Teste ut supra.

Pro hominibus de Darnhal'.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod de districtione quam facit hominibus de Darnhal' eis pacem habere faciat donec rex secum habuerit colloquium, accepta ab eis annua firma quinque marcarum, quam de eodem manerio reddere consueverunt. Teste ut supra.

De damis capiendis ad opus domini regis.—Mandatum est Willelmo de Cantilupo quod capi faciat in parco de Brugeswalter xxv. damas

1247.

ad opus regis, et eas liberet vicecomiti Sumers', cariandas usque Westmonasterium contra festum Beati Eadwardi; et quod capiat quinque damas ad opus suum proprium in eodem parco, de dono regis. Teste rege apud Sandelford' vj. die Decembris.

Et mandatum est custodi parci predicti quod ipsum permittat ipsos (*sic*) in eo capere. Teste ut supra.

De quodam cuneo liberando monachis Sancti (*sic*).—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario suo, Edwardo de Westmonasterio et Willelmo Hardell', quod liberent monachis Sancti Edmundi quendam cuneum nove incisionis ad fabricandum *interim* argentum suum, sicut de jure consueverunt et facere debent, salvis regi in omnibus libertatibus et dignitatibus corone regis que ad cuneum pertinere dinoscuntur. Teste rege apud Merleberge vj. die Decembris.

Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod monachis de Sancto Edmundo qui venturi sunt ad eum cum litteris regis pro quodam cuneo habere faciat xij. obolos de Muz, de dono regis, quia rex vult quod conjungantur feretro beati Edmundi martiris, quia rex ibi non fuit hoc anno. Teste ut supra.

De quingentis marcis et de aliis.—Mandatum est Eadwardo de Westmonasterio quod d. marcas, de quibus rex significavit, et de quibus rex alias ei mandavit, quod eas ei habere faceret citra festum Natalis Domini, a civibus regis London' regi modis omnibus ante festum predictum una cum aliis claris debitis habere faciat, et sepius de statu Scaccarii sui regi certificet; cophinum etiam regis magnum continentem ornamenta capelle sue, una cum longo cophino continente vasa sua et duas cistaridas regis, ad regem mittat citra festum predictum usque Wintoniam, et cum rex sciverit custum vecture, illud faciet acquietari. Teste ut supra.

Pro Arnaldo Cotin.—Rex concessit Arnaldo Cotin custodiam terre et heredis Johannis le Rus, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem heredis predicti; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Wiltes' quod de custodia predicta plenam ei seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

De liberacione robarum contra Natale.—Quia P. Chaceporc, custos garderobe regis, adpresens vacare non potest propter mortem Ricardi de Clifford' ad liberacionem robarum de garderoba regis faciendam: mandatum est Willelmo Hardel quod liberacioni robarum illarum contra hoc Natale una cum Willelmo de Plessetis intendat, liberacionem illam hac die Lune vel die Martis incipiendo; mittat etiam ad regem usque Wintoniam contra idem festum duo vel tria lecta decentia una cum duobus co-opertoriis de scarletto; uno scilicet ad opus regis, et uno ad opus regine. Teste ut supra.

De execucione testamenti Roberti Doynel.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Wiltes' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Roberti Duynel de debitis, si qua (*sic*) idem Robertus regi debuit, regi reddendis, ipsos executores

1247.

plenam administracionem omnium bonorum que fuerunt ipsius Roberti habere permittant, ad execucionem testamenti sui faciendam. Et si qua forte de bonis et catallis hiis receperint, eis sine ullo retenemento eis (*sic*) reddi faciant. Teste rege apud Merleberge vij. die Decembris.

Pro Petro de Sabaudia.—Mandatum est custodi parci de Pettewurth' quod faciat habere Petro de Sabaudia in predicto parco quinque damos et decem damas vivos, de dono regis. Teste ut supra.

De execucione testamenti Johannis Ruffi.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Wiltes' quod, accepta bona et sufficienti securitate ab executoribus testamenti Johannis Ruffi de debitis regis ad Scaccarium reddendis, si que regi ab eodem Johanne debebantur, tunc eisdem executoribus de bonis et catallis que fuerunt ipsius Johannis et que ceperunt in manum regis, liberam administracionem habere faciant ad execucionem testamenti ipsius defuncti faciendam. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Dors' de catallis et bonis que fuerunt ipsius Johannis. Teste ut supra.

Pro uxore Roberti le Norreys.—Mandatum est Willelmo Hardel et Willelmo de Plessetis quod habere faciant uxori Roberti le Norreis unam robam de bono et pulcro panno, scilicet tunicam supertunicam pallium et capam cum furruris decentibus et penula pulcra. Teste ut supra.

Pro Bernardo de Villonne.—Mandatum est eisdem quod liberari faciant latori presencium unam robam ad opus uxoris Bernardi de Villonne, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Alienora que fuit uxor Johannis de Pabbeham.—Mandatum est vicecomiti Bed' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Johannis de Pabeham in balliva sua Alienore que fuit uxor ejusdem Johannis racionabilem dotem suam sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Hereford' de octo solidis redditus que fuerunt ipsius Johannis in balliva sua. Teste ut supra.

De execucione testamenti ipsius Johannis.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Bed' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Johannis de Pabeham quod regi respondebunt de debito, si quod regi debuit, permittant ipsos habere liberam administracionem de bonis et catallis que fuerunt ipsius Johannis ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Tharent'.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampton' quod de vinis regis que sunt in custodia sua habere faciant abbatisse de Tharent' unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Merleberge viij. die Decembris.

Pro Pavia Snawball' et Roberto filio Alicie.—Rex cepit homagium Pavie Snawball' et Roberti filii Alicie de omnibus terris et tenementis

1247.

que fuerunt Sapiencie de Bochardeby, que de rege tenuit in capite, cujus heredes ipsi sunt, et que ipsos hereditarie contingunt, et de quibus ipsa Sapiencia fuit seisita ut de feodo die qua obiit. Et mandatum est R. de Crepping' et coexcaetori suo comitatus Cumb' quod eisdem Pavie et Roberto de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Sapiencie in Bochardeby, que ipsos hereditarie contingunt et de quibus ipsa Sapiencia fuit seisita ut de feodo die qua obiit, sine dilacione plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia et militibus suis.—Mandatum est W. Hardel et W. de Plessetis quod liberari faciant Willelmo de Valencia robam integram et robas ad opus novem militum de familia sua et necessaria ad duas milites faciendos die Natalis Domini ; et Galfrido de Lezinan, fratri regis, robam integram et robas ad opus duorum militum suorum et necessaria ad duos milites faciendos eodem die ; et Seguro de Castro Novo, consanguineo regis, robam integram et robam uni militi et socio suo ; et Willelmo de Muntreuel robam integram et robam uni militi et socio suo. Teste ut supra.

Pro Alienora que fuit uxor Johannis de Pabbeham.—Mandatum est Johanni de Lessinton' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Johannis de Pabbeham, et que fuerunt in custodia regis eo quod predictus Johannes tenuit de rege in capite, et quorum custodiam rex ei dedit, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem heredum predicti Johannis, habere faciat Alienore que fuit uxor ipsius Johannis racionabilem dotem suam. Teste ut supra.

Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Bed' quod de omnibus terris et tenementis que hereditarie contingunt Alienoram que fuit uxor Johannis de Pabbeham ei seisinam habere faciant, quia dominus rex cepit homagium ejus. Teste ut supra.

Pro Aleisia, sorore regis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod liberari faciat tribus armigeris et ix. garcionibus Alesye, sororis regis, duobus armigeris et viij. garcionibus Johanne de Valencia, robas contra Natale, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Lexinton'.—Rex dedit Johanni de Lexinton', senescallo suo, custodiam terre et heredum Johannis de Pabbeham, qui de rege tenuit in capite, usque ad legitimam etatem ipsorum heredum una cum maritagio eorundem heredum et maritagio Alienore que fuit uxor ipsius Johannis, ita quod non possit se maritare sine licencia ipsius Johannis magis quam posset sine licencia regis, si rex custodiam predictam retinuisset in manu sua. Et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Bed' quod eidem Johanni, vel certo nuncio suo has litteras deferenti, de omnibus terris et tenementis que predictus Johannes tenuit tam de rege in capite quam de quibuscumque aliis in balliva sua, de quibus fuit seisitus ut de feodo die qua obiit, plenam seisinam et predictos heredes habere faciant. Teste ut supra.

Pro Michaele et Adam hostiariis regis.—Mandatum est W. Hardel' et W. de Plessetis quod faciant habere Michaeli et Ade, hostiariis aule

1247.

regis, robas contra Natale Domini, de dono regis, eo quod Ricardus de Clifford', dominus eorum, mortuus est. Teste ut supra.

Pro Petro de Culturis.—Rex Willelmo Hardell' et Willelmo de Plessetis, salutem. Mandamus vobis quod habere faciatis Petro de Culturis robam contra instans festum Natalis Domini, de dono nostro. Teste rege apud Lutegareshall' xj. die Decembris.

Pro Willelmo de Valencia.—Quia rex recolit se mandasse W. Hardel et W. de Plessetis quod habere facerent duobus vadlettis Willelmi de Valencia necessaria ad miliciam suam contra Natale, adhuc dat in mandatis eisdem quod tercio vadletto suo necessaria inveniant ad miliciam suam contra idem festum. Teste ut supra.

De bobus et porcis liberandis.—Mandatum est Rogero de Lardario quod de lardario habere faciat Eadwardo, filio regis, xx. boves et x. porcos. Teste ut supra.

Pro Eadwardo filio regis.—Mandatum est Eadwardo de Westmonasterio quod habere faciat Eadwardo filio suo xx. marcas ubicumque eas perquirere debeat, et sine mora mitti faciat usque Windles', ita tamen quod non capiantur de denariis quas rex levari precepit de promisso ei facto a civibus Lond' ad providencias faciendas ad opus ipsius contra Natale. Teste ut supra.

Pro militibus Willelmi de Valencia.—Mandatum est W. Hardell' et Willelmo de Plessetis quod habere faciant Elye de Lavern', Hugoni de Prissay, Simoni de Prissay, Stephano de Spinet' et Imberto Guidon', militibus Willelmi de Valencia, robas cum penulis de bissis contra Natale. Teste ut supra.

Pro servientibus domini regis.—Mandatum est eisdem quod habere faciant Philippo de Castro Novo et Johanni de Turnay robas ad triginta et duos servientes ad arma, de speciali dono regis, quia pauperes sunt. Teste ut supra.

[m. 15.] *Pro Rogero Aliz et aliis militibus domini regis.*—Mandatum est eisdem quod liberari faciant Rogero Aliz, Magistro Nicholao de Vian', Philippo Gacelin, et Waltero de Neuport, clerico de Cancellaria, robas, do dono regis, et illi que fuit uxor Reymundi de Luk' robam qualem percipere consuevit. Teste rege apud Clarendon' xij. die Decembris.

Pro Roberto de Muscegros.—Mandatum est ballivo de Gillingham quod de vinis regis que sunt in custodia sua, nisi forte ea vendiderit, faciat habere Roberto de Muscegros unum dolium vini de prestito, ita quod unum dolium reddat pro alio. Teste ut supra.

Pro senescallis et marescallis domini regis.—Mandatum est W. Hardel et W. de Plessetis quod faciant habere omnibus senescallis regis robas integras de bono scarletto, videlicet, tunicas supertunicas et pallia cum bonis furruris et bonis penulis ; faciant habere eciam omnibus marescallis regis robas de scarletto, sicut habere consueverunt. Teste ut supra.

1247.

Pro priorissa de Hegham.—Rex electioni facte de Johanna, sanctimoniale de Hegham, in priorissam ejusdem domus, regium adhibuit assensum et favorem; et quia ipsa debilis est et pauper, mandatum est Henrico de Wengham et coexcaetori suo in comitatu Kancie quod capiant ab ea fidelitatem ad opus domini regis, qua capta, faciant ei habere plenam seisinam de omnibus terris et possessionibus ad ipsam priorissam spectantibus. Teste ut supra.

Pro Gwidone de Lezinan et militibus suis.—Mandatum est W. Hardel et W. de Plessetis quod liberari faciant Gwidoni de Lezinan, fratri regis, robam integram, et quatuor militibus suis et uni clerico robas, de dono nostro, contra Natale. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Fortibus.—Mandatum est eisdem quod liberari faciant Willelmo de Fortibus, se tercio militum, Hugoni de Vivon' juniori, se altero, Radulfo de Albiniaco, se tercio, et sorori Petri Ferandi, robas contra Natale, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Philippo de Andour'.—Quia constat regi per inquisicionem etc. quod Philippus de Andour', appellatus de morte cujusdam infantis abortivi, appellatus est de morte illa odio et atya, et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est vicecomiti Wiltes' quod ipsum Philippum tradat in ballium. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est W. Hardell' et W. de Plessetis quod habere faciant Magistro Henrico de Campeden', Rogero de la Legh' et Johanni de Cycestria, clericis regis, robas integras, videlicet tunicam supertunicam et pallium cum furruris competentibus et penulis de bissis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Warenn'.—Mandatum est eisdem quod liberari faciant Johanni de Warenn' duas robas contra Natale preter numerum illarum quas habere consuevit de gracia nostra. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Wanek'.—Willelmus le Wanek', captus et detentus in prisona pro morte Alexandri le Forester, habet breve quod ponatur in ballium usque ad adventum justiciariorum, et dirigitur breve vicecomiti Berk'. Teste ut supra.

Pro Philippo Gacelin.—Mandatum est W. Hardel et W. de Plessetis quod liberari faciant Philippo Gacelin unam robam contra instans festum Natalis cum rubeis bissis, sicut uni militum de familia regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est custodi foreste de Dene quod in eadem foresta habere faciat Willelmo de Valencia x. carettatas virgarum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Emerico de Sacy et uxore ejus.—Mandatum est W. Hardel et W. de Plessetis quod liberari faciant Emerico de Sacy et uxori ejus robas integras contra Natale, de dono regis. Teste rege apud Merleberge xv. die Decembris.

1247.

Pro Bernardo de Bruce.—Mandatum est eisdem quod habere faciant Bernardo de Bruce unam robam, de dono regis. Teste ut supra.

De hominibus replegiatis.—Rex audivit Ricardum Huppehull' et Willelmum Scad, pro consensu malefactoribus regis adhibito, captos esse et in prisona regis in castro regis Sar' per aliquod tempus detentos : et quia rex non vult aliquos pro foresta regis morte condempnari vel ultra qualitatem delicti sui corporaliter cruciari, mandatum est R. Passel' quod, accepta ab eisdem pro transgressione sua satisfaccione condigna, ipsos a prisona regis faciat deliberari. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lezinan.—Mandatum est W. Hardel et W. de Plessetis quod habere faciant Galfrido de Leizinan, fratri regis, robam integram, et quatuor militibus suis et duodecim armigeris suis robas contra Natale. Teste rege apud Clarendon' xvj. die Decembris.

Pro Stephano de Huylac'.—Mandatum est eisdem quod habere faciant Stephano de Huylac' unam robam, de dono regis, contra Natale. Teste ut supra.

Pro Eadwardo filio regis.—Mandatum est Warnero Luvel quod de venacione regis quam habet in custodia sua liberari faciat vicecomiti regis Wiltes' x. damas, cui rex precepit quod eas cariari faciat usque Windles', ad opus Edwardi filii sui contra instans Natale Domini. Teste rege apud Clarendon' xviij. die Decembris.

Pro Ricardo de Funtenay.—Mandatum est W. Hardel et W. de Plessetis quod habere faciant Ricardo de Funtenay robam contra Natale, sicut uni de militibus regis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Nicholao Gule.—Nicholaus Gule, captus et detentus in prisona regis apud Abbendon' pro morte Ricardi filii Johannis Kary, unde rettatus est, habet breve vicecomiti Berk' quod ponatur per ballium usque adventum justiciariorum. Teste ut supra.

Pro Eustachio de la Ferte.—Mandatum est W. de Plessetis et W. Hardel quod habere faciant Eustachio de la Ferte unam robam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro comite Essex' et Heref'.—Mandatum est custodi foreste de Dene quod in predicta foresta habere faciat H. de Boiun, comiti Essex' et Heref', sex damas, de dono regis. Teste ut supra.

De clareto faciendo.—Mandatum est custodibus vinorum regis Wintonie quod de melioribus vinis regis liberent Magistro Henrico de Campeden' quantum viderit necessarium ad pocula regis contra Natale, prout rex ei injunxit facienda. Teste ut supra.

Pro Aymaro Wyger'.—Mandatum est W. Hardell' et W. de Plessetis quod habere faciant Aymaro Wyger' unam robam, de dono regis. Teste ut supra.

1247.

Pro fratribus minoribus Sar'.—Mandatum est custodi foreste de Clarendon' quod in foresta regis de Clarendon' faciat habere fratribus minoribus Sar' tria robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Waltero Bek'.—Mandatum est W. Hardel et W. de Plessetis quod faciant habere Waltero Bek' unam robam contra Natale, de dono regis. Teste ut supra.

Pro quodam istrione.—Mandatum est eisdem quod habere faciant Alemanno, istrioni Galfridi de Lezinan, unam robam. Teste ut supra.

Pro Margareta uxore Rembaldi de Montibus.—Rex audivit quod, mortuo Rembaldo de Montibus, Robertus de Crepping' totam terram quam ipse tenuit de hereditate Margarete uxoris ejus simul cum terra sua propria in manum regis cepit ; et mandatum est predicto Roberto quod de tota hereditate predicte Margarete eidem seisinam sine dilacione habere faciat. Et si quid inde ceperit, id ei restituat. Et de terris que fuerunt predicti Rembaldi eidem Margarete racionabilem dotem suam sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

Pro Magistro Fortoni de Tharent'.—Mandatum est W. Hardel et W. de Plessetis quod de panno tali qualem habuit R. de Sotindon* habere faciant Magistro Fortoni de Tharent' robam integram cum penula de bissis et furrura competenti, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' xx. die Decembris.

Pro Henrico de Ferley et Nigello de Freimantell'.—Mandatum est eisdem quod habere faciant Henrico de Ferley robam, et Nigello de Freymauntel robam integram, quia senex est, contra Natale, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Hugone de Bussay.—Hugo de Bussay habet respectum de se milite faciendo usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxxij°. Teste ut supra.

Pro Engeramo de Fenes et sociis suis.—Mandatum est W. Hardell' et W. de Plessetis quod Engeramo de Fenes robam integram de bono et pulcro panno cum pulcra penula bissina et furrura competenti, et sociis suis, videlicet Willelmo de Aundr' robam de bono panno cum penula bissina, et Willelmo de Sancto Martino robam cum penula rubei bissi, sine dilacione faciant habere, de dono regis. Teste ut supra.

De robis pauperum.—Mandatum est eisdem quod sine dilacione mittant usque Windles' xv. tunicas ad opus xv. pauperum ad mandatum Edwardi filii regis in vigilia Natalis Domini faciendas. Et hoc nullo modo omittant. Teste ut supra.

De cereis faciendis et pauperibus pascendis.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario suo, et Edwardo de Westmonasterio quod fieri faciant magnum cereum de mille libris et poni in monasterio Beati Edwardi, et alium cereum de c. libris et poni in capella Beati Stephani, et

1247.

quendam cereum de c. libris et poni in capella Beati Johannis, et singulis diebus a die Natalis domini usque ad diem Circumcisionis comprisis illis duabus diebus impleri faciant magnam aulam regis de pauperibus et eos pasci. Teste ut supra.

De execucione testamenti episcopi Bathoniensis.—Mandatum est H. de Wengham, custodi episcopatus Bathoniensis, quod permittat executores testamenti R. quondam Bathoniensis episcopi, liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti episcopi ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis prius sufficienti securitate quod de primis bonis regi satisfacient de debitis, si que debuit regi idem episcopus. Teste rege apud Wintoniam xxvij. die Decembris.

Pro Henrico de Dadinton' et Roberto de Covel'.—Rex perdonavit Henrico de Dadinton' et Roberto de Covel' sectam pacis sue que ad regem pertinet pro morte Roberti le Boner [Willelmi le Custurer *cancelled*], unde rettati sunt, et firmam pacem suam eis, inde concessit ita quod regnum regis exeant citra festum Purificacionis Beate Marie, vel habitum relligionis infra idem tempus suscipiant. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ipsos a prisona regis deliberari faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus Oxonie.—Mandatum est custodi foreste de Brehull' quod in foresta regis de Brehull' faciat habere Fratribus Predicatoribus Oxonie x. quercus ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Ros, justiciario suo foreste, quod permittat vicecomitem regis Eboraci capere maeremium in foresta regis de Langwaz ad quandam cameram de novo faciendam ultra portam castri regis Eboraci, per talliam inter ipsum vicecomitem et forestarium ejusdem foreste factam de numero quercuum. Teste ut supra.

Quia aliter in rotulo finium.—Rex concessit Amicie, comitisse Devon', quod terra Henrici Trenchard, quam ipsa comitissa ad terminum cepit vij. annorum, termino incipiente ad terminum Sancti Michaelis anno etc. xxxj°, non distringatur pro aliquibus debitis Judeorum, quamdiu terminus duraverit memoratus, nisi convenerit inter ipsos comitissam et Henricum quod ipsum acquietare debeat de Judaismo. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Roberto de Agnis.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit quod Robertus de Agnis frater et propinquior heres est Radulfi de Agnis, et quod idem Radulfus obiit ad fidem regis, mandatum est Henrico de Wengham et choescaetori suo in comitatu Suff' quod de terra, de qua predictus Radulfus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, et quam ceperunt in manum regis tamquam escaetam regis de terris Normannorum, predicto Roberto plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

[m. 14.] *Pro Roberto de Ho.*—Rex perdonavit Roberto de Ho transgressionem de escapio quorundam prisonium qui fuerunt in custodia sua

1247. in gaiola regis Wintonie anno etc. xxxj°. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod de custodia ejusdem gaiole, que capta erat in manum regis occasione predicta, ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne Mansell', preposito Beverlaci.—Mandatum est ballivo de Clarendon' quod faciat habere Johanni Maunsell', preposito Beverlaci, xl. quercus in bosco regis de Melzet, de dono regis, ad maeremium aptas. Teste ut supra.

De pingmento faciendo.—Mandatum est custodibus vinorum regis London' quod liberent Roberto de Monte Pessulano xxx. sextaria vini ad pigmenta et alios potus preciosos conficiendos ad opus regis contra instans festum Sancti Eadwardi. Teste rege apud Wintoniam xxviij. die Decembris.

Pro priore de Monasterio Ederoso.—Mandatum est ballivo de Clarendon quod faciat habere priori de Monasterio Ederoso unum robur ad focum suum, et xv. carettatas clausture ad curiam suam claudendam; et incluse apud Bretford' unum robur, ad focum suum in foresta de Clarendon', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est Thome de Stanford' et Roberto de Crepping' quod omnes exitus et proventus quos receperint ad opus regis de terris [que fuerunt *cancelled*] Walteri de Lindes', unius heredum Willelmi de Lancastria, qui infra etatem est et in custodia regis, postquam rex dederat custodiam terrarum illarum Willelmo de Valencia, fratri suo, ei sine dilacione habere faciant. Teste ut supra.

Mandatum est Walleramo Teutonico quod omnes exitus et proventus quos ad opus regis recepit tam de Castro Godrici quam de terris que fuerunt Roberti de Ponte Arch', postquam castrum illud et terram illam rex dederat W. de Valencia, fratri suo, ei sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Rex vicecomiti Glouc', salutem. Precipimus tibi quod in pleno comitatu tuo et per assensum ejusdem comitatus loco Radulfi de Redlegh', quondam coronatoris nostri in eodem comitatu, qui mortuus est, eligi facias alium coronatorem qui, prestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciat et conservat (*sic*) ea que ad coronam nostram pertinent, una cum aliis coronatoribus nostris in comitatu predicto. Et talem eum ad hoc eligi facias qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus nobis scire facias. Teste ut supra.

De bissis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Philippum et Ricardum de Candover', venatores suos, usque forestam de Graveling' ad capiendum in ea x. bissas ad opus regis: et mandatum est Willelmo de Horsenden' quod ipsos ad hoc admittat, et consilium et auxilium ad hoc impendat. Teste ut supra.

Pro Aymaro de Lezinan.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampton' quod faciant habere Aymaro de Lezinan, fratri

1247.

regis, quatuor dolia vini, de dono regis, et ea liberent ballivis regis Suhampton', carianda usque Oxoniam. Teste ut supra.

Et mandatum est ballivis Suhampton' quod faciant habere eidem Aymaro sex dolia vini ad forum regis et ad denarios predicti Aymari, et ipsos cariari faciant similiter usque Oxoniam ad denarios ipsius. Teste ut supra.

Pro Willelmo Talemasch' et Jacobo fratre ejus.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod si Willelmus Talemasch' et Jacobus frater ejus, capti et detenti in prisona regis Wintonie pro transgressione foreste, invenerint ei xij. liberos et legales homines de comitatu suo, qui eos manucapiant habere coram justiciariis regis ad placita foreste, cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, tunc ipsos tradat in ballium illis xij. etc. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Chiselden' et Matillide uxore ejus.—Nicholaus de Chiselden' et Matillis uxor ejus, capti et detenti in prisona regis Sar', et Nicholaus de Thorp', captus et detentus in prisona de Merleberge, pro morte Isaac filii Isaac Judei, qui postea vivus inventus fuit, unde rettati sunt, habent breve quod ponantur per ballium ad standum inde recto quando rex preceperit. Teste ut supra.

De execucione testamenti Roberti de Wendeval.—Mandatum est Henrico de Wengham et coexcaetori suo in comitatu Norff' quod, accepta bona et sufficienti securitate ab executoribus testamenti Roberti de Wendeval, quod de primis bonis ipsius defuncti regi reddent debita si que regi debebat, ipsos executores permittant habere liberam administracionem omnium bonorum ipsius defuncti ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Pro Stephano de Furneus.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Stephani de Furneus, que est vadium Cuntesse filie Bonenfaunt, Judee Exonie, quantum valeat per annum in omnibus exitibus terre, et secundum extentam illam de debito quod eidem Judee debetur eidem Stephano racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciant. Teste ut supra.

Pro Roberto Othehull'.—Eodem modo mandatum est eisdem justiciariis de terra Roberti Othehull', que est vadium Gente, Judee Glouc'. Teste ut supra.

Pro priore de Shireburn'.—Mandatum est priori de Shireburn' quod duo dolia vini que rex habet in domo sua capiat ad opus suum et conventus sui, de dono regis, et ex uno illorum celebrari faciat divina in domo sua. Teste rege apud Chawton xxx. die Decembris.

1248.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Willelmum Luvel et Warnerum fratrem ejus usque Axiholt, ad capiendum x. damas ad opus regis ; et mandatum est Henrico de Farleg' quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege apud Guldeford, ij. die Januarii.

1248.

Pro Roberto de Muscegros.—Mandatum est ballivo de Gillingham quod habere faciat Roberto de Muscegros vj. bonas quercus in foresta de Gillingham, de dono regis, ad maeremium faciendum. Teste ut supra.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Robertum de Edmundestorp' et Benedictum Gernet ad capiendum x. damas in parco regis de Hedlegh' ; et mandatum est ballivo ejusdem loci quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro Amicia comitissa Devonie.—Mandatum est custodi terrarum que fuerunt B. de Insula, quondam comitis Devonie, quod in foresta de Whith faciat habere Amicie comitisse Devonie viij. damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro quodam Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod non distringant aut distringi permittant Aaron filium Abrahe de tallagio lx. milium marcarum pro ij. milibus marcarum de termino Pasche anno etc. xxxij°. nisi pro liij. marcis et dimidia ipsum inde de eodem termino contingentibus. Teste ut supra.

De quadam feria apud Lutegareshal'.—Rex vult quod quedam feria singulis annis teneatur apud manerium nostrum de Lutegareshal', duratura per tres dies, videlicet in vigilia et in die et in crastino Nativitatis Beate Marie ; et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod per totam ballivam suam predictam feriam clamari faciat et teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium iiij. die Januarii.

Pro Nicholao de Barbeflet'.—Mandatum est ballivo foreste de Savernak' quod faciat habere Nicholao de Barbeflett' iiij^or^ quercus, de dono regis, ad quoddam stabulum faciendum. Teste ut supra.

Pro comite Cornubie.—Mandatum est custodi foreste de Kenefar' quod faciat habere R. comiti Cornubie xxx. quercus ad operaciones abbacie suo de Heyles, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro comitissa Leic'.—Mandatum est ballivo foreste de Melkesham quod in eadem foresta faciat habere A. comitisse Leic' xv. damas et v. damos ad parcum de Hungerford' instaurandum, de dono regis Teste ut supra.

Rex concessit A. comitisse Leic', cui commisit manerium suum de Odiham tenendum quamdiu regi placuerit, quod quamdiu manerium illud tenuerit quieta sit de annuo redditu l. librarum qui de eodem manerio regi reddi consuevit, et etiam de arreragiis ejusdem redditus l. librarum quem regi debet de tribus annis preteritis per quos idem manerium tenuit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Mandatum est ballivo foreste de Chippenham quod in eadem foresta faciat habere A. comitisse Leic' xv. damas et v. damos ad parcum de Hungerford' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

1248.

Pro Galfrido Dispensario.—Rex concessit Galfrido Dispensario quod occasione custodie terrarum que fuerunt Roberti Lupi in comitatu Linc', quam rex ei commisit, non distringatur pro aliquibus debitis in quibus idem Robertus regi tenebatur, quia rex vult quod heredes ipsius Roberti, cum ad etatem pervenerint, de debitis illis regi respondeant. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Aymaro fratre regis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod liberari faciat vicecomiti Oxonie vj. robora et boscum ad faciendum xxx. quarteria [carettatas *cancelled*] carbonum ad focum Aymari commorantis in scolis Oxonie, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norff' quod faciant habere Willelmo de Valencia redditus et omnes alios proventus quos perceperunt de exitibus terre que fuit Roberti de Wendevall', a tempore quo terram illam ceperunt in manum regis post mortem ejusdem Roberti. Teste rege apud Westmonasterium ix. die Januarii.

Pro abbate Westmonasterii.—Mandatum est R. Lincolniensi episcopo, sicut rex alias ei mandavit, quod de bonis que fuerunt Sampsonis de Egwell', quondam rectoris ecclesie de Subburg', habere faciat abbati Westmonasterii xxx. marcas, ad quas idem rector ammerciatus erat coram justiciariis regis itinerantibus ad placita foreste in comitatu Norhampt', pro transgressione foreste, et quas rex eidem abbati concessit de dono suo. Teste ut supra.

Pro Willelmo filii Henrici.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod talem seisinam habere faciat Willelmo filio Henrici de custodia filie et heredis Roberti de la Berton et terre que fuit ipsius Roberti in balliva sua qualem inde habuit antequam capta fuit in manum regis occasione mortis filii ipsius Willelmi, cui ipsa matrimonialiter fuit copullata, una cum omnibus exitibus qui inde capta fuerunt occasione predicta; quam quidem custodiam rex eidem Willelmo concessit usque ad etatem predicti (*sic*) heredis. Teste ut supra.

Pro Waltero Alfred'.—Walterus Alfred', captus et detentus in prisona regis London' pro morte Ranulfi King, unde appellatus est, habet breve vicecomiti Middelsex' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Langel'.—Mandatum est foreste (*sic*) de Cannok' quod in prefata foresta faciat habere Galfrido de Langel' duas bissas, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium x. die Januarii.

Pro Roberto Walleram'.—Quia Robertus Wallerand' intendit ad presens placitis foreste in comitatu Stafford' per preceptum regis, mandatum est baronibus de Scaccario quod ad computandum summam compoti sui ponant in respectum usque in xv. dies a die Purificacionis Beate Marie. Teste ut supra.

1248.

Pro Galfrido de Childewik'.—Mandatum est custodi vinorum regis in villa Sancti Albani quod habere faciat Galfrido de Childewik unum bonum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Gimeg'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Suhampt' quod talem seisinam habere faciant abbati de Gimeg' de omnibus terris et tenementis suis in comitatu predicto que ceperunt in manum regis occasione mortis prioris de Elingh', ballivi ipsius abbatis, qualem idem abbas inde habuit ante mortem predicti prioris. Teste ut supra.

Pro Alicia que fuit uxor Magistri David', sirugici.—Rex concessit Alicie que fuit uxor Magistri David', quondam sirugici regis, tota vita sua, ad se sustentandam, illos tres obolos, quas frater Nicholaus, reclusus apud Westmonasterium, habuit de elemosina regis constituta per manus vicecomitum regis London'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos tres obolos predicto Alicie decetero habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Januarii.

Pro abbate de Bello Loco.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod de vinis de prisa regis Suhampt' liberari faciant abbati de Bello Loco regis de anno etc. xxij°. unum dolium vini, quod rex eidem abbati concessit per cartam suam singulis annis percipiendum apud Suhampton' ad celebracionem divinorum in domo sua predicta. Et mandatum est ballivis Suhampt' quod de firma ville sue dolium illud acquietent. Teste ut supra.

[m. 13.] *Pro abbate Westmonasterii*.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod respectum habere faciant abbati Westmonasterii de residuo debiti in quo tenetur Mosceo filio Benedicti Crespin pro Laurencio de Wendleswrth' usque ad reditum ipsius abbatis in Angliam de partibus transmarinis, ad quas rex ipsum destinavit in nuncium suum. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Midd' ne aliquod placitum vetiti namii teneat de aliquibus hominibus abbatis et monachorum Westmonasterii in balliva sua contra tenorem cartarum regis de libertatibus eis concessis. Teste ut supra.

Pro pueris regis in castro Windles'.—Mandatum est Petro de Geneve quod de exitibus terrarum alienigenarum que sunt in custodia sua intendens sit ad inveniendum pueris regis commorantibus in castro de Windles' necessaria : et cum rex sciverit custum, breve suum de Allocate ei inde habere faciet. Teste ut supra.

Pro Johanne de Lexinton'.—Rex concessit J. de Lessinton', senescallo suo, quod ipse et heredes sui vel assignati imperpetuum habeant et teneant totam terram suam in villa del Pek de rege et heredibus suis per liberum servicium unius paris calcarium deauratorum vel sex denariorum reddendorum custodi castri regis del Pek per annum ad Pascha pro omni servicio ; quam terram idem Johannes prius de rege tenuit per serjanciam faciendi lardarium regis in castro del Pek

1248.

Et mandatum est custodi castri del Pek quod ipsum Johannem et heredes suos vel assignatos predictam terram cum pertinenciis per predictum servicium unius paris calcarium deauratorum vel sex denariorum per annum pro omni servicio sicut predictum est permittat tenere, et nichil aliud inde ab eis exigat. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Rex mittit Warnerum Luvel et Willelmum fratrem ejus ad capiendum xx. damas ad opus regis de Hadfeld'; et mandatum est Ricardo de Munfichet quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro Waltero de Bradel' clerico regine.—Mandatum est ballivo de Clarendon' quod in bosco regis de Graveling' faciat habere Waltero de Bradel', clerico de warderoba regine, xv. copulas in subsidium edificii sui apud Wilton' faciendi, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Januarii.

Pro Galfrido de Childewik'.—Mandatum est custodi foreste de Wauberg' quod faciat habere Galfrido de Childewik' in predicta foresta quinque damos et x. damas vivos, de dono regis. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Leic' quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus loco Radulfi Hamelyn, quondam coronatoris regis in eodem comitatu, qui mortuus est, eligi faciat alium coronatorem qui, prestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciat et conservet ea que ad coronam regis pertinent, una cum aliis coronatoribus regis in comitatu predicto; et talem eum ad hoc eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Warr' de coronatore eligendo loco Philippi de Esseby, qui amotus est pro debilitate corporis sui. Teste ut supra.

Pro Rogero de Cuvert'.—Mandatum est W. Hardell' et W. de Plessetis quod liberari faciant Rogero de Cuvert, custodi galearum suarum, unam robam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gregorio filio Nicholai et Johanne Russel.—Gregorius filius Nicholai et Johannes Russel, capti et detenti in prisona regis Oxonie pro roberia et pace nostra fracta, unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Berk' quod ponantur per ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste etc. ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est camerario Lond' quod sine dilacione capi faciat ad opus regis xiiij. dolia vini in civitate regis London', et ea liberet vicecomitibus regis Lond', carianda quo rex eis precepit. Teste rege apud Westmonasterium, xx. die Januarii.

De villa Oxonie restituta.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod restituat ballivis suis Oxonie eandem villam suam, quam cepit in manum regis occasione mortis pistoris fratris regis Aymari de March' in eadem villa nuper interfecti. Teste ut supra.

1248.

Pro Petro Braunch'.—Rex concessit Petro Braunch', custodi terre et heredis Mathei Peverel, qui de rege tenuit in capite, quod quamdiu predictus heres fuerit infra etatem et in custodia predicti Petri, non distringatur pro aliquo debito in quo predictus Matheus tenebatur Judeis, donec ad legitimam pervenerit etatem ; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum interim pacem habere faciant. Teste ut supra.

De villa Oxonie restituta.—Rex perdonavit burgensibus Oxonie transgressionem de morte pistoris Aymari fratris regis, pro qua villa sua et libertates sue capte sunt in manum regis ; et mandatum est vicecomiti Oxonie quod de villa sua et libertatibus ville sue talem seisinam eis habere faciat qualem habuerunt quando capte erant in manum regis occasione predicta. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Willelmus de Lincoln', captus et detentus in prisona de Suwerc pro morte Hugonis de Hulecot', unde appellatus est, habet breve vicecomiti Surr' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De bissis capiendis.—Mandatum est ballivo de Clarendon' quod preter x. bissas, quas rex nuper capi precepit in foresta de Graveling', permittat venatores regis adhuc capere in predicta foresta de Graveling' alias x. bissas ad opus regis. Teste ut supra.

De damis capiendis.—Mandatum est ballivo foreste de Haffeld quod preter venacionem quam in eadem foresta nuper capi mandaverat, permittat Willelmum Luvel et Warnerum Luvel capere x. damas ad opus regis ibidem. Teste rege apud Westmonasterium xxiij. die Januarii.

Pro Roberto filio Martini et aliis.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod si constiterit ei per inquisicionem quam fecit per preceptum regis, quod Robertus filius Martini et quidam alii habuerunt quedam animalia cum animalibus que fuerunt Willelmi Walegod nuper suspensi, tunc singulis eorum eadem animalia sua sine ullo retenemento et dilacione aliqua restituat ; ita quod nullus inde clamor ad regem debeat pervenire. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod habere faciat comiti Patricio in foresta de Wauberge duos damos et x. damas vivas, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido de Lucy, custodi foreste de Porecestria, quod in predicta foresta faciat habere abbati de Porecestria sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod faciat habere Johanni de Lessinton' xxx. quercus ad maeremium in dominico bosco foreste regis de Shirewod', de dono regis. Teste ut supra.
Per Robertum Passelewe.

De venacione capienda.—Rex mittit Robertum de Mares et alios vadletos suos usque forestam de Brehull' ad capiendum in ea viginti

1248.

damas ad opus regis ; et mandatum est custodi foreste de Brehull' quod ipsos ad hoc admittat, et consilium et auxilium ad hoc eis impendat. Teste rege apud Westmonasterium xxv. die Januarii.

De prisone liberando.—Mandatum est maiori et ballivis Eboraci quod Hugonem de Tywe, captum et detentum in prisona regis et in custodia sua pro morte Magistri Laurencii, quondam archidiaconi Eboraci, liberet vicecomiti Eboraci, custodiendum sicut rex ei injunxit. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod ipsum Hugonem in aliqua prisonarum regis que sunt in custodia sua salvo custodiat, donec rex aliud ei preceperit. Teste ut supra.

Pro Matheo Bezill'.—Mandatum est Ade de Periton' quod in foresta regis de Braden' faciat habere Matheo Bezill' quatuor damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo Armacano.—Mandatum est justiciario Hybernie quod de exitibus terre regis Hybernie faciat habere archiepiscopo Armacano xl. marcas, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xxix. die Januarii.

De prisonibus liberandis.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod prisones, quos ei liberari faciet ballivus de rapo de Hasting', recipiat, et tam de ipsis quam de aliis prisonibus detentis apud Guldeford' prisonam regis deliberari faciat per eos quos ad hoc justiciarios suos constituit. Teste ut supra.

Pro Gwidone de Lezinan.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod emi faciant duos equos summarios ad opus dilecti fratris nostri regis* Gwidonis de Lezinan, et illos liberent Galfrido Tyrenel, militi predicti fratris nostri regis* ad harnesium portandum ; et cum rex sciverit custum, breve suum de Allocate eis habere faciet. Teste rege apud Westmonasterium primo die Februarii.

Pro Elena de Percy.—Mandatum est Thome de Stanford' et Roberto de Crepping' quod permittant Elenam de Percy pacifice possidere omnes terras et omnia tenementa cum redditibus, homagio, pasturis et omnibus aliis pertinenciis in balliva sua que ei assignata fuerunt in dotem ; ita quod non oporteat ad regem inde querela referri. Teste ut surpra.

Pro Ranulpho de Shonefeld'.—Rex ad instanciam Magistri Thome, phisici Eadwardi filii sui, perdonavit Ranulfo de Shonefeld', homini suo, transgressionem quam fecit de falso indictamento Johannis Coci del Boysars, quem ipse et quidam alius dicebant esse receptatorem latronum ; et mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Essex' quod ea occasione non ponatur in prisonam vel misericordiam, unde aliquod dampnum habeat de corpore suo, vel de catallis suis in aliquo sit perdens. Teste rege apud Westmonasterium iij° die Februarii.

* "Regis" has been inserted above, but "nostri" has not been cancelled.

1248.

Pro Ricardo le Marescal.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod distringat Willelmum de Sancto Leodegario ad reddendum Ricardo le Marescal sine dilacione catalla sua que devenerunt ad manus suas dum idem Ricardus fuit in prisona regis, sicut rex accepit per inquisicionem quam per ipsum vicecomitem fieri precepit, et sicut appreciata fuerunt per preceptum regis alias inde ei directum. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia et Johanna uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Bukingh' quod permittat ballivum Willelmi de Valencia et Johanne uxoris ejus de Fallegh' levare quasdam furcas apud Fallegh', ut sua possint uti libertate que ad particionem suam honoris Giffard' pertinet. Teste rege apud Westmonasterium, iiij^{to} die Februarii.

Pro Henrico de la Mare.—Rex dedit Henrico de la Mare annum suum et diem de terra que fuit Johannis de la Liche nuper pro latrocinio suspensi, pariter etiam catalla ejusdem ; et mandatum est vicecomiti Surr' quod eidem Henrico seisinam de terra predicta per dictum annum et diem sine dilacione simul cum catallis predicti suspensi habere faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Pratellis.—Johannes de Pratellis, captus et detentus in prisona regis Wintonie pro transgressione foreste de Clarendon', habet breve quod ponatur per ballium usque ad adventum justiciariorum in comitatum Wiltes'. Teste ut supra.

De ponendis per ballium.—Leonardus de la Charte et Johannes filius ejus, capti et detenti in prisona regis de Guldeford' pro morte Petri de Herteswod', habent breve vicecomiti Surr' quod ponantur per ballium. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Februarii.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod terram Roberti de Pathom' cum pertinenciis in balliva sua in manum regis capiat. [*Faint handwriting partially erased.*]

De quercubus datis.—Mandatum est R. Passelewe, archidiacono Lewensi, quod in foresta regis de Salceto faciat habere P. Peyvre, senescallo regis, x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De probatore recipiendo.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Robertum de Hasele, probatorem regis, quem ei liberabunt ballivi R. comitis Cornubie [Glouc' *cancelled*] de Wallingford', ab eis recipiat et in prisona regis salvo custodiat, donec a rege aliud habuerit preceptum. Teste ut supra.

De ponendis per ballium.—Eustachius de Folevill', Ricardus le Moyne, Galfridus Pol, Galfridus Mytayn, Radulfus de Thy, Ricardus Kyng, Willelmus Faber et Agnes uxor ejus, capti et detenti in prisona regis de Warr' pro morte Willelmi le Venur', unde rettati sunt, habent breve quod ponantur per ballium etc. ; et mandatum est vicecomiti War' [Cornubie *cancelled*] etc. Teste ut supra.

1248.

Pro Willelmo de Cantilupo.—Rex dedit Willelmo de Cantilupo seniori scutagium regis de excercitu suo de Gannok' de feodis militum que Philippus Marmiun tenuit de rege in capite ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri permittant, et decetero pro predicto scutagio ad opus nostrum nullam districtionem fieri faciant. Teste ut supra.

Pro leprosis hospitalis Sancti Bartholomei extra Oxoniam.—Mandatum est ballivis Oxonie quod id quod a retro est leprosis hospitalis Sancti Bartholomei extra Oxoniam, videlicet de singulis septimanis quamdiu villa Oxonie ultimo fuit in manu regis x. solidos de elemosina regis constituta plenarie restituant eisdem, solventes eis amodo hujusmodi x. solidos singulis septimanis sicut illos prius solvere consueverunt. Et allocabuntur eis una cum arreragiis predictis in firma villa sue, sicut hactenus allocari consueverunt. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Februarii.

De ponendo per ballium.—Johannes de Herregat', captus et detentus in prisona regis Linc' pro morte Conani de Kirketon', Ermegarde de Kirketon', Matillidis de Kirketon', et Avicie de Kirketon', unde rettatus est, habet breve vicecomiti Lincolnie quod ponatur per ballium. Teste etc.

Pro episcopo Cycestrensi.—Mandatum est maiori et ballivis Suhampton' quod sexaginta et duo dolia vini, que sunt venerabilis patris R. Cycestrensis episcopi, et que arestari fecerunt, sine dilacione faciant deliberari et hominibus ipsius episcopi predicta vina ducentibus nullum faciant aut fieri permittant impedimentum. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Februarii.

Pro Hugone le Veutrer.—Rex bene recolit se concessisse, dum fuit in partibus Wasconie, Hugoni le Veutrer, capto et detento in prisona regis de Aylesburia pro morte cujusdam hominis, unde rettatus fuit, quod si de morte illa esset culpabilis dummodo non sit de aliquo regni nostri appellatus de morte illa, regnum nostrum si voluerit posset abjurare ; et mandatum est vicecomiti Buk' quod ipsum Hugonem permittat regnum regis abjurare sine impedimento, sicut predictum est, et ire quo voluerit. Teste ut supra.

Pro Warino de Munchanes'.—Mandatum est Roberto Passelewe quod talem seisinam habere faciat Warino de Munchanes' de quadam pastura extra parcum regis de Hanleg', qualem inde habuit tempore quo Walterus de Burgo, quondam custos dominicorum regis, pasturam illam cepit in manum regis, si per inquisicionem quam inde fecit acceperit quod pastura illa de jure ad ipsum pertineat. Teste ut supra.

[m. 12.] *Pro Cristiana que fuit uxor Petri le Clerc.*—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod sine dilacione plenam seisinam habere faciat Cristiane que fuit uxor Petri le Clerk de Bristollo de manerio de Foxcot', quod fuit in custodia sua de dono Thome de Berkel', cujus custodia ad ipsum Thomam pertinebat eo quod filius et heres Osberti Giffard, qui

1248.

manerium illud de predicto Thoma tenuit, est infra etatem; quod quidem manerium postea captum fuit in manum nostram una cum terris que fuerunt Alicie Murdak', cujus hereditas ad predictum heredem jam pertinet, et cujus custodia in manu nostra existit eo quod predicta Alicia tenuit de rege in capite, salvis Radulfo filio Nicholai omnibus catallis suis in eodem manerio existentibus. Teste ut supra.

Pro Petro de Sabaudia.—Mandatum est Godefrido de Liston', custodi foreste de Windles', quod in predicta foresta ubi commodius et propius aque Thamisie capi possunt, faciat habere latori presencium ad opus Petri de Sabaudia xxv. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanna Briwere.—Mandatum est Henrico de Wengham et choescaetori suo in comitatu Devonie quod de custodia terre que fuit Osberti Giffard in Cumpton', Bocland' et Ho, que ad Johannam Briwere pertinet quamdiu heres ipsius Osberti infra etatem fuerit, eo quod idem Osbertus terram illam de ea tenuit, nec aliquam terram de rege tenuit in capite, et quam custodiam predicti escaetores minus juste ceperunt in manum regis, eo quod per mortem Alicie Murdac quedam terra jure accidit hereditario eidem heredi tenenda de rege in capite, predicte Johanne seisinam suam rehabere faciant, salvis Radulfo filio Nicholai catallis suis que habet in custodia predicta. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Februarii.

Pro Reginaldo de Mohun.—Eodem modo scribitur eidem Henrico et choescaetori suo in comitatu Dors', de custodia terre que fuit ejusdem Oseberti in Winterburn' Stikelan' pro Reginaldo de Mohun, salvis etc. ut prius. Teste ut supra.

Pro W. quondam Karleolensi episcopo.—Mandatum est custodibus vinorum regis Oxonie quod de vinis regis que habent in custodia sua faciant habere fratri Waltero, quondam Karleolensi episcopo, unum dolium boni vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Willelmi de Lascell'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit quod lxix. acre terre cum pertinenciis in Otringham, que fuerunt Ricardi de Marisco suspensi pro felonia exstiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Willelmo filio Willelmi de Lascell' de Otringham, mandatum est vicecomiti Eboraci quod eidem Willelmo de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro decano et capitulo Sancti Petri Eboraci.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod permittat decanum et capitulum Sancti Petri Eboraci uti omnibus libertatibus suis concessis eis per cartas predecessorum nostrorum, regum Anglie, quibus libertatibus usque in hodiernum diem usi sunt, ita tamen quod de jure vel libertatibus regis, quorum rex exstiterit in seisina usque in diem presentem occasione cartarum predictarum, nichil eis dimittat. Teste ut supra.

1248.

Eodem modo scribitur vicecomiti Noting' de libertatibus predictis. Teste ut supra.

Pro episcopo Wintoniensi et priore Sancti Swithini.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod districtionem quam per summonicionem Scaccarii regis faciunt venerabili patri W. Wintoniensi episcopo et priori et conventui Sancti Swithini Wintonie pro pluribus demandis de quibus clamant quietanciam per cartas predecessorum nostrorum regum Anglie et nostram, ponant in respectum usque in quindenam Pasche anno etc. xxxij°. Teste rege apud Westmonasterium xix. die Februarii.

Mandatum est Godefrido de Liston quod contenciones motas inter regem et W. Wintoniensem episcopum de foresta regis de Windles', ponat in eodem statu in quo nunc sunt usque ad quindenam Pasche anno etc. xxxij°. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Henrico de Farleg' de contencionibus motis inter regem et ipsum episcopum de foresta de Penber'. Teste ut supra.

Pro comite Leicestrie.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod habere faciat S. comiti Leic' seisinam de terra quam Simon le Normaunt tenuit de Ildesle de honore Leicestrie, et quam Johannes Maunsel postea tenuit de dono regis, salvis eidem Johanni catallis suis que sunt in eadem terra. Teste ut supra.

Pro Avicia que fuit uxor Willelmi le Champeneis.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit quod xxx. acre terre et unum mesuagium cum pertinenciis in Artleg' sunt liberum maritagium Avicie que fuit uxor Willelmi le Champeneis, nuper suspensi pro latrocinio, et non fuerunt hereditas ipsius Willelmi, ita quod ea per feloniam forisfacere potuit, mandatum est vicecomiti Essex' quod de predictis terra et mesuagio eidem Avicie plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro firmariis de Esingwald'.—Mandatum est Thome de Stanford' et Roberto de Crepping' quod pro vij. marcis annuis quas firmarii dominice terre regis de Esingwald' regi solvere tenentur de incremento firme sue, alios homines regis ejusdem manerii non distringant ad participandum cum predictis firmariis de vij. marcis predictis, set ipsos inde quietos esse permittant, et a firmariis ipsas vij. marcas exigi et levari faciant. Teste ut supra.

Pro archidiacono Lincoln'.—Mandatum est Henrico de Bathonia et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Essex', quod demandam quam fieri faciunt Magistro Willelmo Lupo, archidiacono Linc', de processu cause in curia Christianitatis inter ipsum archidiaconum et abbatem et conventum de Tinterne contra prohibicionem regis, ponant in respectum usque ad colloquium regis, quod erit in quindena Nativitatis Sancti Johannis Baptiste. Teste ut supra.

De denariis regi mittendis.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod omnes denarios quos habere poterit de

1248.

exitibus terre regis Hybernie, regi sine dilacione mittat, ita quod rex eos habeat, si commode fieri potest, ad mediam quadragesimam instantem, vel quam cito poterit sub omni festinacione. Teste ut supra.

De homine ponendo per ballium.—Walterus filius Ricardi Suan, captus et detentus in prisona regis de Ivelcestria pro morte Ricardi de Sevenhampton', unde rettatus est, habet breve vicecomiti Dors' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro episcopo Wigorniensi.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod de omnimodis contencionibus motis inter regem et W. Wigorniensem episcopum predicto episcopo pacem habere faciat usque in unum mensem a festo Nativitatis Beati Johannis Baptiste anno etc. xxxij°. ; et interim nullam ei inferat molestiam aut gravamen. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in balliva sua de foresta Essex' extra parcum suum de Havering', ubi ad minus detrimentum foreste capi possunt, habere faciat Ricardo filio Aucheri vj. damas vivas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Arcubus et Radulfo Trey.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod si Simon filius Marie, civis London', tantum habeat in bonis quod possit solvere regi l. marcas in quibus regi tenetur, ad quas solvendas Radulfum de Arcubus et Radulfum Trey, cives London', plegios suos constituit, ipsos plegios ad solvendum dictum debitum non faciant distringi, set provideant quod de dictis bonis rex satisfiat de pecunia memorata. Teste ut supra.

Pro Johanne Doget.—Mandatum est Thome de Stanford' et Roberto de Crepping' quod permittant in pace Johannem Doget usque a die Sancti Michaelis anno etc. xxxij° in unum mensem de iiij^or^ solidis redditus quos ceperunt in manum regis eo quod idem Johannes redditum illum tenet nomine serjantie racione porte [predicti *cancelled*] castri Eboraci, ita quod interim inde plenam habeat seisinam. Teste ut supra.

De gaiola reparanda.—Quia rex accepit per inquisicionem quam a vicecomite Eboraci fieri precepit quod gaiola regis de foresta in comitatu Eboraci refici debet et reparari, quociens necesse fuerit ad custum regis et non ad custum David' Lardenarii, custodis ejusdem gaiole, mandatum est vicecomiti Eboraci quod predictam gaiolam, sicut indiget emendacione, faciat reparari : et cum rex sciverit custum, rex ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro abbate de Holcultram.—Mandatum est justiciario Hybernie quod permittat abbatem de Holcultram abducere a terra regis Hybernie iiij^or^ navatas bladi et farine usque ad domum suam de Holcultram, ad sustentacionem ejusdem domus. Teste ut supra.

Pro Aymaro de Lezinan.—Mandatum est custodibus vinorum regis Oxonie quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere

1248.

Aymaro de Lezinan, fratri regis, duo dolia novi vini, de dono regis. Teste ut supra apud Hadham xxviij. die Februarii.

De lampredis mittendis.—Mandatum est Roberto Walerand', vicecomiti Glouc', quod omnes lampredas quas ad denarios regis vel alio modo querere poterit in balliva sua ad opus regis, querere non omittat, et de die in diem, cum eas adquirere poterit, earum duas partes post regem mittat ad partes Norff'. et terciam partem usque Windleshour' ad opus regine. Et cum rex sciverit custum, ad Pascha ei faciet allocari. Teste rege apud Waleden' xxviij. die Februarii.

Pro priorissa de Ikelinton'.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat priorissam de Ikelinton' capere sex quercus ad maeremium in dominico bosco suo de Herewardstok' infra forestam regis Essex'. Teste rege apud Bernewell' ij. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Wauberge quod in foresta regis de Wauberge faciat habere priori de Bernewell' vj. quercus ad maeremium ubi ad minus nocumentum foreste capi poterunt, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Isanberd'.—Mandatum est maiori Suhampt' et Ricardo de Prisa quod permittant Willelmum de Isanberd' facere comodum suum de xl. doliis vini que habet apud Suhampt', salva regi antiqua et debita prisa sua, et etiam si ibidem alia vina inveniantur ad sufficienciam ad opus regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo Traer et Radulfo de Arcubus.—Quia consonum est racioni ut fidejussores non distringantur quamdiu principalis debitor habeat bona de quibus debitum suum reddere valeat, mandatum est baronibus de Scaccario quod Radulfo Traer et Radulfo de Arcubus, civibus Lond', qui fidejusserunt pro Simone filio Marie, liberetis (*sic*) omnia bona ejusdem Simonis, mobilia et inmobilia, tam domos et terras quam redditus et alia in London', ut ipsi de eisdem bonis fieri faciant l. marcas, in quibus idem Simon nobis tenetur, et de eadem pecunia regi respondeant. Teste ut supra.

De libertate ville de Ware.—Rex ad voluntatem suam remisit R. de Quency, comiti Wintonie, libertatem ville sue de Ware : et mandatum est vicecomiti Hertford' quod homines ejusdem ville eandem libertatem suam, quam per preceptum regis cepit in manum regis, rehabere permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Dene quod in foresta regis de Dene faciat habere R. comiti Cornubie xxx. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Aymaro de Lezinan.—Mandatum est R. Passelewe quod faciat habere Aymaro, fratri regis, commoranti in studio Oxonie, l. carettatas busce et aliam buscam ad faciendum xxiiij^{or}. quarteria carbonum in foresta regis de Bernewode, et tres quercus ad focum suum in foresta regis de Shotover, de dono regis. Teste rege apud Sanctum Edmundum vij. die Marcii.

1248.

Pro domino Elyensi episcopo.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod faciat habere H. Elyensi episcopo xx. quercus ad maeremium in dominico bosco regis qui appellatur Kyngeswode, ad fabricam ecclesie sue cathedralis, de dono regis. Teste ut supra.

De obolis Musc' regi missis.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod sine omni dilacione mittat regi ad partes Norff' lx. obolos de Musc' et sex pecias auri ad oblaciones suas. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Henrico de Farnleg', custodi foreste de Axiholt, quod in predicta foresta faciat habere priori de Hurl' x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Ware.—Mandatum est ballivis de Cantebrigia quod si Henricus le Brun, captus et detentus in prisona regis de Cantebrigia per preceptum regis pro quadam transgressione regi illata apud Ware, invenerit eis xxiiij. liberos et legales homines, qui manucapiant pro ipsis respondere regi de misericordia pro transgressione illa, quando rex voluerit, tunc ipsum Henricum predictis xxiiij. liberent in ballium, sicut predictum est; ceteros etiam xij. homines de Ware, qui sunt in eadem prisona pro transgressione eadem per preceptum regis, Johanni de Craunford', militi R. comitis Wintonie liberent, ducendos quo voluerit; et scire regi faciant nomina predictorum xxiiij^or^. Teste rege apud Sanctum Edmundum xj. die Marcii.

De ponendis per ballium.—Galfridus Herling et Radulfus Luneye, capti et detenti in prisona regis de Norwico pro morte Humfridi Fegge, habent breve vicecomiti Norff', quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De denariis mittendis regine.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod illas c. marcas ad opus regine, pro quibus rex breve suum de Liberate thesaurario et camerariis suis transmittit, quocumque modo poterit, vel de mutuo vel aliter, perquirere non omittat, et illos sine dilacione qualibet usque Windles' ad reginam mittat. Teste rege apud Cogesford' xvij. die Marcii.

De pauperibus pascendis.—Mandatum est R. de Muscegros quod preter illos c. pauperes quos singulis diebus, ubicumque regina regis fuerit, rex pasci precepit, pasci faciat singulis diebus ibidem xxv^que^ pauperes pro salute liberorum regis, sicut pasci consueverant. Teste ut supra.

[m. 11.] *Pro Willelmo Chubbe et Magistro Willelmo de Sandon'.*—Rex concessit Magistro Willelmo de Sandon' et Willelmo Chubbe custodiam terrarum quas Amicia que fuit uxor Roberti filii Aeri tenuit in dotem, que ad regem pertinet racione heredis ipsius Roberti infra etatem et in custodia regis existentis, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem heredis ipsius Roberti, ad se sustentandum (*sic*) in servicio regis; et mandatum est Henrico de Wengham vel choescaetori suo in comitatu Salop' quod de custodia predicta predictis servientibus

1248.

plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Bromholm xviij. die Marcii.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet, ballivo de Havering', quod faciat habere Roberto Passelewe xij. robora in forinseco bosco regis de Havering', de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est R. Passelewe quod faciat habere Johanni de Lessinton' quatuor quercus in parco regis de Henl', et sex quercus in Heseleburgh' ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. Per Robertum Passelewe.

Pro Willelmo de Ferrariis.—Quia rex accepit per inquisicionem factam per preceptum suum quod hundredum de Hecham de libertate manerii de Hecham, quod est W. de Ferrariis, comitis Dereb', numquam consuevit contribuere aliquod ammerciamentum pro murdro attincto coram justiciariis regis itinerantibus in comitatu Norhampt'; mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum hundredum de Hecham, de libertate manerii de Hecham, de predicta contribucione murdri attincti quietum esse faciant. Teste rege apud Norwicum xxiiij. die Marcii.

De providencia boum contra Pascha.—Mandatum est B. de Crioyl quod omnibus modis provideri faciat in partibus suis, ubi melius poterit, de xxiiij^or grossis bobus et xl. multonibus ad opus regis contra instans Pascha, et eos salvo mitti faciat usque Westmonasterium; et cum rex sciverit custum, illud vicecomiti Kancie faciet allocari. Teste ut supra.

De sendallis ad opus regis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod querat ad opus regis duo bona sendalla efforsata (*sic*) albo listata, in reversum aliorum sendallorum que sunt alba et listata rubeo, ita quod rex ea promta habeat in primo adventu suo London'. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Julian' et sociis suis.—Rogerus filius Galfridi de Tudeham de licencia regis retraxit se de appello quod fecit versus Willelmum filium Julian', Willelmum Ogge, Adam filium Galfridi, Thomam filium Godwini, Alanum filium Muriell', Richardum filium Thome, Radulfum King', Simonem filium Sezill', Reynerum Mantell', Hubertum filium Hugonis de Tudeham, Herebertum de Wellesty, Hugonem Frestell', Alexandrum Dugge, Johannem de Flegg', Brianum de Kingeshal' et Willelmum de Holdhagh', de roberia et pace regis infracta; et de licencia regis retraxit se de appello quod fecit versus Willelmum de Holdhagh', Alanum Ruffum, Alanum filium Muriell', Willelmum filium Dionis', Willelmum filium Julian', Willelmum Ogge, Thomam Godwin', Radulfum King', Richardum Goscelin', Hubertum filium Hugonis, Johannem de Flegg', Rogerum le Forester, Henricum Curtpeill', et Brianum de Kingeshal', de felonia et pace regis infracta. Et rex, ad instanciam dilecti avunculi sui, Petri de Sabaudia, remisit eisdem appellatis omnibus sectam pacis sue. Et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Norff' quod

1248.

nec ipse Rogerus vel plegii sui pro eo quod non secuntur appella sua, nec ipsi appellati vel plegii sui ponantur predicta occasione in defaltam, nec in aliquo sint perdentes, quia tam ipsum Rogerum quam ipsos appellatos penitus vult rex esse quietos. Teste ut supra.

De testamento Mathei Peverel'.—Mandatum est Henrico de Wengham et choescaetori suo in comitatu Norff' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Mathei Peverel de debitis in quibus regi tenebatur reddendis, de omnibus bonis ipsius defuncti in manum regis occasione predicta captis permittant prefatos executores liberam habere administracionem ad prefatam execucionem inde faciendam. Teste rege apud Langel' xxviij. die Marcii.

Pro abbate Cysterciensi.—Mandatum est custodibus nundinarum de Staunford' quod de exitibus predictarum nundinarum faciant habere procuratori abbatis Cysterciensis x. marcas, quas singulis annis percipere consuevit in eisdem nundinis de dono quondam comitis Warenn'. Teste rege apud Blyburg' xxviij. die Marcii.

De terris capiendis in manum domini regis.—Mandatum est Thome de Stanford' et Roberto de Crepping' quod capiant in manum regis omnes terras, que fuerunt Johannis de Veteri Ponte, existentes in manu prioris quondam Karliolensis, et illas salvo custodiant, ita quod de proficuis predictarum terrarum regi respondeant in garderoba sua ad hoc instans Pascha, de firma debita de eisdem terris eodem modo quo predictus prior tempore suo respondere consuevit comitisse Provincie. Teste ut supra.

De serjancia de Burgo.—Quia non est intencionis regis quod, occasione alienacionis quam tenentes de rege in capite serjantiam de Burgo de eadem serjantia fecerunt, tenentes de eadem serjantia a tempore antiquo de tenementis eisdem disseisiantur, mandatum est priori de Bromholm quod totam terram quam Eufemia que fuit uxor Philippi filii Ade et Adam filius ejusdem tenuerunt de antiqua tenura de predicta serjantia, et de qua ipsos disseisivit ea occasione, quod rex ei concessit quod omnes terras de eadem serjantia alienatas in manum regis capere posset, eisdem sine dilacione qualibet restituat, et eisdem quicquid inde cepit vel amovit statim reddat, ne iteratus inde clamor ad regem perveniat. Teste ut supra.

De escaetore in comitatu Norhumbr'.—Mandatum est Petro de Vallibus quod una cum Thoma de Stanford' diligenter intendat ad escaetas regis in comitatu Norhumbr' custodiendas, talem ad hoc fidem et diligenciam apponentes una cum predicto Thoma quod rex ipsum habere debeat commendatum. Teste rege apud Leyston' xxx. die Marcii.

De abbate de Wautham.—Mandatum est vicecomiti Cantebr' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu suo diligenter inquirat qui blada et catalla quondam abbatis de Wautham ab Henrico Mossy, serviente ipsius abbatis, qui fugit pro felonia, emerunt in balliva sua, et pro quo precio ; et omnes illos quos per

1248.

inquisicionem illam debitores predicte domus de Wautham invenerit, distringat ad debita illa predicte domui sine dilacione reddenda ; et si quid de predictis catallis ipsius abbatis occasione predicta ceperit, integre ea restituat domui predicte. Teste ut supra.

Pro Aymaro fratre regis.—Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod loquelam que est in comitatu suo per breve regis de recto inter Gervasium filium Henrici, petentem, et Aymarum fratrem regis, canonicum Sancti Pauli London', tenentem, de uno mesuagio et xxv. acris terre cum pertinenciis in Oxegate, ponat in respectum in eodem statu in quo nunc est usque ad proximum comitatum suum post Pascha. Teste rege apud Fremelingham xxxj. die Marcii.

De cambio domini regis.—Mandatum est Willelmo Hardel quod mittat usque Eboracum Petrum de Gannoc, clericum suum, ad custodiendum sub illo cambium regis ibidem. Teste ut supra.

Pro quodam Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod distringi faciant terras que fuerunt Mathei Peverel pro pecunia in qua idem Matheus tenebatur Elye episcopo Judeo, pro illa scilicet tantummodo que in carta ejusdem Mathei expresse continetur ; ita quod omnes usure penitus cessent usque ad legitimam etatem heredum predicti Mathei. Teste ut supra.

De probatoribus custodiendis.—Mandatum est Willelmo de Cantilupo, custodi castri Noting', quod probatores regis et alios prisones, quos vicecomes Noting' ei liberabit, ab eo recipiat et in castro Noting' salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De feria tenenda.—Mandatum est vicecomiti Norff' quod in pleno comitatu suo et in singulis bonis villis ballive sue clamari faciat et teneri singulis annis quandam feriam apud Eylesham, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis. Teste rege apud Buttel' primo die Aprilis.

Pro Johanne de Warenna.—Matillis comitissa Warrenne, de assensu et licentia regis, reddidit Johanni de Warenna, filio suo, omnes terras quas tenuit de rege ad firmam in comitatu Norff', de hereditate predicti Johannis usque ad legitimam etatem ipsius Johannis, tenendam (*sic*) eidem Johanni de rege ad eandem firmam usque ad legitimam etatem suam. Et mandatum est H. de Wengham' et choescaetori suo in comitatu Norff' quod eidem Johanni plenam seisinam de predictis terris modo predicto habere faciant, salvis eidem comitisse instauris [averiis *cancelled*] et catallis suis in eisdem terris existentibus. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Thome de Stanford' et choescaetori suo in comitatu Ebor' de terris quas predicta comitissa tenuit ad firmam in eodem comitatu. Teste ut supra.

De execucione testamenti Jacobi de Cauz.—Mandatum est Thome de Stanford' et choescaetori suo in comitatu Norhumbr' quod

1248.

permittant executores testamenti Jacobi de Cauz liberam habere administracionem ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis prius bona et sufficienti securitate quod de primis bonis regi satisfacient de debitis, si que regi debuit. Teste ut supra.

Pro hominibus de Dunwic'.—Johannes filius Willelmi, Johannes filius Johannis, Johannes filius Augustini, Edmundus filius Augustini, Alexander de Ereford', Willelmus filius Johannis, Augustinus frater ejus, Alexander filius Johannis, Gerardus le Escot, Lucas le Escot et Willelmus 'of' La Pelice, de licencia regis coram rege concordati sunt de omnibus appellis inter eos factis, et que atterminata fuerunt coram justiciariis proximo itineraturis in comitatu Suff'; et mandatum est eisdem justiciariis quod de appellis illis nichil faciant, nec ipsos Johannem et alios inde occasionent. Teste rege [apud] Colecestriam v. die Aprilis.

Pro Roberto Poket et Ranulfo de Wirkesop'.—Rex concessit Roberto Passelewe et Johanni de Lessinton' quod Robertus Poket et Ranulfus de Wyrkesop', capti et detenti in prisona regis de Aillesbur' pro transgressione facta in foresta regis de Bernewode, ab ipsa prisona regis deliberentur, et liberentur eisdem qui manuceperunt ipsos Robertum et Ranulfum quousque salvos invenerint plegios ad standum recto de transgressione illa ad proximum adventum justiciariorum regis ad placita foreste in comitatu Oxonie, ita tamen quod iidem fideles regis ex toto quieti sint a manucapcione illa, ex quo predicti Robertus et Ranulfus hujus plegios invenerint. Et mandatum est Willelmo de Norhampton', senescallo foreste, quod predictos Robertum et Ranulfum a predicta prisona regis deliberari et predictis fidelibus regis liberari faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Wyham vij. die Aprilis.

Et mandatum est vicecomiti Noting' quod salvos capiat plegios a predictis Roberto et Ranulfo videlicet xii^cim^ qui plegii sint utriusque quod scilicet iidem Robertus et Ranulfus stabunt recto coram justiciariis regis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Oxonie de transgressione quam fecerunt in foresta regis de Bernewode, et nomina illorum plegiorum habere faciat Willelmo de Norhampton', senescallo foreste, qui eos attachiavit pro transgressione predicta. Teste ut supra.

De respectu milicie.—Rex respectum dedit Ade Paynel de se milite faciendo usque ad Natale Domini anno etc. xxxiij°; et mandatum est vicecomiti Linc' quod ante terminum illum ipsum non distringat ad arma capienda. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Aprilis.

De damis capiendis.—Rex mittit Rogerum de Stopham et Robertum de Mares, vadlettos suos, ad forestam de Haffeld ad capiendum in ea x. damas contra Pascha ad opus regis; et mandatum est custodi foreste predicte quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De prisonibus deliberandis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod duos prisones qui capti fuerunt infra libertatem abbatis Westmonasterii

1248.

infra hundredum de Derhurst, et quos tenet in prisona regis, predicto abbati sine dilacione faciat deliberari. Teste ut supra.

Pro Johanne de Warenna.—Rex concessit Johanni de Warenna, filio et heredi W. quondam comitis Warenne, omnes terras quas Matillis mater ipsius Johannis tenuit in dotem de hereditate ejusdem Johannis in comitatu Norff'; et mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norff' quod predicto Johanni plenam seisinam de eisdem terris habere faciant, donec rex providerit et eis significaverit quantum pro eis regi dare debeat annuatim. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Aprilis.

Eodem modo scribitur predicto Henrico et coescaetoribus suis in comitatibus [Linc' *cancelled*] et Essex' de terris quas predicta comitissa tenuit in dotem. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Thome de Stanford et coescaetori suo in comitatu Ebor'. Teste ut supra.

De prisonibus custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod omnes prisones captos et capiendos in balliva sua, tam probatores quam alios, custodiri faciat sicut consuevit usque ad festum Sancti Michaelis proximo venturum, dum W. de Cantilupo usque Pontiniacum peregre proficiscitur. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Aprilis.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod quatuor prisones captos pro homicidio, quos ei liberabit ballivus Ricardi de Harecurt, recipiat et in prisona regis Oxonie salvo custodiat. Teste ut supra.

Pro execucione testamenti Elye Giffard.—Mandatum est Henrico de Wengham' quod permittat executores testamenti Elye Giffard liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Elye ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod regi satisfacient de debitis que regi debuit. Teste ut supra.

Pro abbacia de Godestowe.—Mandatum est vicecomiti Suhamt' quod demandam quam facit hominibus tenentibus de abbacia de Godestowe in Cler' de misericordiis pro visu franci plegii contra libertates quas eadem abbacia habet per cartas predecessorum nostrorum regum Anglie, quibus libertatibus hucusque usa est, ponat in respectum quamdiu predicta abbacia vacans fuerit et in manu regis. Teste ut supra.

[m. 10.] *De vasis argenteis.*—Mandatum est Willelmo de Axemue quod omnia vasa argentea, que fuerunt quondam abbatis de Hyda, regi mittat, et de aliis bonis que idem abbas separatim habebat et proprie proficuum regi faciat. Teste ut supra.

De quercubus liberandis.—Mandatum est ballivo de Clarendon', quod in foresta regis de Clarendon' faciat habere carpentariis regis de Clarendon' vj. robora ad quendam rogum ibidem faciendum, et duas quercus ad maeremium, ad reparacionem cujusdam domus in qua ponitur busca regis. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Aprilis.

1248.

De hominibus deliberandis a prisona regis.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam per vicecomitem Cantebr' fieri precepit, quod Johannes de Escalariis et Walterus homo ejus non sunt culpabiles de morte Thome Gray, capellani, mandatum est vicecomiti Suff' quod ipsos a prisona regis qua detinentur deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Curcun.—Mandatum est custodi gaiole de Flet' quod statim, visis litteris, Robertum de Curcun, militem, captum et detentum in ipsa prisona de precepto regis, ab eadem prisona regis deliberet, et quo voluerit quietum abire permittat. Teste ut supra.

Pro Eufemia que fuit uxor Philippi de Jernemuth'.—Rex meminit dedisse in preceptis priori de Bromholm', et adhuc precipit, quod sine mora ulteriori Eufemie que fuit uxor Philippi de Jernemuth' secundum legem et consuetudinem regni sui racionabilem dotem suam de quodam marisco in Burgo faciat assignari. Nichilominus tamen bene vult rex quod portionem Adam filium et heredem predicti Philippi de eodem marisco contingentem adhuc retineat in manu sua, donec rex cum majori deliberacione providerit qualiter cum eo et aliis de hujusmodi serjantiis regis sit agendum. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Norff'. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Sancto Sampsone.—Mandatum est custodi foreste de Waubergh' [Geynton' *cancelled*] quod faciat habere Radulfo de Sancto Sampsone duo robora in predicta foresta regis ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Rameseia.—Quia abbas de Rameseia de dominicis suis nunquam consuevit participare cum aliis de comitatu in communibus finibus factis coram justiciariis regis itinerantibus, ut dicitur, mandatum est vicecomiti Bed' quod ipsum abbatem vel dominica sua non distringat pro communi fine, quem alii de comitatu suo fecerunt coram justiciariis regis qui ultimo itineraverunt in comitatu suo, quod sine occasione possent coram eis placitare aliter quam retro actis temporibus fieri consuevit. Teste rege apud Windles' xxiiij. die Aprilis.

De mercato et feria.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod per totam ballivam suam faciat clamari et firmiter teneri unum mercatum apud Ledred' singulis septimanis per diem Veneris, et unam feriam ibidem singulis annis, duraturam per tres dies, videlicet in vigilia et in die et in crastino Nativitatis Beate Marie. Teste ut supra.

Pro Aymaro de Lezinan.—Mandatum est custodi foreste de Gillingham quod in foresta de Gillingham faciat habere Aymaro de Lezinan xv. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Plessetis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod omnem vim laicam, que se tenet in ecclesia Willelmi de Plessetis de Eyneford', faciat ammoveri. Teste ut supra.

1248.

De pellura ad opus regis.—Mandatum est Hamoni de Castro et Johanni de Norhampt' quod, sicut bona et catalla sua diligunt, provideant in instantibus nundinis Sancti Ivonis et alibi de pellura ad opus regis ad sufficienciam contra instans festum Pentecost', quod rex inde nullum habeat defectum. Et rex in brevi pro omnibus faciet satisfieri. Teste ut supra.

De homine arestando.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod arestari faciant corpus Walteri de Bathonia, vicecomitis Devon', quousque regi satisfecerit de transgressione illa quod permisit malam monetam currere in comitatu suo contra prohibicionem regis. Teste rege apud Windles' xxvij. die Aprilis.

Pro Johanne de Warenn'.—Mandatum est Henrico de Wengham quod totum tallagium assisum ad opus regis in omnibus terris quas Matillis, quondam comitissa Warenn', tenuit in dotem de hereditate Johannis de Warenn', faciat habere predicto Johanni, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus ad opus regis.—Mandatum est Galfrido de Lucy, custodi foreste de Porecestria, quod in predicta foresta faciat habere custodibus operacionum regis de Wintonia xl. quercus ad easdem operaciones faciendas. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Avicie de Columbariis, custodi foreste de Cett', de xxv. quercubus. Teste ut supra.

Mandatum est Godefrido de Liston', custodi foreste de Windles', quod faciat habere custodibus operacionum regis de Windles' maeremium in ipsa foresta ad claustrum regis ibidem perficiendum, per talliam inter ipsum et ipsos factam de numero quercuum. Teste ut supra.

De terris capiendis in manum regis.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod capiat in manum regis omnes terras et omnia tenementa que Matillis, quondam comitissa Warenn', que mortua est, tenuit in Hybernia, et ea salvo custodiat ; ita quod nec R. le Bigot, comes Norf', nec aliquis alius, inde aliquam habeat seisinam donec a rege aliud receperit in mandatis. Teste ut supra.

Pro Isolda que fuit uxor Elye Giffard.—Mandatum est Henrico de Wengham quod in maneriis de Stanhus et Rochampton' habere faciat Isolde que fuit uxor Elye Giffard racionabilem dotem suam que eam contingit de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Elye in omnibus locis, tantummodo ad valenciam tercie partis omnium terrarum et tenementorum predictorum. Teste rege apud Windles' xxx. die Aprilis.

De civitate London' custodienda.—Mandatum est maiori et vicecomitibus London' quod sicut voluerint se ipsos indempnes conservare, taliter faciant civitatem regis London' custodiri, ne per aliquos malefactores dampnum aliquod seu periculum regi vel comiti Cornubie possit imminere de pecunia regis quam habent cambienda in civitate predicta, propter quod rex ad ipsos graviter capere debeat. Teste ut supra.

1248.

Pro Judeis de Colecestria.—Quia Judei de Colecestria, capti et detenti in prisona regis apud Colecestriam per preceptum regis, pro auro ad opus regis, satisfecerunt regi de auro predicto, mandatum est vicecomiti Essex' quod eos a prisona predicta faciat deliberari. Teste ut supra.

Pro Edmundo de Lascy.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod nullam faciant demandam de dominicis terris Edmundi de Lacy pro scutagiis vel pro auxilio regi concesso ad primogenitam filiam suam maritandam, de tempore quo idem Edmundus fuit vel erit in custodia regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Warenn'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod distringi faciant executores testamenti Matillidis quondam comitisse Warenn' quod de bonis ipsius comitisse sine dilacione reddant Johanni de Warenn' omnes denarios quos eadem comitissa reddidisse debuit dicto Johanni ad Pascha proximo preteritum, de denariis quos ei reddere consuevit per annum per preceptum nostrum de exitibus terrarum ipsius Johannis, quarum custodiam rex eidem comitisse commisit. Teste ut supra.

De parco Norhampton'.—Rex commisit Roberto de Mares, vadletto suo, custodiam parci et warenne sue Norhampton', quamdiu regi placuerit ; et mandatum est vicecomiti Norhampton' quod eidem Roberto de custodia illa sine dilacione plenam seisinam habere faciat, et quod mittat quatuor legales milites de comitatu suo una cum prefato Roberto ad parcum predictum ad videndum qualiter parcus ille est custoditus de feris et bosco et claustura, et in quo statu idem Robertus eum recipit de venacione et viridi, qui sub sigillis suis regi significent quid super hoc invenerint. Teste ut supra.

Pro Aymaro fratre regis.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod dent in mandatis vicecomiti Essex' quod cum quanta poterit festinacione levari faciat de exitibus comitatus sui et amerciamentis ultimi itineris justiciariorum regis in eodem comitatu cc. marcas ad opus Aymari fratris regis, quas dudum ab eo recepisse debuit, prout rex ei injunxerat, de dono regis. Nec hoc aliquo modo omittant propter terminum quem rex concessit de amerciamentis predictis. Teste rege apud Windles' primo die Maii.

Rex commisit Roberto Wallerand' comitatum suum de Glouc' custodiendum quamdiu regi placuerit regi (*sic*).

De providencia boum et multonum.—Mandatum est Willelmo de Axemue, custodi abbacie de Hyda, quod provideat de grassis bobus et pinguibus multonibus et carne salita et de aliis victualibus necessariis contra festum Pentecost', de exitibus predicte abbacie, et omnia predicta in aliquo tuto loco juxta Wintoniam reponi faciat, ita quod rex diligenciam suam habere debeat commendatam. Teste rege apud Windles' primo die Maii.

De viridario eligendo.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste, quod loco Simonis de Lucre, qui est de familia Eustachii de

1248.

Bailol, alium viridarium eligi faciat, qui officio illi sciat et possit diligenter intendere. Teste ut supra.

Pro heredibus Henrici Dayrel.—Rex relaxavit heredibus Henrici Dayrel xvij. solidos de xviij. solidis quos rex exigebat a prefato Henrico pro quodam assarto quod idem Henricus fecit in bosco de Lillingeston' infra metas foreste regis de Whitlewode pro xvij. acris terre quas rex comprehendit ad parcum suum claudendum de Keninton'. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos heredes pro predicto assarto decetero non distringat, nisi tantummodo pro xij. denariis, et ipsos de predictis xvij. solidis quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro S. de Monte Forti, comite Leic.'—Mandatum est baronibus de Scaccario quod omnes demandas quas faciunt dilecto et fideli regis Simoni de Monte Forti, comiti Leic', per summonicionem Scaccarii, de debitis, quecumque fuerint debita illa, ponant in respectum usque in xv. dies a die Sancti Michaelis anno etc. xxxij°. Teste ut supra.

Pro Philippo de Columbariis.—Rex concessit per cartam suam Philippo de Columbariis quod ipse et heredes sui imperpetuum habeant parcum clausum fossato et haya, et liberam warennam in omnibus dominicis terris suis, in manerio suo de Staweya, et in dominicis terris maneriorum suorum de Hunybere et de Wulaviton' in comitatu Sumers', et in dominicis terris suis manerii sui de Podlinges in comitatu Kancie, et manerii sui de Botereford' in comitatu Suff', et manerii sui de Shages in comitatu Berk'. Et mandatum est predictis vicecomitibus quod predictas warennas clamari et teneri faciant. Teste ut supra.

De castro de Sancto Briavello.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod, assumptis probis et legalibus hominibus de comitatu suo, tam militibus quam aliis, in propria persona sua accedat usque castrum regis de Sancto Breavello et ad forestam de Den', que rex commisit dilecto clerico et fideli suo, Petro Chaceporc, custodienda quamdiu regi placuerit, ad videndum in quo statu illa admiserit, et statum suum sub sigillo suo et sigillis eorum quos illuc secum adduxerit regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Maudut.—Rex dedit respectum Willelmo Maudut usque ad festum Sancte Trinitatis ad providendum sibi in officio camerarie de quodam milite qui officium illud loco sui gerere possit; et mandatum est baronibus de Scaccario quod clericos ipsius Willelmi nunc gerentes officium illud usque ad tempus predictum gerere permittant. Teste rege apud Windles' ij. die Maii.

Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod deliberent. (*Unfinished.*)

Pro Nicholao de Stradeshet'.—Mandatum est vicecomiti Norff' quod, accepta bona securitate a Nicholao de Stradeshet' de transgressione quod (*sic*) idem Nicholaus fecit Ade Talebot in itinere regis, cum ultimo fuit in comitatu predicto, quod stabit inde recto si qui versus eum loqui voluerint, tunc terras ipsius Nicholai et capta catalla

1248.

in manum regis occasione predicta sine dilacione deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Arnaldo de Mirmaunde.—Mandatum est Ricardo de Grey, senescallo Wasconie, quod faciat inquiri si castrum de Taillecheval jus fuerit et hereditas Agenesye de Taillecheval, ita quod illud dare vel vendere possit cui voluerit, et si castrum illud vendiderit Arnaldo de Mirmaunde, ut dicunt; et si invenerit per inquisicionem illam quod castrum illud jus fuerit et hereditas predicte Agenesie, et quod illud predicto Arnaldo vendiderit, tunc predicto Arnaldo plenam inde seisinam habere faciat, accepta ab eo fidelitate inde regi debita, donec ad regem redierit facturus regi plenius quod inde regi facere debebit. Teste ut supra.

Pro Judeis Cantebr'.—Judei Cantebr' liberaverunt in garderobam regis apud Sanctum Edmundum, die Lune proxima post Cineres, quinque marcas, de quibus predicti Judei promiserunt regi respiciendos in adventu regis apud Cantebrigiam; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod pro predictis v^{que}. marcis ipsos Judeos non distringant. Teste ut supra.

Pro Waltero de Bathonia.—Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod deliberent Walterum de Bathonia, qui arestatus fuit eo quod permisit malam monetam currere in comitatu suo. Teste ut supra.

Pro regina.—Rex concessit regine terras que fuerunt Elye Giffard cum omnibus exitibus eorundem a tempore quo devenerunt in manum regis, tenendas usque ad legitimam etatem heredis ipsius Elye, in auxilium sustentacionis Eadwardi filii regis, salva ei que fuit uxor ipsius Elye racionabili dote sua de terris predictis. Et mandatum est Henrico de Wengham quod de terra predicta plenam ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod c. marcas faciat habere Willelmo de Valencia, fratri regis, liberandas Gwidoni de Rocheford', sicut rex ei injunxit, et totum residuum omnium denariorum regis quamcito poterit regi mittat. Teste ut supra.

Pro Paulino Peyvre.—Rex dedit Paulino Peyvre omnes exitus qui provenerunt de terris que fuerunt Radulfi de Sancto Amando, et quarum custodiam eidem P. dimisit usque ad legitimam etatem heredis ipsius Radulfi, usque ad diem quo illi dimisimus (*sic*) custodiam predictam. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos exitus ei habere faciant [pro eisdem exitibus regi reddendis nullam districtionem fieri faciant *cancelled*]. Teste rege apud Windles' v. die Maii.

Pro Eynon filio Edeneveth.—Mandatum est Walleramo Teutonico, vicecomiti Heref', quod Eynon filium Edenevet obsidem deliberari faciat, acceptis ab eo ad opus regis in exitu suo a prisona l. marcas,

1248.

prout offert, et accepta ab eo securitate de residuis l. marcis regi solvendis ad terminos quos inter eos providerit, et quod erit ad fidem et servicium regis. Deliberari etiam faciat alios obsides quos habet in prisona regis, si quos habeant qui pro eis loqui et finem facere voluerint, prout melius poterit ad commodum regis, accepta ab eis similiter securitate de finibus illis, et quod fideliter stabunt ad fidem regis. Teste ut supra.

Pro Ernaldo de Saut et Reymundo filio suo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de cc. marcis que restant reddende Ernaldo de Saut et Reymundo filio suo, de quadringentis marcis in quibus rex eis tenebatur, et unde receperunt breve regis de Liberate, predictis Ernaldo et Reymundo sine dilacione liberent c. marcas ad hoc Scaccarium Pasche, et predicto Reymundo quatuor marcas ad expensas suas ; et residuas c. marcas ad Scaccarium Sancti Michaelis rex eis reddi faciet. Teste ut supra.

[m. 9.] *De monetaria regis.*—Mandatum est Willelmo Hardel, custodi cambii sui, quod acceptis secum quot necesse fuerit per consilium Willelmi de Haverhull' et Edwardi de Westmonasterio, clericis regis, et fidelibus et discretis de officio monetarie, eat per singulas villas in quibus rex cambium habet, ad ordinandum et instruendum qualiter moneta regis bene et fideliter fiat, sicut fieri debet, sicut rex ei injunxit, et sicut provisum fuit nuper coram rege apud Windles' in presencia comitis Cornubie : et rex expensas racionabiles et necessarias, quas tam ad hoc quam in omnibus cambiis regis sustentandis posuerit, cum illas sciverit, ei in exitibus dicti cambii faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Walensibus obsidibus.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod Rethericum fratrem Oweyn et Wrennoc' Abhelyn, obsides, a prisona regis deliberari faciat, accepta ab eis securitate quod fideliter stabunt ad fidem regis, et capta a predicto Wrennoc' redempcione qua poterit. Teste ut supra.

Rex perdonavit Simoni de Kyme cx. marcas de cclxx. marcis quas regi debuit in universo et de residuis. (*Unfinished*). (*Cancelled. Non habuit.*)

De castris de Gannoc et Dissard muniendis.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie et constabulario de Pecco, quod de exitibus comitatus Cestrie et ballive de Pecco faciat habere Ade de Bocking', clerico regis, quem rex attornavit ad castra regis de Gannoc et Dissard munienda, denarios ad emendum vina, blada et alia necessaria ad municionem predictorum castrorum. Et cum rex sciverit quantum ei liberaverit, breve suum de Allocate eis habere faciet. Teste ut supra.

De galea eskippanda.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie, quod galeam regis que est apud Cestriam preparari faciat bonis armamentis et eskippari bonis marinallis, ita quod festinanter ire possit usque in Hyberniam ad victualia deferenda ab eisdem partibus ad municionem castrorum regis de Gannoc et Dissard. Teste ut supra.

1248.

Rex electioni facte de Gilberto, archidiacono Duacensi, in episcopum ejusdem loci, eo non obstante quod licentia eligendi per canonicos ejusdem loci prius a rege minime fuerat petita vel optenta, speciali gracia rex hac vice ob dicti electi merita assensum regium adhibuit et favorem; et mandatum est justiciario Hybernie quod bonas et expressas litteras patentes capituli Duacensis a canonicis predictis capiat quod nunquam inposterum ad aliquam electionem episcopi sui procedent, nisi prius a rege vel heredibus suis licentiam eligendi petierint et optinuerint. Quibus litteris optentis confirmacionem dicti electi in nullo impediat, set ipso confirmato liberam administracionem temporalium ad dictum episcopatum pertinencium eidem sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur eidem justiciario de L. quondam decano Cassilensi, episcopo Korkagensi.

De armis datis.—Mandatum est Willelmo Hardell' quod de exitibus cambii regis faciat habere fratri H. Giffard quandam loricam et unum par caligarum ferrearum, de dono regis; et cum rex sciverit custum, faciet ei allocari. Teste ut supra.

De prisone recipiendo.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod Reginaldum prisonem, quem ei habere faciet constabularius Windles', recipiat et salvo custodiat in predicta prisona donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De maeremio ad opus regis.—Mandatum est Godefrido de Liston', custodi foreste de Windles', quod faciat habere constabulario de Windles' maeremeum in predicta foresta, ad minus dampnum foreste, ad apparatum vinee regis infra idem castrum, prout rex ei injunxit, et clausturam ad claudendum purpresturam regis extra idem castrum. Teste ut supra.

Pro Imberto de Salinis.—Rex dedit Imberto de Salinis omnia catalla que fuerunt Remigii de Esthall', qui submersit se ipsum: et mandatum est vicecomiti Susex' quod catalla illa eidem Imberto sine dilacione faciat habere. Teste ut supra.

Pro uxore Morgani de Karleon.—Rex Waleran' Teutonico, salutem. Mandamus vobis quod de terris et tenementis que fuerunt Morgani de Karleon in bailliva vestra Hawisie que fuit uxor ejusdem Morgani racionabilem dotem suam [secundum consuetudinem parcium illarum *cancelled*] faciatis assignari. Teste rege apud Rading' ix. die Maii anno etc.

De viridariis eligendis.—Rex vicecomiti Surr', salutem. Precipimus tibi quod in pleno comitatu tuo et per assensum ejusdem comitatus eligi facias de discrecioribus militibus ejusdem comitatus loco Petri de Perefrith, quondam viridarii nostri de foresta nostra Windes', in baillia tua, qui mortuus est, et loco Henrici de Middelton', qui languidus est, alios qui melius possint esse viridarii nostri de eadem foresta, et qui melius perhibere velint fidele testimonium forestariis nostris de hiis que ad forestam pertinent, accepto ab eis prius sacramento quod fidele perhibebunt testimonium predictis

1248.

forestariis, et quod jura nostra fideliter observabunt in hiis que ad forestam nostram pertinent, et eis precipias ex parte nostra quod officio viridarie fideliter et diligenter intendant, et nomina illorum nobis scire facias. Teste rege apud Rading' ix. die Maii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Berk' quod loco Ricardi Bulloc et Johannis de Suningehull', qui mortui sunt, et loco Willelmi de Benetfeld, qui cecus est, qui fuerunt viridarii de eadem foresta, alios eligi faciat.

De eo quod non fuget.—Mandatum est Petro de Geneve, constabulario castri de Wind', et firmiter inhibitum ne alicubi sub cooperto foreste de Windes' fugari faciat ad lepores vel vulpes. Teste ut supra.

Pro Sarrisburiensi episcopo.—Mandatum est camerario Lond' quod permittat pincernam W. Sarisburiensis episcopi emere xx. dolia boni vini de vinis que venerunt usque civitatem regis London', ad opus ejusdem episcopi. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur maiori et Ricardo de Prisa Suhampt' de xx. doliis vini de vinis que venerunt usque Suhampt'. Teste ut supra.

Pro abbate et monachis Sancte Crucis Burdegale.—Mandatum est Ricardo de Grey, senescallo suo Wasconie, quod de consuetudinibus civitatis regis Burdegale habere faciat abbati et monachis Sancte Crucis Burdegale xl. libras Burdegale, quas eis concessimus per annum inde recipiendas per cartam nostram: eosdem etiam habere permittatis pedagium xv. modiorum salis quas similiter eis concessimus per cartam nostram. Teste rege apud Rading', x. die Maii.

Pro probis hominibus Hybernie.—Rex de omnibus articulis unde respectum concessit probis hominibus Hybernie justiciarius Hybernie usque Pentecost' anno etc. xxxij° concessit eis respectum, et terminum illum prolongavit in eodem modo quo justiciarius illum concessit usque ad festum Sancti Petri ad Vincula: et mandatum est predicto justiciario quod respectum illum eos habere permittat. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus Oxonie.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod de sex doliis vini, que cepit in manum regis de vinis illorum qui nuper interfecerunt quendam clericum in villa Oxonie, faciat habere Fratribus Minoribus Oxonie unum dolium vini; magistro hospitalis regis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie, unum dolium vini: et Matillidi uxori Galfridi de Langel', unum dolium vini: de dono regis. Teste rege apud Wudestok' xij. die Maii.

Memorandum quod J. de Lessinton' recessit a curia die Lune decimo die Maii de Walingef' postquam sigillaverat, et rediit ad curiam apud Wudestok' die Jovis proximo ante sigillacionem [*in margin*].

Pro Johanne filio Alani.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt per summonicionem Scaccarii Johanni filio Alani de decem milibus marcarum, de debitis Willelmi filii Alani,

1248.

avunculi ejusdem Johannis, ponant in respectum usque in tres septimanas a die Nativitatis Sancti Johannis Baptiste anno regni regis xxxij° Teste ut supra.

Pro Reginaldo de Kalne.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt per sumonicionem Scaccarii Reginaldo de Kalne de v. marcis, ad quas amerciatus fuit in ultimo itinere Roberti Passelewe et aliorum justiciariorum regis ad placita foreste in comitatu Wiltes' pro transgressione riparie regis, ponant in respectum usque in quindecim dies a die Sancti Michaelis anno regni regis xxxij°. Teste rege ibidem xiiij. die Maii.

Pro abbate de Strata Florida in Wallia.—Rex dedit respectum abbati de Strata Florida in Wallia usque a die Sancti Johannis Baptiste in quindecim dies de septingentis marcis, que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de quodam tallagio de tempore domini Johannis regis, et mandatum est baronibus de Scaccario etc. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Nicholao de Molis.

De electione de Godestowe.—Rex adhibuit assensum electioni facte de Emma Bloet, sanctimoniali de Godestowe, in abbatissam ejusdem loci, et ipsius abbatisse recepit fidelitatem ; et mandatum est Ade de Eston', custodi ejusdem abbacie, quod de predicta abbacia et omnibus terris et tenementis ad eandem pertinentibus eidem abbatisse sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste rege ibidem xvj. die Maii.

De terra capienda in manum domini regis.—Mandatum est vicecomiti Cumberland' quod totam terram que fuit Johanne de Morevill', tam illam quam Ricardus de Vernun et Helewisa uxor ejus quam illam quam Radulfus de Levinton' et Ada uxor ejus tenent de hereditate predicte Johanne, matris ipsarum, cujus heredes ipse sunt, capiat in manum regis ; et dicat predictis Ricardo et Helewise, Radulfo et Ade quod sint coram rege a die Nativitatis Sancti Johannis Baptiste in xv. dies, jus suum prosecuturi si voluerint. Teste ut supra.

Pro Bruno Calciat.—Mandatum est W. de Plessetis quod faciat habere Bruno Calciat, civi Burdegale, robam integram, scilicet tunicam supertunicam et pallium, de dono regis. Teste rege ibidem xvij. die Maii.

De hernesio ad milites faciendos.—Mandatum est eidem quod totum ornatum sive hernesium novum, videlicet quicquid necessarium est ad tres novos milites faciendos, emat et provideat sine dilacione ; ita quod hoc quod unus eorundem militum habere debet pulcrius et decencius sit aliis quibus socii sui debent uti, et quod totum predictum hernesium sit ad regem apud Wudestok' die tercio proximo ante instans festum Ascensionis Domini ad ultimum. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Brehull', in bosco de Pancehal', faciat habere

1248.

Radulfo filio Nicholai sex quercus ad meiremium (*sic*), de dono regis. Teste ut supra.

Pro Aaron Judeo Eboraci.—Rex dedit respectum Aaron Judeo Eboraci de centum libris quas regi solvisse debuit ad Scaccarium Pasche anno regni regis xxxij. usque ad quindenam Sancti Johannis Baptiste anno eodem ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro Thoma Kynne.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod, quia Saerus de Wahull' cum familia sua et aliis fautoribus suis vi et armis restitit et resistit ei, ne ad mandatum regis ponere possit Thomam Kynne in seisinam manerii de Pateshull', secundum quod consideratum fuit in curia regis coram justiciariis apud Hertford', ipsum Saerum et alios qui ei restiterunt, et quos invenerit resistentes, capiat et in prisona regis custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro H. de Boun comite Essex' et Hereford'.—Rex dedit respectum H. de Boun, comiti Hereford' et Essex', de debitis que regi debet usque ad quindenam Sancti Johannis Baptiste anno regni regis xxxij. ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere faciant, et interim scrutari faciant in quantis et in quibus debitis idem comes regi tenetur, et regem inde ad dictum terminum distincte et aperte certificent. Teste ut supra.

Pro abbate de Flexle.—Mandatum est constabulario de Sancto Breavello quod, cum non sit intentionis regis quod aliquem disseisiri faciat de aliquo tenemento suo injuste et sine judicio curie regis, abbati et monachis de Flexle de fabricis et aliis que habent in foresta de Den', et que cepit in manum regis, seisinam suam rehabere faciat qualem habuerunt die quo illa cepit in manum regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Fiscamp'.—Mandatum est ballivis regis de la Rye quod occasione escambii quod rex fecit cum abbate de Fiscann' pro villa de la Rye, ipsum abbatem vel homines suos de forinsecis terris quas sibi retinuit extra metas ville predicte, et que terre excipiuntur in escambio nostro, non distringant, vel ab eis aliquid capiant. Et si quid ab eis occasione predicta ceperunt, id eis sine dilacione restitui faciant. Teste ut supra.

Pro comite Marchie.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod sine dilacione faciat habere latori litterarum ad opus nobilis viri H. le Brun, comitis Marchie, euntis in Terram Sanctam, lectum integrum qui bonus sit et pulcher et tantum deceat virum. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo Hardel quod sine dilacione faciat habere latori litterarum ad opus nobilis viri H. comitis Marchie, euntis in Terram Sanctam, unam cuppam ponderis sex marcarum ad minus, que sit pulcra et deceat tantum virum. Teste ut supra.

De respectu milicie.—Rex dedit respectum Henrico de Breyllesford' de se milite faciendo usque ad Natale Domini anno regni regis xxxiij, et mandatum est vicecomiti Derb' etc. Teste ut supra.

1248.

Pro Eadmundo Cake.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod, quia rex accepit per inquisicionem quam ab eo fieri fecit, quod Seynerettus, Judeus de Norwico, qui utlagatus est pro felonia, tenuit unum mesuagium de Eadmundo Cake, capellano in Norwico, et quod manerium illud exstitit in manu regis per unum annum et unum diem, eidem Eadmundo de mesuagio illo plenam seisinam habere faciat. Teste rege ibidem xviij. die Maii.

De perambulacione facienda.—Rex vicecomiti Staff', salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum xij. legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad terram abbatis de Crokesden' in Oke, et terram Egidii de Erdintun', decani de Wulvrehampt', in Coddeshal', et per eorum sacramentum fieri facias perambulacionem inter terram ipsius abbatis in Oke et terram ipsius Egidii in Coddeshal', ita quod perambulacio illa fiat per certas metas et divisas; quia ipsi abbas et Egidius posuerunt se coram nobis in perambulacionem illam; et scire facias justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, sub sigillo tuo et per iiij^or^ milites qui perambulacioni illi interfuerunt, per quas metas et divisas perambulacio illa facta fuerit. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste ut supra.

Pro Eynolfo filio Oweyn.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie, quod permittat Eynolfum filium Oweyn, habere terram suam de Riw cum redditibus ad eam spectantibus, et cum libertatibus ipsius terre quibus hucusque usus est, donec super hoc cum eo colloquium habuerit. Teste ut supra.

Pro Griffino filio Madoci.—Rex perdonavit Griffino filio Madoci x. marcas que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de debitis que predictus Madocus, pater ejus, regi debebat; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro leprosis Sancti Bartholomei extra Oxoniam.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod de exitibus ville Oxonie de tempore quo fuit in manu regis pro morte Gilberti de Bunfermelyn (*sic*), clerici Scocie interfecti, habere faciat sine dilacione leprosis Sancti Bartholomei hoc quod consueverunt percipere ad sustentacionem suam singulis septimanis de eadem villa. Teste ut supra.

De hernesio ad milites faciendos.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod totum ornatum et hernesium novum et decens, et quicquid necessarium fuerit, ad novos milites faciendos, ad regem venire faciat usque Wintoniam contra Pentecosten, ad opus Ricardi de Burgo, se sexto sociorum, et similiter apparatum ad opus Radulfi de Montibus, nepotis Ebuli (*sic*) de Montibus. Teste rege ibidem xix. die Maii.

Pro Magistro Johanne de Alvithechirch'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt per summonicionem Scaccarii Magistro Johanni de Alvithechirch' de quinque marcis pro

1248.

transgressione foreste, ponant in respectum usque a die Sancti Michaelis in quindecim dies. Teste rege ibidem xx. die Maii.

De perambulacione terrarum.—Rex vicecomiti Leyc', salutem. Precipimus tibi quod, assumptis tecum xij. legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accedas ad terram magistri milicie Templi in Anglia in Stounesby, et terram abbatis de Croxton' in Waltham, et per eorum sacramentum fieri facias perambulacionem inter terram ipsius magistri in Stounesby et terram predicti abbatis in Waltham, ita quod perambulacio illa fiat per certas metas et divisas; quia predicti magister et abbas posuerunt se coram nobis in perambulacione illa. Et scire facias justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venerint, sub sigillo tuo et per quatuor milites ex illis qui perambulacioni illi interfuerunt, per quas metas et divisas perambulacio illa facta fuerit. Et habeas ibi nomina militum et hoc breve. Teste ut supra.

Pro comite Wintonie.—Rex concessit R. de Quency, comiti Wintonie, quod possit onerare hac vice duas naves vinis et victualibus in quocumque portu Hybernie voluerit, et illas duas naves sic oneratas inde abducere, quo sibi placuerit. Et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod eum vel certum nuncium suum hoc facere permittat. Teste ut supra.

[m. 8.] *Pro Adam de Eston'.*—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod Adam de Eston', clericus de cancellaria nostra, solvit in garderoba nostra apud Wudestok', die Sancti Athelberti, Thome de Wintonia centum solidos de exitibus et proventibus abbacie de Godestowe, quam habuit in custodia per preceptum nostrum, et residuum eorundem exituum et proventuum dedimus abbatisse et conventui ejusdem loci. Et ideo vobis mandamus quod eundem Adam tam de predictis c. solidis quam de predictis exitibus et proventibus quietum esse faciatis. Teste rege apud Wudestok' xxiij. die Maii.

Pro Karleolensi episcopo.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciant (*sic*) habere S. Karleolensi episcopo tres damos in foresta de Rokingeham, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste ultra Trentam, quod faciat habere eidem episcopo xx. quercus ad meiremium (*sic*) in foresta de Ingelwod', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Jeremya de Kaxton'.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Rading' quod faciant habere Jeremye de Kaxton' unum dolium vini de prestito. Teste rege ibidem xxij. die Maii.

Pro Johanne de Cycestria.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere Johanni de Cicestria, clerico regis, tres quercus cum eschaetis in Wakefeld', infram (*sic*) forestam regis de Whittlewod', de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore Huntindon'.—Mandatum est eidem, quod faciat habere priori Huntendon' sex quercus ad meiremium (*sic*) in foresta de Clyve

1248.

extra parcum, ubi capi possint ad minus dampnum foreste, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Albiniaco.—Mandatum est constabulario de Sancto Breavello quod faciat habere Willelmo de Albiniaco unam quercum in foresta de Den' ad focum suum, de dono regis. Teste rege ibidem xxiij. die Maii.

Pro Warino de Munchanes'.—Mandatum est justiciariis itinerantibus apud Hertford' quod omnia placita et querelas, si que sint inter regem et Warinum de Muntchanes', ponant in respectum usque in quindenam Sancti Johannis Baptiste. Teste ut supra.

Pro abbate de Gresting'.—Rex perdonavit abbati de Gresting' amerciamentum ad quod illum amerciarunt, ut dicit, justiciarii itinerantes apud Hertford', eo quod, cum transitum faceret prope locum ubi placita sua tenuerunt, non venit coram eis ; et mandatum est eisdem justiciariis quod non ponant amerciamentum illud in summonicionem, set eum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro abbate Sancti Jacobi Norhampton'.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere abbati Sancti Jacobi Norhampton' quindecim quercus in foresta Norhampton', ubi viderit quod ad minus nocumentum foreste capi possint, ad refectorium suum, de dono regis. Teste rege ibidem xxiiij. die Maii.

De panno ad pauperes vestiendos.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod novies centum et xl. septem ulnas ad pauperes vestiendos contra festum Pentecostes venire faciat usque Wintoniam contra festum memoratum. Teste rege ibidem xxv. die Maii.

Pro Johanne de Verdun.—Mandatum est Henrico de Wingeham et choescaetori suo in comitatu Hereford' quod, quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit quod Rogerus Pichard tenuit terras suas in comitatu Hereford' de Johanne de Verdun, et non de nobis in capite de custodia earundem terrarum, quam in manum regis seisiverunt, eidem Johanni sine dilacione plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Bristollo quod faciant habere Aleisie uxori Willelmi le Moyne unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Magistro Nicholao de Viann'.—Rex perdonavit Magistro Nicholao de Viann' xj. marcas et dimidiam ad quas amerciatus fuit coram justiciariis de foresta in comitatu Suhampt' pro capcione unius cervi ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro constabulario de Sancto Briavello.—Mandatum est Roberto Passelewe quod, quia coram justiciariis ultimo itinerantibus ad placita foreste regis de Den' recognitum fuit per veredictum forestariorum,

1248. viridariorum et aliorum fidelium hominum de eadem foresta, quod cableicium ejusdem foreste pertinet ad constabulariam castri de Sancto Breavello, cableicium ejusdem foreste de anno regni regis xxxij. constabulario ejusdem castri sine dilacione habere faciat. Teste ut supra. Per Robertum Passelewe.

Pro Roberto de Nevill'.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod, quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit a vicecomite Eboraci quod Robertus de Pathorn tenuit terram suam in Pathorn de Henrico de Nevill' per servicium militare, et quod Robertus de Nevill' heres ejus est, et quod custodia illius terre ea racione ad ipsum Robertum de Nevill' pertinet, et quod Isabella que fuit uxor Gilberti de Brakenberg' recognovit se nichil juris clamare in custodia illa, eidem Roberto de Nevill' de custodia illa plenam seisinam sine dilacione habere faciat. Teste rege ibidem xxvj. die Maii.

Pro Petro de Albeson.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod illud dolium vini, quod de precepto regis liberasse debuerat Fratribus Minoribus Oxonie, liberet Petro de Albecon, consanguineo regis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Mulesford'.—Rex perdonavit Johanni de Mulesford' infortunium quod accidit ei in ducendo quandam carettam, que per ejus incuriam cecidit, per quam fractum fuit quoddam dolium vini regis, et idem vinum deperditum, quod cariari debuit usque Wudestok'; et mandatum est ballivis Suhampt' quod equos suos et carettam, quos ea occasione detinent, ei sine dilacione liberari faciant. Teste ut supra.

De denariis levandis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod de bonis et catallis Stephani de Harnhull' levari faciat sine dilacione xix. libras tres solidos et quatuor denarios de arreragiis in quibus tenetur regi de officio eschaeterie dum fuit choeschaetor in comitatu illo, et pecuniam illam liberet Henrico de Wingeham deferendam regi usque Wintoniam. Teste rege ibidem xxvij. die Maii.

De homine ponendo per ballium.—Mandatum est vicecomiti Roteland' quod, quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit, quod Alicia que fuit uxor Alani de Casterton' appellat Galfridum le Mouner, captum et detentum in prisona regis de Pylton' pro morte predicti Alani, viri sui, odio et atya, ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro comite Dereb'.—Rex perdonavit Willelmo de Ferrariis, comiti Dereb', omnia ammerciamenta in que incidit coram rege in itinere suorum justiciariorum in comitatu Staff' ultimo itinerancium; et mandatum est predictis justiciariis quod ipsum comitem de predictis ammerciamentis quietum esse, et eadem anmerciamenta (*sic*), que inserta sunt in rotulis suis, ab eis extrahi faciant. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Whitlewod' faciat habere W. comiti Dereb' duos damos, de dono regis. Teste rege apud Wodestok' xxix die Maii.

1248.

Pro Sahero de Bredeford'.—Rex perdonavit Sahero de Bredeford' transgressionem quam fecit de prostracione trium latronum qui suspensi fuerunt apud Colecestriam, quando justiciarii regis ultimo itineraverunt in comitatu Essex', quorum latronum unus evasit vivus; propter quam evasionem iidem justiciarii capi fecerunt terram ipsius Saheri in manum regis, et rex super hoc ei dedit pacem suam; et mandatum est vicecomiti Essex' quod predicto Sahero omnia catalla sua, si que occasione predicte transgressionis cepit, restituat, et ei predictam terram sine dilacione reddat. Teste ut supra.

De fusto dato.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod faciat habere abbati Westm' quoddam fustum in foresta Windles' ad unum standardum inde faciendum ad molendinum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere Theobaldo de Englescheviil' quatuor quercus ad maeremium in foresta de Chipenham, de dono regis, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi poterunt. Teste ut supra.

De providencia contra Pentecosten.—Mandatum est Waltero le Flemeng quod in villa Suhampton' arestari faciat d. congruos d. mulvellos salitos ad opus regis contra instans festum Pentecostes; et illos venire faciat usque Wintoniam, ad expensas domus regis, per diem Veneris et diem Sabbati in vigilia ejusdem festi. Et rex custum, cum illud sciverit, reddi faciet. Teste rege apud Wodestok' xxx. die Maii.

Similiter mandatum est ballivis de Wincheles', quod de villa sua venire faciant contra idem festum usque Wintoniam mille plaicia ad opus regis; ita quod rex habeat ibidem ccc. plaicia die Jovis ante Pentecosten ad vesperam, vel die Veneris in crastino summo mane. Et septingenta plaicia in vigilia Pentecostes valde tempestive. Et custum etc. Teste ut supra.

Et mandatum est Henrico Kingesune, Ade Bruning, et Galfrido le Rus quod fieri faciant per visum Rogeri lardenarii regis, quadringentos pastillos, unde una pars sit de salmonibus, et alia pars de turbuttis, et alia pars de deauratis, et illos liberari faciant eidem Rogero ad opus regis. Et custum etc. ut supra. Teste ut supra.

De cleiis faciendis.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod faciat habere custodibus operacionum regis Windleshor' de alnetis et cleiis prout opus fuerit ad faciendum inde escaufacia ad picturas quas rex injunxit Magistro Willelmo, pictori, faciendas in capella regis Windles'. Teste ut supra.

De transfretacione.—Mandatum est B. de Crioyl quod permittat Bertramum Ayndre et Emericum Sunevill', milites, et octo armigeros et vij. garciones de familia que fuit Oliveri de Chaleys, cum equis et hernesio suo sine aliquo impedimento transfretare. Teste ut supra.

Pro comite Wintonie.—Rex concessit R. comiti Wintonie respectum de omnimodis contencionibus ortis inter homines regis Hertford' et

1248.

homines ejusdem comitis de Ware usque a die Sancti Johannis Baptiste in unum mensem. Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod eosdem homines de Ware pacem inde interim habere permittat. Teste ut supra.

Pro comite Warr'.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta de Paunceshal' faciat habere Johanni de Plessetis quatuor quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod de residuis tribus doliis vini que capta fuerunt in manum regis de vinis illorum qui nuper interfecerunt quendam clericum in villa Oxonie faciat habere abbatisse de Godestowe unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est P. Chaceporc, thesaurario suo, quod Ricardo de Fonteneto unam robam et aliam uxori sue faciat liberari, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est P. Chaceporc' quod liberari faciat Willelmo de Cryanges, militi Gwidonis de Lezinan, robam, de dono regis. Teste rege apud Farendon' primo die Junii.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum suorum de Wodestok' quod singulis diebus, cum Johannes de Monemue, dum infirmus fuerit, miserit ad ipsos propter vinum ad opus suum proprium, ei habere faciant unum sextarium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus Baion'.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod faciat habere fratri Gaillardo, priori Fratrum Predicatorum Baion', ad opus eorundem fratrum, unum vestimentum integrum cum pulcris paruris et aliis pertinenciis, et unam casulam, et unam capam de samitto cum aurifrigiis, tunicam et dalmaticam de panno de Larest', de dono regis; et hec omnia predicto priori sine mora qualibet dicto priori (*sic*) liberare non omittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod faciat habere priorisse et monialibus de Ankerwik' xvj. quercus ad maeremium in foresta de Windleshour', de dono regis, ubi propius eundem prioratum et ad minus nocumentum foreste capi possunt. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est P. Chaceporc quod liberari faciat quatuor robas ad opus Johannis de Monemue et trium militum suorum. Teste ut supra.

De burgagiis liberandis.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod si quos invenerit qui recipere velint burgagia et habitare prope castrum regis de Dissard, tunc burgagia eis liberari faciat sub ea forma quam ei injunxit de burgagiis liberandis apud Gannoc. Teste ut supra.

1248.

De robis datis.—Mandatum est P. Chaceporc' quod habere faciat Aesio de Belac et Rogero de Alis robas contra Pentecosten, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne le Poer.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod faciat extrahi Johannem le Poer, detentum in prisona regis Oxonie ab inferiori carcere et poni in superiori, ita tamen quod vinctus sit ferro, et securus sit de eo ne possit evadere; et si possit invenire ei xij. vel saltem vj. probos homines et fideles qui manucapiant eum ad standum recto, si quis versus eum loqui voluerit, tunc eis eum taliter deliberari faciat. Teste ut supra.

De hernesio ad militem faciendum.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod inveniat Willelmo de Muntet ea que sibi necessaria fuerint ad se militem faciendum contra Pentecosten, quem rex tunc militem faciet. Teste me ipso ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est R. Passelewe quod in foresta de Whitlewode faciat habere abbati de Butlesden' vj. quercus ad maeremium, de dono regis, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi poterunt. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est P. Chaceporc quod faciat habere Alemanno, istrioni regis, unam robam, de dono regis, contra instans festum Pentecostes. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario de Divisis quod in foresta de Melkesham faciat habere Amicie comitisse de Insula x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Merleberge iij° die Junii.

Pro Galfrido Gacelin.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Galfrido Gacelin unam culcitram et unum coopertorium de bissiis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Emerico de Montibus.—Mandatum est eidem Willelmo quod faciat habere Emerico de Montibus, quem hac die Pentecostes milicie cingulo proponimus insignire, ea que sibi necessaria sunt ad dictum honorem recipiendum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Turs.—Quia rex accepit per inquisicionem quam a vicecomite Wigornie fieri precepit, quod Elyas le Furbur' de Wigornia tenuit unum mesuagium in Wygornia, qui fugit pro morte hominis, et quod mesuagium illud exstitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod mesuagium illud tenuit de Johanne de Turs, mandatum est vicecomiti Wigornie quod eidem Johanni de predicto mesuagio plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro viridariis regis.—Mandatum est vicecomiti Berkes' quod non ponat Galfridum Ponsard et Ranulfum Freteoxe in aliquibus assisis, preter quam in magnis assisis, si opus fuerit, quamdiu iidem Galfridus et Ranulfus fuerint viridarii regis in foresta regis de Savernac. Teste ut supra.

1248.

Pro hominibus de Melkesham.—Homines de Melkesham liberaverunt in garderobam regis die Mercurii proxima post Ascensionem Domini apud Merleberge P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, xxiiij. libras xv. solidos viij. denarios de firma ville sue de Melkesham; et mandatum est baronibus de Scaccario quod illas faciant eis allocari in firma ville sue. Teste etc.

Pro quadam Judea Oxon'.—Rex de xx. marcis et xviij. solidis quos Muriel que fuit uxor David', Judei Oxonie, regi debuit solvisse ad hoc Pascha proximo preteritum de auxilio lx. milium marcarum, dedit ei respectum, ita quod solvat regi medietatem in festo Sancti Michaelis proximo futuro, et aliam medietatem in festo Natalis Domini. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod prefatum respectum ei habere faciant. Teste ut supra.

De excambiis terrarum.—Quia rex accepit per inquisicionem quam a justiciario Hybernie fieri precepit quod ad comodum regis esset si concederet quod Robertus de Blunteston' escambium faciat cum Galfrido le Butiler de v^que^ carucatis terre cum pertinenciis, quas de rege tenet in capite in Killotheran, pro terra ipsius Galfridi in Anglia, rex escambium illud fieri concedit. Et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod sic fieri permittat. Teste ut [supra].

De robis datis.—Mandatum est P. Chaceporc quod habere faciat Petro de Marevill', Bernardo fratri ejus, et Henrico de Vernay, militibus, robas, de dono regis. Teste ut supra.

De testamento Willelmi filii Hamonis.—Executores testamenti Willelmi filii Hamonis satisfecerunt regi de debito in quo predictus Willelmus regi tenebatur. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod omnia bona et catalla prioris de Bradewell' et Simonis de Eltesdon' que cepit in manum regis occasione debiti predicti integre eis reddi faciat. Teste ut supra.

De prisone recipiendo.—Mandatum est vicecomiti Warr' quod Johannem filium Basill', rettatum de latrocinio, quem Rogerus de Sumery ei liberabit, ab eo recipiat et ipsum in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De terra data cuidam capelle.—Quia rex accepit per inquisicionem etc. quod una virgata terre cum pertinenciis in Pinnok' data fuit in liberam et perpetuam elemosinam capelle Beate Marie de Pinnok', ad sustentacionem unius lampadis in eadem secundum quod in carta donatoris super hoc facta continetur; mandatum est Hugoni Gargat' quod rectori ejusdem capelle plenam seisinam de eadem terra cum pertinenciis habere faciat; ita tamen quod sustentet lampadem predictam secundum tenorem carte predicte. Teste rege apud Wintoniam viij. die Junii.

[m. 7.] *De damis datis.*—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis infra insulam de Whyt faciat habere Galfrido de Lucy quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

1248.

Pro abbate Sancte Marie juxta Dubliniam.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit a Johanne filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod abbas et monachi Sancte Marie juxta Dubliniam dampnificantur singulis annis per molendina regis de novo levata prope castrum Dublin' usque ad summam decem marcarum, mandatum est eidem justiciario quod in recompensacionem hujusmodi dampni ejusdem abbacie, et pro salute anime regis, assignet eisdem abbati et monachis terram sive redditum annuum, ubi cicius et melius providere poterit ad minus dampnum regis, ad valenciam decem marcarum per annum, nisi predecessores regis aut ipse rex prius quam iidem monachi molendina ibidem habere consueverunt. Et cum eis providerit hujusmodi terram sive redditum annuum quod significet regi cujusmodi et quam terram sive redditum eis assignaverit, ut terram illam sive redditum eis confirmare possit carta sua. Teste rege apud Merleberg' iij. die Junii.

Pro Galfrido Dispensario.—Mandatum est Philippe, comitisse War', quod averia Galfridi Dispensarii, que cepit occasione secte hundredi regis de Hedindon', de qua secta rex ipsum Galfridum acquietare debet, sine dilacione faciat deliberari, et rex omnia dampna que prefata comitissa sustinuit ea occasione in firma predicti hundredi ei ad Scaccarium suum singulis annis faciet allocari. Teste rege apud Wintoniam ix. die Junii. Per Radulfum filium Nicholai.

De sigillo Scaccarii commisso.—Rex vult quod Edwardus de Westmonasterio habeat custodiam sigilli Scaccarii sui, et quod Magister Nicholaus de Sancto Albano sit rememorator regis in eodem Scaccario. Et mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod ipsos ad predicta officia recipiant, sicut predictum est. Teste ut supra.

De parco Norhampton' claudendo.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod omnes illos de balliva sua qui ab antiquo et de jure claudere debent parcum regis Norhampton', qui indiget claustura, distringat ad parcum illum sine dilacione claudendum ; ita quod pro defectu districtionis sue non remaneat quin predictus parcus cum festinacione bene claudatur, propter quod ad ipsum graviter se rex capere debeat. Teste et[c.] ut supra.

Pro Johanne le Parker.—Quia constat regi per inquisicionem quam ab eo, scilicet vicecomite Suff', fieri precepit, quod una acra prati que fuit Willelmi Malse, qui regnum regis abjuravit pro felonia, exstitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod pratum illud tenuit de Johanne le Parker de Ubeston', mandatum est vicecomiti Suff' quod eidem Johanni de prato illo plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wintoniam, x. die Junii.

Pro Roberto le Taillur.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit per preceptum regis quod Robertus de Lafford', qui suspensus fuit pro felonia, tenuit unum toftum cum pertinenciis in villa de Graham de Roberto le Taillur, et quod toftum illud exstitit in manu regis per unum annum et unum diem, mandatum est vicecomiti Linc' quod Roberto, filio et heredi predicti Roberti le Taillur, de predicto tofto

1248. cum pertinenciis sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Constantino de Noers.—Rex concessit de gracia sua Constantino de Noers, qui captus est et detentus in prisona regis Norhampt' pro roberia, unde rettatus est, quod, si possit invenire xij. liberos et legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis regis, cum in partes illas venerint, ad standum inde recto, illis xij. tradatur; et mandatum est vicecomiti Norhampt' quod eum illis xij. tradat, sicut predictum est. Et habeas (*sic*) ibi nomina eorum. Teste ut supra. Per R. Passelewe.

Et mandatum est vicecomiti Bed' quod catalla ipsius Constantini ea occasione capta sine dilacione deliberari faciat. Teste ut supra.

Rex Roberto Passelewe [Henrico de Ferlegh' *cancelled*], salutem. Mandamus vobis quod Fratribus Predicatoribus Wintonie faciatis habere l. carettatas busce in ballivis vestris de Andour', de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Amicia nepta comitisse Augi.—Rex inspexit cartam per quam Alicia comitissa Augi dedit Amicie nepti sue vj. summas frumenti et sex summas ordei, annuatim percipiendas ad festum Omnium Sanctorum in manerio de Elham', per manum servientis ejusdem manerii, quicumque fuisset. Et mandatum est P. de Geneve quod eidem Amicie de exitibus ejusdem manerii vj. summas frumenti et vj. summas ordei de termino Omnium Sanctorum anno etc. xxxij° et deinde singulis annis, quamdiu idem manerium fuerit in manu regis [nostra *cancelled*] et in custodia ipsius, ad terminum predictum tot summas frumenti et ordei habere faciat. Teste ut supra.

Pro Adam Parcario.—Consimiles litteras habet Adam' Parcarius de Elham, de quatuor summis ordei percipiendis ad festum Omnium Sanctorum in predicto manerio de Elham. Teste ut supra.

Pro Johanne de Lessinton'.—Rex concessit Johanni de Lessinton', senescallo suo, quod possit capere racionabile estoverium suum in bosco suo de Thayden', qui est in foresta regis Essex', sine aliqua disturbacione forestariorum regis vel aliorum; mandatum est Ricardo de Munfichet, forestario regis Essex', quod eundem Johannem permittat capere racionabile estoverium suum in bosco predicto sine disturbacione aliqua, sicut predictum est. Teste ut supra. Per Robertum Passelewe.

De serjantiis regis.—Mandatum est R. de Thurkilb' et sociis suis, justiciariis itinerantibus, quod bene sciunt, ut rex credit, quod rex commisit R. Passelewe et sociis suis omnem disposicionem et cognicionem serjantiarum regis, et eis mandat quod de serjantiis illis nichil se intromittant. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Berking'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod non permittant distringi abbatissam de Berking' pro c. solidis de catallis Reginaldi de Beninton', fugitivi, que Hugo de Butyun habuit de dono regis. Teste ut supra.

1248.

De probis hominibus Hybernie.—Rex de omnibus articulis unde dederat respectum probis hominibus regis Hybernie usque festum Pentecostes, et unde postmodum respectum illum eis prolongavit usque ad festum Sancti Petri ad Vincula, adhuc terminum illum prolongavit, et respectum inde eis concessit usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxxij. Et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod respectum illum eis habere permittat. Teste ut supra.

Pro patriarcha Jerosolim'.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio, clerico, quod cum omni festinacione quam poterit nullatenus omittat quin fieri faciat unam capam ad chorum, quandam casulam et quandam mitram decentes, necnon quendam [amictum] pulcrum ad opus venerabilis patris R. patriarche Jeroselim', et ea fratri Johanni, canonico dominici sepulcri, liberet, predicto patriarche ex parte regis deferenda. Teste etc. anno xxxij° et ei viginti marcas ad expensas suas habere faciat.

Pro abbate de Tavistok'.—Mandatum est Henrico de Wengham vel choescaetori suo in comitatu Devonie, quia rex adhibuit assensum regium et favorem electioni facte de fratre Roberto, monacho de Tavistok', in abbatem ejusdem domus, quod de predicta abbacia et de omnibus terris et possessionibus ad eam spectantibus plenam ei seisinam habere faciat. Teste rege apud Clarendon' xij. die Junii.

Et habet litteras patentes directas militibus liberis hominibus et aliis tenentibus de predicta abbacia, quod ei tamquam domino suo in omnibus decetero intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in foresta regis de Kyngeswode [Cestrewant *cancelled*] faciat habere Philippo Basset x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Robertus Attestrete, quem Agnes que fuit uxor Thome Scot appellat de morte predicti Thome, quondam viri sui, habet breve vicecomiti Eboraci quod ponatur per ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste ut supra.

De denariis recipiendis.—Mandatum est Eadwardo de Westmonasterio quod xl. libras, quas thesaurarius Novi Templi London' liberabit ei de mandato regis, de proparte comitis Glouc' de cc. libris, quas pro ipso et coheredibus W. Marescalli, quondam comitis Penbr', rex solvit per annum comitisse Leic' de dote sua Hybern', ab eo recipiat, et litteras regis patentes, quas ei mittit, receptam illam testificantes, ei postmodum liberet. Et nullo modo omittat quin statim cum illas xl. libras receperit, illas sub quanta poterit festinacione regi mittat usque Clarendon'. Teste rege apud Clarendon' xiiij. die Junii.

Pro Roberto le Moyne.—Quia rex remisit Roberto le Moyne sectam pacis regis pro morte Roberti filii Willame, unde rettatus fuit, et inde ei fieri fecit litteras suas patentes, mandatum est baronibus

1248.

de Scaccario quod quod (*sic*) de lxvj. solidis qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii pro catallis suis de itinere justiciariorum ultimo itinerancium in comitatu Bed', et de c. et v[que] solidis qui ab eo exiguntur similiter per summonicionem Scaccarii de exitibus terre sue de uno anno et uno die de eodem itinere justiciariorum, ipsum Robertum le Moyne quietum esse faciant. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod prisones quos Philippa, comitissa Warr', ei liberabit, qui capti sunt pro falsa moneta, recipiat et salvo custodiat, donec inde aliud habuerit preceptum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Rex custodi foreste sue de Chippeham, salutem. Precipimus tibi quod in foresta nostra de Chippeham facias habere priori de Bradenestok' vj. quercus ad stalla sua inde facienda, de dono nostro. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de comitatibus Buk' et Norhampton' quod faciat habere abbati de Waltham in foresta regis quatuor damos in predictis comitatibus, de dono regis, ad festum suum tenendum in die benedictionis installacionis sue. Teste ut supra.

De maeremio ad opus regis.—Mandatum est ballivis regis de la Bere quod faciant habere Magistro Gerardo, carpentario regis, lx. quercus in bosco regis de la Bere ad reparandum castrum de Corf. Teste rege apud Clarendon' xv. die Junii.

Mandatum est ballivo de Gillingham quod faciat habere eidem Gerardo xl. quercus in bosco de Gillingham ad reparandum castrum de Corf'. Teste ut supra.

De vinis capiendis.—Rex mittit Michaelem, pincernam, ad nundinas Sancti Botulphi ad capiendum in eis c. dolia vini ad opus regis ; et mandatum est ballivis predictarum nundinarum quod ei ad hoc consulentes sint et auxiliantes. Teste ut supra.

De denariis liberandis.—Mandatum est forestariis de Dene quod omnes denarios quos receperunt de scapelicio (*sic*) de foresta regis de Dene, tempore quo Ricardus de Clifford' habuit custodiam castri regis de Sancto Briavello et ipsius foreste, P. Chaceporc, custodi ipsius castri, habere faciant. Teste ut supra.

De fabrica amovenda.—Mandatum est P. Chaceporc quod fabricam que sita est in villa de Sancto Briavello amoveri et poni apud Dene faciat. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Langel'.—Mandatum est Thome de Stanford', escaetori suo in comitatu Norhumbr', quod omnes redditus et exitus perceptos usque ad vicesimum nonum diem Aprilis anno etc. xxxij° de terra de Stanfordeham, quam dederat Galfrido de Langel', et pro qua dedit ei rex in excambium manerium de Edricheston', ipsi Galfrido habere faciat. Teste ut supra.

1248.

Pro Petro de Lalue.—Mandatum est ballivo de Gernes' quod xxij. dolia vini que Petrus de Lalue habuit in quadam navi Raymundi de Ortyce, nuper fracta in portu de Gernes', et que in manum regis cepit, eidem Petro sine dilacione reddi faciat. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Suhampton' quod de omnibus terris et tenementis cum pertinenciis que Elyas de la Faleis' tenuit de rege in capite in comitatu predicto, Ide que fuit uxor ipsius Elye [Ide *cancelled*] racionabilem dotem suam habere faciant. Teste ut supra.

Pro comite Dereb'.—Mandatum est captoribus vinorum suorum quod duas navatas vini, que (*sic*) Petrus le Coif' et Vitaldus frater ejus adducunt ad opus comitis Dereb', eis in pace dimittat (*sic*) et nichil inde ad opus regis capiant. Teste ut supra.

Pro Willelmo Eswy.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod nisi ipsi vicecomites habere fecerint Willelmo Eswy, mercenario London', xx. libras in quibus ei tenebatur Fulco de Castro Novo, sicut rex eis dedit in mandatis per breve regis de Computabitur, eas sine dilacione reddi faciant eidem, et eis allocabuntur per ipsum breve regis de Computabitur. Teste rege apud Clarendon' xx. die Junii.

De probatore deliberando.—Quia Johannes le Keu, probator regis, captus et detentus in prisona regis Notingh' pro felonia quam fecit, tenuit nobis convencionem de convincendo quosdam homines quos de hujusmodi felonia appellaverit, mandatum est vicecomiti Noting' quod ipsum a dicta prisona deliberet, ita quod abjuret et exeat regnum regis. Teste ut supra.

De cindula ad opus regis.—Mandatum est Willelmo Passelewe, ballivo Nove Foreste, quod de predicta foresta regis, ubi fieri poterit ad majus commodum regis et ad minus nocumentum ipsius foreste, faciat habere Magistro David', carpentario regis, cindulam quanta indiguerit ad cooperiendum domos regis de Clarendon'. Teste ut supra.

De hominibus ponendis per ballium.—Henricus Mossy, Johannes Edmundi, et Henricus de Scalariis, capti et detenti in prisona regis Cantebr', pro morte Thome Grey, unde appellati sunt, quia inquisicio dicit quod non sunt de morte illa culpabiles, habent breve vicecomiti Cantebr' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De testamento Alani de Maydewell'.—Mandatum est Henrico de Wengham vel coescaetori suo in comitatu Norhampton', quod, accepta securitate bona ab herede Alani de Maydewell' et ab ejus executoribus, quod regi satisfacient de debitis que predictus Alanus regi debuit, de tempore quo fuit vicecomes Norhampt', et de aliis debitis, tunc ipsum heredem de terra que fuit ipsius Alani seisinam, et ipsos executores de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Alani plenam administracionem habere faciant ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste rege apud Lutegarshal', xxvj. die Junii.

1248.

Pro Eadwardo filio regis.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod permittat Edwardum filium regis ingredi parcum regis de Windles' cum voluerit, dum moram fecerit apud Windles', ad aliquas de bestiis regis in eo capiendas, et solacium in eo habendum. Teste rege apud Wintoniam iij. die Julii.

Pro Willelmo pistore regis.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Kancie quod Willelmum pistorem regis, detentum in prisona regis eo quod defecit in loquela sua versus Willelmum de Lincoln', quem appellavit de morte fratris sui coram eisdem justiciariis in itinere suo in comitatu Surr', sine dilacione deliberari faciant. Teste ut supra.

De molendino capiendo in manum regis.—Rex audivit quod Robertus de Veteri Ponte olim dedit Hugoni le Marescal unum molendinum cum pertinenciis in Ewus', tenendum et habendum eidem Hugoni et heredibus suis de corpore suo procreatis. Et quia rex audivit quod idem Hugo obiit sine herede de se, et dictum molendinum est tam escaeta regis racione honoris de Tykehull' in manu regis existentis, mandatum est constabulario de Tykehull' quod molendinum illud in manum regis capiat et salvo custodiat, donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi parci de Pettewurth' quod in eodem parco faciat habere Radulfo de Haya tres damos, de dono regis. Teste rege apud Guldeford' vj. die Julii.

De laica vi ammovenda.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod omnem vim laicam armatam inventam in ecclesia de Tackelegh' faciat amoveri, non permittens quod similis vis laica decetero invadat ecclesiam predictam. Teste ut supra.

Pro Magistro Simone de Wauton'.—Rex propter fidele servicium Magistri Simonis de Wauton', quod non mediocriter commendat, remittit ei transgressionem de venacione quam homines sui ceperunt in foresta de Windles' sine licencia regis, et venacionem illam, de dono regis, una cum hominibus suis qui capti erant in eadem foresta propter excessum predictum, rex ei destinat, et mandat ei quod premuniat homines suos ne consimilem excessum futuris temporibus committant. Teste ut supra.

De monacho deliberando.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod fratrem Ricardum Aynel, monachum abbatis Sancte Marie Ebor' Ebor' (*sic*), detentum per justiciarios regis apud Sarr', eo quod noluit respondere coram eis, set cantavit ' veni creator spiritus ', sine dilacione deliberari faciat. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Julii.

De homine ponendo per ballium pro retonsura.—N[*in margin*]. Mandatum est vicecomiti Norff' quod si Galfridus de Weseham', captus et detentus in prisona regis Norwici pro retonsura monete, unde rettatus est, invenerit ei xij. liberos et legales homines de comitatu suo, qui manu capiant eum habere coram rege vel hiis quos ad hoc rex ad partes illas

1248.

mittet, quando voluerit et ubi, ad standum inde recto, tunc ipsum Galfridum illis xij. tradat in ballium, sicut predictum est, quia sic provisum est de consilio regis quod simili modo tradantur alii in ballium, qui capti fuerunt in aliis comitatibus pro retonsura predicta ; et quod habeat ibi nomina illorum xij. et hoc breve. Teste ut supra.

[m. 6.] *Pro Henrico de Hastinges.*—Mandatum est Roberto Passelewe quod, quamdiu habuerit custodiam abbacie Sancti Edmundi, inveniri faciat Henrico de Hastinges, senescallo ejusdem domus, de feodo, estoveria sua, que percipere consuevit de eadem domo dum abbas ejusdem domus fuit superstes. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Julii.

De escaetore substituto.—Thomas de Stretton' substitutus est loco Hugonis de Capella ad escaetas regis in comitatu Noting' custodiendas. Teste ut supra.

[*Portion of an entry obliterated.*]

Pro burgensibus de Radeclive in suburbio Bristolli.—Rex concessit per cartam suam quam fieri fecit burgensibus suis de la Radeclive in suburbio Bristolli, quod inperpetuum respondeant cum burgensibus regis Bristolli coram justiciariis regis, sicut dicti burgenses regis de Bristolli respondent, et ubi respondent, et non alibi. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod omnia brevia regis a predictis burgensibus regis de la Radeclive impetrata post ultimum iter justiciariorum regis in comitatu Sumers' habere faciat Rogero de Thurkilb' et sociis suis, ad mandatum ipsius Rogeri, et mittat ei hoc breve. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo de Bremme et hominibus suis.—Quia rex perpendit per litteras quas ei miserunt ballivi de Lenn' quod archiepiscopus de Bremme et homines sui, quorum duas naves arestari fecerunt apud Lenn', pro eo quod quidam de hominibus ducis de Duant depredati sunt homines de Lenn', qui applicuerant in terra ipsius ducis, non sunt culpabiles de depredacione predicta, nec in ipsos depredatores habent aliquam potestatem ; mandatum est predictis ballivis quod hominibus predicti archiepiscopi predictas duas naves cum bonis et mercandisis in ea contentis sine dilacione deliberari faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta regis de Shirewod' faciat habere Johanni de Lessinton' quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

De prisonibus liberandis.—Mandatum est custodi gaiole de Newgate quod Robertum de Shelford, Bartholomeum le Mercier, Johannem Pipercorn, Terricum aurifabrum, et Ricardum filium Seme, quos captos tenet in eadem prisona regis, liberet vicecomiti Noting' ad faciendum de eis quod rex ei injunxit. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Julii.

Et mandatum est vicecomiti Noting' quod si predicti capti pro retonsura monete, unde rettati sunt, et pro falso metallo, invenerint

1248.

ei, singulo singulos, xij. probos et legales homines, qui eos manucapiant habere coram rege vel hiis quos rex ad partes illas mittet, quando et ubi rex voluerit, ad standum inde recto, tunc singulos singulis xij. tradat in ballium, sicut predictum est. Et habeat ibi nomina singulorum xij. et hoc breve. Teste ut supra.

Pro priore de Bromholm.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suos (*sic*) in comitatibus Norff' et Suff', quod de manerio de Burg' in Luddingland' cum pertinenciis, quod in manum regis ceperunt occasione prioratus de Bromholm' vacantis per mortem Vincencii, quondam prioris ejusdem loci, fratri Clementi, priori de Bromholm', plenam seisinam habere faciant ; et si quid de instauro, catallis, et aliis bonis vel exitibus ejusdem manerii ceperint, ei sine dilacione ei (*sic*), restitui faciant. Teste me ipso apud Westmonasterium xvij. die Julii. Per Robertum Passelewe.

De dote assignanda.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Essex' quod Godeholt' que fuit uxor Roberti de Baynflet' de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Roberti in comitatu predicto, et que sunt in manu regis, racionabilem dotem suam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Andrea de la Brech'.—Rex licenciam dedit Andree de la Brech' quod sex marcatas redditus cum pertinenciis, quas habet in London', libere possit vendere Christianis vel Judeis cum voluerit, eo non obstante quod rex prohibuit ne aliquis Judeus aliquem terram vel aliquod tenementum emat vel aliquis Christianus Judeis vendat aliquod tenementum in villa London'. Et mandatum est vicecomitibus Lond' quod predictum Andream permitta[n]t predictas sex marcatas redditus, cum voluerit, Judeo vel Christiano vendere vel dimittere. Teste ut supra.

Pro abbate de Rading'.—Mandatum est R. de Thurkilby et sociis suis justiciariis itinerantibus apud Rading' quod extractam de amerciamentis tangentibus libertatem abbatis et conventus de Rading' in itinere vestro (*sic*) eis fieri et liberari faciant ; ita quod nulla inde extracta mittatur ad Scaccarium regis. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasterii.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Essex' quod terras et tenementa que Robertus de Rokesle tenuit de abbate et conventu Westmonasterii, et que ceperunt in manum regis, eo quod idem Robertus tenuit de rege in capite, eisdem abbati et conventui deliberari faciant. Teste ut supra.

Pro abbate de Thorinton'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit quod Ricardus de Mariscis dimiserat abbati de Thorinton' duos selliones terre cum pertinenciis in Lamnersk' per unum annum antequam commississet feloniam pro qua suspensus fuit, mandatum est vicecomiti Ebor' quod eidem abbati talem seisinam habere faciat de terra predicta qualem inde habuit quum capta fuit in manum regis occasione felonie predicte. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Julii.

1248.

Pro rege Scocie.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario foreste ultra Trentam, quod in foresta regis de Ingelwode, hominibus maneriorum que rex Scocie habet de rege in comitatu Cumb' racionabile estoverium suum per visum forestariorum regis habere faciat, sicut habere consueverunt tempore quo dicta maneria fuerunt in manu regis. Teste ut supra.

De austurcis recepiendis(sic).—Mandatum est vicecomiti Cumb' quod de annuo redditu unius aucipitris quem rex Scocie regi debet, recipiat quinque aucipitres qui regi a retro sunt, et sic singulis annis unum aucipitrem, et eos salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde ei preceperit. Teste ut supra.

De quercubus.—Mandatum est custodi foreste de Chippenham quod in eadem foresta faciat habere constabulario regis Divisarum xxx. quercus ad reparacionem castri regis ibidem, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi poterunt. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta regis de Schirewod' faciat habere Matillidi de Cantilupo quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Reginaldo filio Petri.—Rex cepit homagium Reginaldi filii Petri, fratris et heredis Hereberti filii Petri, de omnibus terris et tenementis que predictus Herbertus tenuit de rege in capite, et que ipsum Reginaldum jure hereditario contingunt. Et mandatum est Henrico de Wengham quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Hereberti in comitatibus Suhampt', Wiltes', Glouc', Berk', Salop', Hereford', Essex', et Norff', de quibus idem Herebertus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, predicto Reginaldo plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xix. die Julii.

Eodem modo mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Ebor'. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Walleramo Teutonico de omnibus terris tenementis et castris que fuerunt predicti Herberti in Wallia. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod Rogerum Trash' et Ricardum fratrem ejus, prisones quos Willelmus le Escot, probator regis, qui est in prisona regis apud Aylesbur', appellat, et quos ballivus de Wallingford' ei liberabit, in eadem prisona regis de Aylesbur' salvo custodiri faciat, donec rex aliud ei preceperit. Teste ut supra.

Pro Gladusa de Mortuo Mari.—Mandatum est Henrico de Farlegh' quod permittat Gladusam de Mortuo Mari prosternere xx. quercus in bosco suo de Kippingefrith', qui est infra forestam regis de Penber', ad maeremium inde faciendum, et eas sine impedimento et occasione cheminagii ab eadem foresta extrahere. Teste ut supra.

Pro abbate de Croyllaund'.—Rex electioni facte de fratre Thoma de Well', suppriore de Croyllaund', in abbatem ejusdem domus, regium

1248.

adhibuit assensum et favorem ; et mandatum est Henrico de Wengham quod de predicta abbacia et de omnibus terris et possessionibus ad eam spectantibus plenam ei seisinam habere faciat. Teste ut supra. Et habet litteras patentes.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Ros, justiciario suo foreste ultra Trentam, quod in foresta regis de Gautrys faciat habere Waltero de Kirkeham, decano Eboraci, quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro episcopo Bathoniensi et Wellensi.—Rex electioni venerabilis patris W. Bathoniensis et Wellensis episcopi assensum adhibuit regium et favorem ; et mandatum est Henrico de Wengham, custodi predicti episcopatus, quod de predicto episcopatu et de omnibus terris et tenementis ad eundem episcopatum pertinentibus eidem episcopo sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Julii. Et habet litteras patentes.

Pro Johanne Maucunduit.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Linc' quod Magistro Johanni Maucunduit de terris suis in eodem comitatu seisinam suam rehabere faciat (*sic*) qualem inde habuit die quo terras illas ceperunt in manum regis. Teste ut supra per comitem War'.

De maeremio inveniendo.—Mandatum est Roberto Passelewe quod inveniri faciat vicecomiti regis Norhampton' maeremium quantum necesse fuerit ad portam castri regis de Rokingham faciendam. Teste ut supra.

De probatore recipiendo.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod Johannem de Mainford', probatorem regis, captum apud Divisas, cum ad ipsum ductus fuerit, recipiat et salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De cuneis W. Eboracensis archiepiscopi.—Quia rex accepit per inquisicionem quam inde fieri precepit quod W. Eboracensis archiepiscopus et predecessores sui consueverunt et debent habere duos cuneos adminus in civitate Eboraci, nobis (regi *interpolated*) ibidem quatuor cuneos habentibus, et, si rex multiplicaverit cuneos suos, predictus archiepiscopus plures habere debet de consuetudine predicta ; ita scilicet quod semper tercium habebit cuneum secundum quod rex ultra quatuor cuneos suos multiplicare voluerit ; mandatum est W. Hardel, custodi cambii sui, quod eidem archiepiscopo duos cuneos* in predicta civitate habere faciat, secundum quod predictum est. Teste ut supra.

Pro Ricardo le Marescal.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum xij. proborum et legalium hominum, per quos etc. extendi faciant terram Ricardi le Marescal in La Legh' et Magna Linford', que est vadium Elye le Eveske, Abrahe de Berkamsted', Leonis le Blund', Diaie filii Abrahe, videlicet quantum

* There has been an interpolation here of three or four words, but they have been erased.

1248.

valeat per annum in dominicis redditibus et omnibus aliis exitibus terre; et secundum valorem illius terre et quantitatem debiti in quo predictis Judeis tenetur, racionabilem finem et racionabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro Henrico Bloman.—Quia rex accepit per inquisicionem quam vicecomes Suff' fecit per preceptum regis quod Robertus le Paumer, qui utlagatus fuit pro morte Roberti de Chigdeston', unde rettatus fuit, tenuit unum mesuagium cum pertinenciis in Bonetleg' de Henrico Bloman, et quod mesuagium illud exstitit in manu regis per unum annum et unum diem; mandatum est vicecomiti Suff', quod eidem Henrico de predicto mesuagio cum pertinenciis sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xxj. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Bernewod' faciat habere Willelmo de Cantilupo seniori sex damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro canonicis de Hasting'.—Mandatum est Petro de Geneve, custodi terrarum que fuerunt comitisse Augi, quod canonicis Beate Marie de Hasting' habere faciat redditus debitos ad thesaurariam ecclesie predicte, sicut eos percipere solent tempore Bernardi de Sauvee, quondam ballivi earundem terrarum, et tempore prefate comitisse. Teste ut supra.

De hominibus tradendis per ballium.—Quia constat regi per inquisicionem quam a vicecomite Dors' fieri precepit quod Walleranus Luneswet, Johannes le Gamer, et Robertus de la Forde, capti et in prisona regis apud Ivelcestriam detenti pro morte Roberti Aubin, unde rettati sunt, rettati sunt de morte illa odio etc., mandatum est vicecomiti Dors' quod ipsos tradat in ballium etc.

Pro abbate Westmonasterii.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod non distringat homines vel tenentes abbatis Westmonasterii in balliva sua pro communibus finibus factis coram justiciariis regis in itinere suo, vel pro amerciamentis suis aut pro catallis fugitivorum et dampnatorum, unde idem abbas habet quietanciam per cartam regis. Teste rege apud Westmonasterium xxij. die Julii.

Pro Elya filio Elye de Wihtchirch.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum xij. proborum et legalium hominum, per quos rei veritas melius sciri poterit, extendi faciatis (*sic*) terram Elye filii Elye de Whitchirch in Sikelingehal', que est vadium Samuel' filii Leonis et Jocei de Kanc', Judeorum, videlicet quantum valeat per annum in dominicis, redditibus et omnibus exitibus terre, et secundum valorem illius terre et quantitatem debiti in quo eisdem Judeis tenetur, racionabilem finem et racionabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro abbate de Bello Loco Regis.—Mandatum est R. de Thurkilby et sociis suis, justiciariis itinerantibus in comitatu Berkes', quod abbati

1248.

de Bello Loco Regis omnia ammerciamenta hominum suorum, ad que ammerciati sunt in itinere suo in comitatu Berk', habere faciant, et nullam de eisdem ammerciamentis extractam ad Scaccarium regis mittant. Teste ut supra.

De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus eligi faciat loco Ricardi Corbet et Willelmi Hunaut, quondam coronatorum regis ejusdem comitatus, duos alios coronatores qui, prestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciant et conservent ea que ad coronam regis pertinent in comitatu predicto ; et tales eos ad hoc eligi faciat qui ad hoc melius sciant et velint intendere, et nomina eorum regi scire faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi parci de Elham quod in predicto parco faciat habere Bertramo de Crioyl tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta regis de Blakemore faciat habere Willelmo Hardel duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est custodi foreste de Kynefar' quod in predicta foresta faciat habere J. de Plessetis, comiti Warr', duos cervos, de dono regis. Teste ut supra.

De instauro liberando.—Mandatum est Roberto de Crepping' quod totum instaurum quod rex habet, et quod est in custodia sua in partibus borealibus, liberari faciat Thome de Stanford', escaetori regis parcium illarum. Teste rege apud Westmonasterium xxiiij. die Julii.

De fratribus hospitalis Sancte Marie Dovor'.—Rex donacionem et concessionem quam fecit fratribus hospitalis Sancte Marie Dovor' de ecclesia de Sellinges anno regni sui vj^{to} ad sustentandum pauperes ejusdem hospitalis ratam habet et gratam ; et mandatum est Magistro H. de Mortuo Mari, officiali Cantuariensi, quod super possessione ipsius ecclesie eosdem fratres non vexet aut inquietet. Teste ut supra.

Pro Johanne de Monekedon'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod secundum extentam factam de terra Johannis de Monekeden', que est vadium Aaron de Eboraco, Elye le Blund, Aaron le Blund, et Aaron filii Abrahe, quam rex mittit eis signatam, eidem Johanni de debitis in quibus eisdem Judeis tenetur racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciant. Teste ut supra.

De prisonibus liberandis.—Mandatum est ballivo de Wallingford' quod prisones de Vure, quos Willelmus le Scot, probator, detentus in prisona regis de Aylesbur', appellat, liberet vicecomiti regis Bukingh', cui rex dedit in preceptis quod prisones illos ab eo recipiat. Teste et (*sic*) supra.

[m. 5.] *Pro Ada de Bailol.*—Mandatum est Thome de Stanf' et coescaetori suo in comitatu Ebor' quod catalla Ade de Bailol inventa in maneriis

1248.

de Neweton' Thorp' et Thorenton', que quidem maneria eadem Ada tenuit ad firmam, et que, occasione mortis Simonis de Kyme, una cum eisdem catallis ceperunt in manum regis, eidem Ade deliberari faciant. Teste rege apud Windles' xxviij. die Junii.

De bordis liberandis.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod de bordis quercinis que habet ad operaciones regis Westmonasterii, faciat habere Magistro Simoni, carpentario regis Windles', quingenta borda ad operaciones regis de Windleshour.' Teste ut supra.

Pro Adam de Aston'.—Mandatum est Johanni de Grey, constabulario suo de Pecco, quod Ade de Aston', persone ecclesie de Pecco, habere faciat decimas suas de herbagio vendito in parochia sua de anno etc. xxxij° sicut eas habuit annis precedentibus per preceptum regis, et rex eas ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Agnete de Bruylly.—Rex perdonavit Agneti de Bruilly transgressionem quam fecit in societate Johannis de Parco et Ricardi de Aundevill', latronum, qui nuper suspensi fuerunt apud Glouc', pro qua capta et detenta est in prisona regis apud Bristollum, et firmam pacem suam ei inde concedit. Et mandatum est ballivis Bristolli quod ipsam a prisona regis qua detinetur occasione illa deliberari faciant, et ipsam quo voluerint (*sic*) libere abire permittant. Teste ut supra.

Pro hominibus de Windles'.—Mandatum est maiori et vicecomitibus London', sicut rex per alias litteras suas eis mandavit, quod naviculas et catalla hominum regis de Windes' que arestata sunt in civitate regis London' pro quadam consuetudine quam cives regis London' regi apud Windes' reddere consueverunt, ipsis hominibus regis de Windes' sine dilacione deliberari faciant, quia in proximo adventu regis London' plenam inde justiciam exhiberi faciet. Teste ut supra.

Pro heredibus comitis Marescalli.—Cum Margareta, quondam comitissa Linc', que fuit uxor W. Marescalli, quondam comitis Pembr', dotata sit de terris que fuerunt ipsius comitis, quondam viri sui, in Hybernia, scilicet de tercia parte predictarum terrarum integra per consideracionem curie regis, et assumpta sit illa tercia pars, unde dotata est, de porcionibus hereditatis predicte contingentibus Willelmum de Vescy et Agnetem uxorem ejus, Reginaldum de Moun et Isabellam uxorem ejus, Matillidem de Kyme, Franciscum de Boun et Sibillam uxorem ejus, Willelmum de Vallibus et Alienoram uxorem ejus, Johannem de Moun et Johannam uxorem ejus, Agatham de Ferrariis, que est in custodia regis, Rogerum de Mortuo Mari et Matillidem uxorem ejus, unde prenominati participes suis porcionibus penitus sunt destituti ; mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario suo Hybernie, quod omnes terras et omnia tenementa cum feodis et omnibus pertinenciis que fuerunt predicti comitis Marescalli in Hybernia, de quibus idem comes fuit seisitus ut de feodo die qua obiit, excepta dote predicta, que integra remaneat, partiri faciatis (*sic*) sine omni dilacione pro convenientibus porcionibus inter omnes heredes predicti comitis Marescalli ; ita quod unusquisque predictorum

1248.

heredum, secundum legem terre regis Hybernie, et secundum magis et minus suam habeat convenientem porcionem, eatenus ipsum habens in hac divisione hereditatis et porcionum assignacione quod nulli predictorum heredum derogetur, et inde habere debeat ipsum rex commendatum. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Vescy et Agnete uxore ejus.—Cum assignata fuerit Willelmo de Vescy et Agneti uxori ejus porcio predictam Agnetem contingens de hereditate que fuit W. Marescalli, quondam comitis Pembr', in Hybernia, tunc Johanni de Moun et Johanne uxori ejus de eadem porcione assignet justiciarius Hibernie x. libratas terre per racionabilem extentam, sicut prius x. libratas terre habuerunt in Kyldar' de porcione eorundem Willelmi et Agnetis, antequam manerium de Kyldar' assignatum fuit in dotem Margarete, que fuit uxor predicti comitis, in excambium pro x. libratis terre in Karlyun. Teste ut supra.

Pro Rogero de Mortuo Mari et uxore ejus.—Licet porcio hereditatis que fuit W. Marescalli, quondam comitis Pembr', in Hybernia contingens Rogerum de Mortuo Mari et Matillidem uxorem ejus, assignata sit in dotem Margarete, que fuit uxor ipsius comitis, unacum quibusdam aliis porcionibus aliorum heredum predicti comitis, tamen non est equum vel racioni consonum quod predicta Margareta vel ballivi sui instaurum, carucas, et alia bona mobilia ipsorum Rogeri et Matillidis et aliorum heredum, que habuerunt in predictis porcionibus, auferant eis pro arbitrio suo. Et mandatum est justiciario Hybernie, quod, si predicta Margareta vel ballivi sui aliquid de instauris, carucis, vel aliis bonis mobilibus eisdem participibus ea occasione abstulerint, eis sine dilacione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Johanne filio Ade de Jorz.—Quia Willelmus de Morteyn, Rogerus Buzun, Laurencius, persona de Bekeby, et Willelmus de Haustede, manuceperunt Johannem filium Ade de Jorz, clericum, nuper in foresta regis de Bernewode captum et in predicta gaiola detentum, habendum coram justiciariis regis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Buk', ad standum inde recto ; mandatum est custodi gaiole de Aylesbur' quod ipsum a prisona qua detinetur deliberari faciat, et quo voluerit libere abire permittat. Teste ut supra.

Pro Matillide que fuit uxor Simonis de Kyma.—Mandatum est Henrico de Wengham quod ex quo Galfridus de Langel' ei significaverit quod fidelitatem receperit ad opus regis a Matillide que fuit uxor Simonis de Kyma, eidem Matillidi de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Simonis, quondam viri sui, racionabilem dotem suam ei (*sic*) faciat assignari. Teste rege apud Rysenberg' xxx. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod in foresta regis de Fekeham faciat habere Magistro Simoni de Wauton' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne le Franceys.—Cum decime ecclesie de Athelingflet' et capellarum ad eandem ecclesiam spectancium in curia christianitatis

1248.

adjudicate fuerint Johanni le Franceys, mandatum est vicecomiti Ebor' quod omnem vim laicam impedientem ipsum Johannem quominus possessione pacifica sibi adjudicata gaudere possit penitus amoveat. Teste ut supra. Per ipsum regem in presencia R. comitis Cornubie.

Pro Oweyn filio Mereduc.—Quia Oweyn filius Mereduc de Elveyn monstravit regi quod de terra quam predictus Oweyn tenet de rege in capite in capite (*sic*) in Elveyn, ut dicit, Petronilla de Thoeny et Rogerus Beghan vexant eum injuste clamando jus in terra predicta ; et mandatum est Walleramo Teutonico quod, assumptis secum xij. probis hominibus de Buhel, quos Johannes de Monemue ad mandatum regis venire faciet, et xij. probis hominibus de Mellennith', quos Rogerus de Mortuo Mari venire faciet ad mandatum regis, apud Rughelen, ad diem quam eis scire faciet, in propria persona sua accedat illuc, et diligentem faciat inquisicionem si predictus Oweyn teneat terram illam de rege in capite, nec ne. Et si per predictam inquisicionem invenerit quod predictam terram teneat de rege in capite, tunc non permittat quod aliquis de terra illa molestiam ei inferat vel gravamen, set si aliquis voluerit aliquod jus in terra illa vendicare, accedat ad regem, et rex in curia sua plenam ei justiciam faciet exhiberi. Teste ut supra.

Et mandatum est Johanni de Monemue et Rogero de Mortuo Mari quod illos xij. etc. Teste ut supra.

Pro Tudero filio Edynavet.—Rex concessit Tudero filio Edynaveth terram de Cunewardesl' cum omnibus pertinenciis suis, ad se sustentandum in servicio regis, habendam et tenendam donec rex aliter ei providerit. Et mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie, quod de predicta terra cum pertinenciis plenam ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus.—Mandatum est justiciario Hybernie quod fratribus de ordine Minorum de Dun et Cracfergus habere faciat necessaria victualium et indumentorum usque ad summam x. marcarum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta regis de Arechiche faciat habere Johanni de Curtenay duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Hascuill' de Nevill' quod in balliva sua faciat habere Isabelle de Mortuo Mari duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De austurco dato.—Mandatum est Willelmo le Oyselur' quod de austurcis regis quos habet in custodia sua habere faciat dilecto et fideli regis Johanni de Plessetis, comiti Warr', vel ejus certo nuncio, unum de melioribus, de dono regis. Teste ut supra. Exceptis tribus de melioribus quos rex retinuit ad opus suum. Teste ut supra.

Pro Guioneu Pevereu.—Rex concessit Guioneu Pevereu custodiam terre et heredum Radulfi le Chamberleng' usque ad legitimam etatem predictorum heredum ; et mandatum est Henrico de Wengham et

1248.
coexcaetori suo in comitatu Essex' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Radulfi in predicto comitatu eidem Guioneu plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

De austurco dato.—Mandatum est Willelmo le Oyselur' quod habere faciat Petro de Sabaudia quendam de melioribus austurcis regis, exceptis illis tribus quos rex reservavit ad opus suum. Teste etc.

Pro Henrico Turboc.—Rex concessit Henrico Turboc quod quietus sit de sectis comitatus et hundredi, quamdiu fuerit in servicio regis per preceptum regis in castro regis Cestrie ; et mandatum est vicecomiti Lanc' quod predictam libertatem interim ipsum habere permittat. Teste rege apud Brehull' iij^o^ die Augusti.

De execucione testamenti.—Mandatum est Thome de Stanford' et coexcaetori suo in comitatu Lanc' quod permittant executores testamenti Radulfi filii Ade de Boulton' liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Radulfi, ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod in primis satisfacient regi de debitis, si que regi debuit. Teste ut supra.

De damis datis.—Rex dedit magistro milicie Templi in Anglia x. damos, capiendos in foresta de Sancto Briavello ; et mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod per visum suum ipsos capere permittat. Teste ut supra.

Pro Margeria que fuit uxor Theobaldi Pincerne.—Mandatum est justiciario Hybernie quod, accepta bona securitate a Margeria que fuit uxor Theobaldi Pincerne, quod nulli se maritabit sine licencia regis, de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Theobaldi, quondam viri sui, racionabilem dotem suam eidem sine dilacione faciat assignari ; et quid inde fecerit, regi sub quanta poterit festinacione significet. Teste etc. ut supra.

De vino dato pauperibus.—Mandatum est abbati de Messenden' quod unum dolium vini quod exstitit in domo sua per biennium in usus pauperum convertat.

De denariis mittendis.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod omnes denarios quos perquirere poterit, tam de exitibus ballive sue quam de summonicione Scaccarii, cum summa festinacione mittat usque Windles' ad expensas regine ; et cum rex sciverit summam, breve suum de Allocate ei habere faciet. Teste rege apud Brehull' v. die Augusti.

Pro Roberto de Ver.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norhampton' quod blada terrarum, quas Robertus de Ver habuit ad firmam de Willelmo de Esseby in [de *cancelled*] Craneford', eidem Roberto pacifice habere faciant, salvis regi decetero terris predictis. Teste ut supra.

De maeremio liberando.—Mandatum est Galfrido de Lucy quod in foresta regis de Porecestria faciat habere Magistro Gerardo, ingeniatori regis, xl. quercus ad operaciones castri regis de Corf'. Teste ut supra.

1248.

Pro Petro de Gisorciis.—Mandatum est maiori, vicecomitibus et baronibus Lond', quia rex concessit Petro de Gysorciis juniori quod quandocumque assideatur tallagium in civitate regis Lond', non tallietur ultra unam marcam sine mandato regis speciali, quod predictum Petrum [quod *cancelled*], quocienscumque in predicta civitate contigerit hujusmodi tallagium fieri, non tallient ultra unam marcam sine speciali mandato regis, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro quodam Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod Isaac le Franceys, Judeus Oxonie, optentu precium Aymari de Lezinan, fratris regis, quietus sit de tallagio termini Sancti Michaelis futuri per tres marcas. Teste ut supra.

Pro Johanna que fuit uxor Willelmi de Esseby.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Warr' quod de terris et tenementis que fuerunt Willelmi de Esseby in comitatu predicto Johanne que fuit uxor predicti Willelmi racionabilem dotem suam faciant assignari. Teste rege apud Wudestok' vij. die Augusti.

Eodem modo scribitur Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Leicestr' pro predicta Johanna. Teste ut supra.

Pro Petro de Bermingham.—Cum J. filius Galfridi, justiciarius Hybernie, de mandato regis assignaverit Petro de Berningham quadraginta libratas terre juxta Dublin' in terra plana quam mavult retineri in manu regis, sicut bene sedentem castro regis Dublin', mandatum est eidem justiciario quod eidem fideli regis quamcicius poterit tantum terre assignet de terra vasta, ubi sibi viderit melius expedire, retenta in manu regis predicta terra juxta Dublin', sicut dominico regis, quod decetero pertineat ad predictum castrum regis Dublin'. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta regis de Selewode faciat habere A. comitisse Leicestr', sorori regis, x. damos, et Hugoni de Vivon' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Chippeham quod in predicta foresta faciat habere Alienore, comitisse Leic', quinque damos, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Avicie de Columbar' de quinque damis, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in balliva sua faciat habere Hugoni de Vivon' quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est W. Passelewe, custodi Nove Foreste, quod in predicta foresta faciat habere Gwidoni de Rocheford' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod habere faciat Petro Braunch' in eadem foresta duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Memorandum quod die Lune in festo Sancti Laurencii recepit J. Mansell' apud Wodestok' custodiam sigilli.

1248.

Pro Petro Braunch'.—Rex vult quod Petrus Braunch', cui concessit custodiam terre et heredum Mathei Peverel usque ad legitimam etatem eorundem heredum, eodem gaudeat privilegio quo et rex, si eandem custodiam teneret in manu sua ; et mandatum est vicecomiti Norff' quod qualitercumque aliquis Judeus exigat seisinam ejusdem terre sicuti vadii sui, non obstante aliquo precepto inde ei facto per summonicionem Scaccarii regis Judeorum, ipsum Petrum pacifice tenere permittat custodiam predictam usque ad plenam etatem predictorum heredum, et tunc Judeus ille, quicumque fuerit, recuperare suum habeat versus ipsos heredes secundum legem predicti Scaccarii regis Judeorum. Teste ut supra.

Pro Petro de Whatevill'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum xij. proborum et legalium hominum, per quos rei veritas melius sciri poterit, extendi faciant terram Petri de Whatevill' in Dormiston' et Langeford', que est vadium Isaac filii Dyaye, Judei Wigorn', Wyves' filii Moss' et Aaron filii Abrahe, Judeorum, videlicet quantum valeat per annum in dominicis redditibus villenagiis et omnibus aliis exitibus terre ; et secundum valorem illius terre et quantitatem debiti in quo predictis Judeis tenetur, eidem Petro racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciant. Teste rege apud Wudestok ix. die Augusti.

Pro Alano Burnel.—Rex dedit Alano Burnel terram quam Johannes Launcelevee tenuit cum pertinenciis suis in Brandeston', et quam rex disracionavit in curia sua tamquam excaetam suam de terris Normannorum ; et mandatum est Henrico de Wengham, vel coescaetori suo in comitatu Suff', quod predicto Alano de tota predicta terra cum pertinenciis plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Aundr'.—Mandatum est Willelmo de Axemue quod habere faciat Willelmo de Aundr' x. marcas de feodo suo de termino Sancti Michaelis ultimo preterito, de exitibus ballive sue de hospicio domini regis. Teste ut supra.

Pro Matillide que fuit uxor Simonis de Kyma.—Rex concessit Matillidi que fuit uxor Simonis de Kyme quod habeat manerium de Croft cum pertinenciis in tenanciam quod est in comitatu Linc' quousque fecerit ei assignari racionabilem dotem suam de terris et tenementis que fuerunt ipsius Simonis, quondam viri sui ; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Linc' quod eidem Matillidi plenam seisinam de predicto manerio habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 4.] *Pro Johanne filio Beatricis.*—Quia rex accepit per inquisicionem quam a vicecomite Linc' fieri precepit, quod Johannes filius Ade non forisfecit unum mesuagium cum pertinenciis in Lincoln', et quod mesuagium illud fuit hereditas Beatricis que fuit uxor Johannis del Sty, unde Johannes filius Beatricis est propinquior heres predicte Beatricis, mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Johanni de predicto mesuagio plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1248.

Mandatum est vicecomiti Ebor' quod, accepta sufficienti securitate ab Hugone de Tywe, detento in prisona regis Eboraci pro morte Magistri Laurencii, quondam archidiaconi Eboraci [*unfinished*].

Pro Petro de Whatevill'.—Rex concessit Petro de Watevill' quod justiciarii regis ad custodiam Judeorum assignati extendi faciant terram suam in Dormiston' que est vadium Isaac filii Dyaye, Judei Wigornie, Vives' filii Moss' et Aaron filii Abrahe, Dyaye filii Abrahe et Abrahe filii Vyves', Judeorum, et secundum valorem terre sue et quantitatem debiti in quo eisdem Judeis tenetur eidem Petro racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciant. Et mandatum est vicecomiti Wygornie quod de predicta terra sua seisinam suam ei rehabere faciat; et si quid inde fecit ammoveri, id ei plenarie restitui faciat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Hereford' de terra sua in Langeford'. Teste ut supra.

Pro Ricardo le Brun.—Quia rex vellet libenter benefacere Ricardo le Brun, servienti suo, propter bonum servicium suum, mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie, quod quamcito poterit provideat aliquam escaetam in qua possit ei benefacere, et cum sic providerit, id regi significet cum valore ejusdem escaete. Teste ut supra.

De girofalconibus mutandis.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod sex girofalcones regis, qui sunt in custodia Henrici de Hauvill', et quos per vicecomitem Norhampt' A. de Maydewell' rex mutari precepit, a tempore quo recepit custodiam predicti comitatus, mutari, et custodi ipsorum necessaria inveniri faciat; et cum rex sciverit quantum ad hoc posuerit, breve suum de Allocate ei inde habere faciet. Teste ut supra.

De denariis liberandis.—Mandatum est P. Chaceporc quod faciat habere cum festinacione Willelmo de Axemue denarios secundum quod viderit expedire ad preparandum naves ituras in Wasconiam. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario castri de Kerebroc' quod in insula de Whith faciat habere Johanni de Wivill' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Magistro Fortoni robam suam, scilicet tunicam supertunicam et pallium, de termino Pentecostes proximo preterito. Teste rege apud Wodestok' xiij. die Augusti.

De busca data.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Whitlewode, vel de Salceto, habere faciat abbatisse Sancte Marie de Pratis extra Norhampton' xl. caretatas busce ad focum suum, de dono regis, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi possunt. Teste rege apud Wodestok' xv. die Augusti.

Pro Rogero de Whitham.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Rogeri de Whystham

1248. in Whystham, que est vadium Mott' que fuit uxor Bonefey de Wallingford, videlicet, quantum valeat per annum in dominicis etc.; et secundum valorem ejusdem terre et quantitatem debiti in quo predicte Judee tenetur, racionabilem finem et racionabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

De pontibus et cleyis.—Mandatum est Henrico de Ferlegh' quod permittat vicecomitem regis Suhampton' et ballivos suos capere in balliva sua sine impedimento alicujus, ubi melius viderint expedire, maeremium, virgas et alia que necessaria erunt ad cleyas et pontes faciendos, sufficienter ad triginta naves, contra transfretacionem militum regis in Wasconiam, ita quod pro defectu poncium vel cleiarum iter suum nullo modo impediatur. Teste ut supra.

De damis datis.—Rex concessit abbati Westmonasterii viij damos singulis annis capiendos in foresta regis de Windles'; et quia rex non vult quod hoc anno habeat ipsos damos in predicta foresta regis, concessit ei quod eos per visum Ricardi de Munfichet aut suorum capi faciat in foresta regis de Hatfeld'; et mandatum est predicto Ricardo quod in eadem foresta regis de Hatfeld' permittat ipsum abbatem capere viij damos, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo Cantuariensi.—Rex reddidit B. Cantuariensi archiepiscopo returnum brevium regis, tam de terris monachorum Cantuarie quam de aliis terris Cantuariensis ecclesie, quod justiciarii regis ceperunt in manum regis, salvo jure cujuslibet; et mandatum est vicecomiti Kancie quod eidem archiepiscopo returnum predictum habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasterii.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod omnia ammerciamenta proveniencia de hominibus abbatis Westmonasterii de Hadlegh', de itinere justiciariorum regis qui ultimo itineraverunt in comitatu suo, et etiam visum francci (*sic*) plegii de hominibus suis ejusdem manerii, que rex eidem dedit per cartam suam, eidem sine dilacione faciat habere. Teste ut supra.

Pro Gwidone de Rocheford'.—Mandatum est P. Chaceporc, thesaurario suo, quod Gwidoni de Rocheford', qui profecturus est in servicium regis ad partes Wasconie, faciat habere, de speciali dono regis et gracia, lx. marcas ad se sustentandum in servicio regis in partibus predictis. Teste rege apud Wodestok' xvij^{0} die Augusti.

Pro abbate Westmonasterii.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod habere faciat abbati Westmonasterii extractam anmerciamentorum hominum suorum in balliva sua in ultimo itinere justiciariorum regis in comitatu suo, et ammerciamenta illa per ballivos ipsius abbatis ad opus ejusdem abbatis colligi et levari permittat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Periton', custodi foreste de Braden', quod in predicta foresta faciat habere F. London' episcopo quinque damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod habere faciat Matheo Bezill' in eadem foresta duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

1248.

De cervis datis.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie, quod in foresta regis de Pecco faciat habere uxori Griffini filii Wenunwin' duos cervos, de dono regis. Teste ut supra.

De navibus arestandis et galeya.—Mandatum est Nicholao de Haulo et Willelmo de Axemue quod nullatenus omittant quin naves illas quas rex per ipsos arestari mandavit habeant apud Portesm' in octabis Nativitatis Beate Marie ad ultimum, promptas et paratas ad transfretandum, et ibidem hiis qui transfretabunt per preceptum regis per Nicholaum de Molis ibidem liberandas, cui quantum poterint consilium et auxilium ad negocia regis expedienda ibidem exhibere studeant. Preterea rex mandavit ballivis de Winchels' et la Rye quod faciant eskippari unam galyam, et eam duci faciant usque Portesm' ad predictum diem, et quod ipsi pacari faciant hominibus ipsius galye ibidem, sicut hominibus aliarum navium ibidem, quibus facient pacaciones ad eundum in Wasconiam in servicio regis de consilio predicti Nicholai. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Johanni de Grey, constabulario de Pecco, quod in foresta regis de Pecco faciat habere Ricardo de Grey duos cervos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Appelford et Lucia uxore ejus.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Willelmi de Appelford' et Lucie uxoris ejus, quantum valeat per annum, et secundum valorem ejusdem terre sue de xxxv. libras per quas finem fecerunt cum Samuele filio Isaac, Judeo de Norwico, pro debitis in quibus regi tenebantur, racionabiles eis terminos habere faciant. Teste ut supra.

Pro Cecilia que fuit uxor Mauricii de Ereswell'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam a vicecomite Bedeford' fieri precepit, quod duo mesuagia cum pertinenciis in Bedeford' que Mauricius de Ereswell', qui suspensus fuit, tenuit, non fuerunt de hereditate ipsius Mauricii, set liberum maritagium Cecilie que fuit uxor sua, mandatum est vicecomiti Bedef' quod predicte Cecilie de mesuagiis illis sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De girofalconibus mutandis.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod duos girofalcones regis, qui sunt in custodia Gilberti de Hauvill', et vj. falcones regis ardearios, qui sunt in custodia Thome de Erleham, et tres falcones ardearios, qui sunt Eadwardi filii regis, et quos per Alanum de Maydewell', quondam vicecomitem regis Norhampton', rex mutari precepit, a tempore quo recepit custodiam predicti comitatus, mutari faciat, et duobus custodibus ipsorum et tribus leporariis ipsius Gilberti gruariis, et tribus leporariis ipsius Thome ardeariis, necessaria inveniat, sicut eis tempore ipsius Alani inveniri consuevit. Et cum rex sciverit quantum ad hoc posuerit, breve suum de Allocate ei inde habere faciat. Teste rege apud Wodestok' xx. die Augusti.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex dedit et concessit Radulfo filio Nicholai custodiam terre et heredum Willelmi de Esseby una cum

1248.

maritagio eorundem, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem eorundem heredum; et mandatum est Henrico de Wengham quod eidem Radulfo plenam seisinam de terris que fuerunt predicti Willelmi, et quas cepit in manum regis, una cum heredibus ipsius Willelmi, sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

De civitate London' capienda in manum regis.—Mandatum est Willelmo de Haverhull' et Eadwardo de Westmonasterio quod, quia convictum est in curia regis coram H. de Bathonia quod cives regis Lond' falsum fecerunt judicium contra Margeriam Viel, capiant in manum regis libertates civitatis regis London', et eas in manu regis salvo custodiant, donec aliud a rege habuerint mandatum. Teste ut supra.

De compoto audiendo.—Mandatum est Drogoni de Barentyn quod, audito compoto militis Ricardi de Grey, quem rex transmisit ad partes Wasconie de racionabilibus expensis suis factis in servicio regis in partibus eisdem, expensas illas racionabiliter factas de exitibus insularum regis in custodia sua existencium, eidem militi sine dilacione reddi, et militem illum in Angliam ad regem redire, faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in forinseco bosco regis de Havering' faciat habere Simoni Passelewe sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Colecestria.—Mandatum est R. Passelewe, custodi abbacie Sancti Edmundi, quod de terra quam Philippus de Ickewurth' tenuit de abbate de Colecestria in Maneston', et quam cepit in manum regis occasione terre quam tenuit de abbate Sancti Edmundi, predicto abbati de Colecestria sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Inquirendum est.—Mandatum est Gilberto de Wyarvill' quod de c. libris que regi restant solvende de fine cc. marcarum quem fecit cum rege, habere faciat Ricardo de Grey lxiij. libras in quibus rex ei tenetur pro arreragiis annui feodi sui, et rex faciet illas ei allocari in primis terminis suis ad Scaccarium suum. Teste rege apud Wodestok' xx. die Augusti.

Pro Simone de Sancto Licio.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Huntindon' quod de redditu Simonis de Sancto Licio in Huntindon' de tercio denario comitatus illius, quem rex capi fecit in manum suam, eo quod nullus hiis diebus est comes Huntindon', plenam seisinam ei rehabere faciant, ita quod inde secundum justiciam respondeat in curia regis ad summonicionem suam. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Cantebr'. Teste ut supra.

Pro Waltero Sauncmelle.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per J. filium Galfridi, justiciarium Hybernie, fieri precepit, quod quando placitum motum fuit in curia regis inter (*sic*) Hugonem de Legh',

1248.

Waleramum de Wylelie' et Robertum de Beauver, justiciariis regis itinerantibus, inter Walterum filium Aluredi et Walterum Sauncmelle, de terra in Kymelen', et quando idem Walterus fecit attornatos suos in eadem loquela, et quando concordia facta fuit inter eosdem Walterum et Walterum de eadem terra in prefata curia coram prefatis justiciariis, eodem Waltero Sauncmelle ibidem in propria persona sua comparente, idem Walterus Sauncmelle fuit incompos mentis sue et patiebatur vesaniam capitis, ita quod nescivit quid fecit, et eadem infirmitate ante idem tempus tunc et postea laboravit; mandatum est eidem justiciario quod quicquid de terra predicta factum vel judicatum fuit in curia predicta coram predictis justiciariis, vel etiam per ipsum Walterum Sauncmelle recognitum, sine dilacione in irritum penitus faciat revocari, et ipsum Walterum de predicta terra reseisiri. Teste rege apud Wodestok' xxj° die Augusti. Per ipsum regem et consilium congregatum ibidem in festo Assumpcionis.

Pro Willelmo de Horseden'.—Mandatum est custodi vinorum regis de Clarendon' quod faciat habere Willelmo de Horsedon', ballivo regis de Clarendon', unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Johanni de Grey, constabulario de Pecco, quod in foresta regis de Pecco faciat habere Radulfo filio Nicholai quinque cervos, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi parci de Elham quod faciat habere in predicto parco Nicholao de Crioil duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Simone de Monte Forti, comite Leic'.—Mandatum est vicecomiti Leic', quia rex concessit per cartam suam S. de Monte Forti, comiti Leic', quod non obstante eo quod libertates in eadem carta con tente hactenus non fuerint usitate, ipse et heredes sui omnibus eisdem libertatibus decetero libere et plenarie utantur, quod predictam cartam in pleno comitatu suo legi et firmiter faciat teneri. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in forestis regis, ubi commodius fieri poterit, habere faciat Aymaro fratri regis xx. damos, de dono regis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod in forestis regis de Wyrehale et La Mare faciat habere Johanni Mansel vij. cervos, de dono regis. Teste ut supra.

De quodam Judeo.—Cum rex omnibus Judeis de regno suo concesserit respectum de quibuslibet veteribus debitis quousque tallagium lx. milium marcarum regi persolverint, mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod districtionem quam Isaac filio Elye, Judeo Linc', fieri faciunt a vicecomite Linc' per summonicionem Scaccarii regis, ut dicit, occasione veteris debiti in quo regi tenetur, penitus relaxari faciant, sicut predictum est, et domos et catalla sua, que idem vicecomes ea occasione cepit in manum regis, ei plenarie et sine dilacione restitui faciant. Teste ut supra.

1248.

Pro Alano de Guldeford'.—Rex concessit Alano de Guldeford', servienti suo, custodiam terre et heredum Roberti de Alneto una cum maritagio predictorum heredum, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem predictorum heredum ; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo quod de predicta custodia eidem Alano plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est, salva Geretrude que fuit uxor predicti Roberti racionabili dote sua de terra predicta. Teste ut supra.

Pro Eustachia de Pavilly.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norf' quod quia constat regi quod Eustachia de Pavely olim concessit quod rex posset dare Rogero de Pavely xx. libratas terre cum pertinenciis in Sculetorp', quas ipsa Eustachia tenuit in dotem de terris Normannorum, tali condicione quod si idem Rogerus decederet, eadem Eustachia superstite, predicte xx. librate terre eidem Eustachie tamquam libera dos sua ei (*sic*) reverterentur, de predictis xx. libratis terre que fuerunt predicti Rogeri jam defuncti predicte Eustachie plenam seisinam sine dilacione habere faciant. Teste ut supra.

Pro Edmundo de Lascy.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit quod terra que fuit Radulfi Coci, qui utlagatus est, exstitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Edmundo de Lascy, mandatum est vicecomiti Lanc' quod de predicta terra eidem eidem (*sic*) Edmundo sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Elena de Percy.—Mandatum est Thome de Stanford' quod faciat milites et alios liberos homines qui assignati sunt Elene de Percy in dote ipsius facere sectam ad curiam ipsius Elene pro feodis et tenementis que tenent de eadem. Teste ut supra.

De terra utlagati.—Quia rex accepit per inquisicionem quam a vicecomite Norhampt' fieri precepit quod vj. acras terre que fuerunt Thome Cedwaleis, qui utlagatus fuit pro latrocinio, exstiterunt in manum regis per unum annum et unum diem, et quod quinque acras inde tenuit de Hawisia filia Roberti le Heyr, et j. acram de Willelmo filio Hugonis le Paumer, mandatum est vicecomiti Norhampt' quod predicte Hawisie de predictis v^{que} acris, et predicto Willelmo de predicta acra, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m. 3.] *Pro abbate de Fiscamp'.*—Quia rex dedit per cartam suam abbati et monachis Fiscamp', in partem escambii pro maneriis de Wynchels' et la Rye, manerium suum de Slochtr' et hundredum de Salemannebur' cum pertinenciis suis, et abbates de Evesham et Winchecumb' redditus et servicia, racione terrarum suarum quas habent infra predictum hundredum, regi facere consueverunt, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos de redditibus illis et serviciis predictis abbati et monachis Fiscamp' sine difficultate faciant decetero esse intendentes et respondentes, et dictos redditus et servicia eisdem abbatibus in annua firma sua allocari faciant. Teste rege apud Brehull' xxvj. die Augusti.

1248.

Similiter mandatum est eisdem baronibus quod de redditibus et aliis serviciis que Adam Esturmy regi facere consuevit pro tenemento quod de rege tenuit in manerio de Chilteham eidem abbati faciant ipsum decetero esse intendentem et respondentem. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est W. de Langelegh', custodi foreste de Whithlewode, quod in bosco regis de Cornebir' faciat habere Magistro Paulino de Bampton' quatuor quercus ad maeremium inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De operacionibus Westmonasterii.—Mandatum est Eadwardo de Westmonasterio quod denarios quos una cum Willelmo de Haverhull', thesaurario suo, recipiet pro lx. doliis vini que rex precepit vendere, ponat in fabricam seu constructionem monasterii incepti apud Westmonasterium. Teste rege apud Oxoniam xxviij. die Augusti.

De vinis vendendis.—Mandatum est eisdem, quia rex accepit quod nova vina ventura sunt London' cicius solito, et quod bene potest rex exhonerare se de quibusdam vinis que sunt in celario regis Lond', placet regi quod de eisdem vinis lx. dolia vendant ad commodum regis. Teste ut supra.

De denariis liberandis tam de feodo quam de aliis.—Mandatum est P. Chaceporc, thesaurario regis, quod de thesauro regis liberet sine omni dilacione Olivero de Chaleis c. marcas in partem solucionis feodi sui de futuro termino Sancti Michaelis, et pro vadiis suis acquietandis de tempore quo fuit in servicio nostro apud Saltum. Liberate etiam Aldeberto, prepositi (*sic*), ad opus Elye Rudelli de Bragayrac l. marcas de vadiis suis apud Sorduam contra regem Navarr'. Liberate etiam eidem Aldeberto xv. marcas, de dono nostro. Liberate etiam Agneti de Chillac et Elye filio ejus x. libras de termino Sancti Michaelis anno etc. xxxj°. de annuo feodo suo, x. libras (*sic*). Liberate etiam Magistro Bertrando de Saltu, ingeniatori, x. libras, de dono nostro. Liberate etiam Petro Ramundi de Peys et Arnaldo Lobard, burgensibus Sancti Severi, petentibus denarios ad villam suam construendam, x. libras, de dono nostro. Liberate etiam Arnaldo Willelmi de Casalis, clerico de Sancto Severo, c. solidos, de dono nostro. Et si forte non suppetat ei copia denariorum ad perficiendum numerum predictum, tunc de jocalibus regis, que penes ipsum remanserunt, vendi faciat usque ad complecionem numeri predicti, et plene eis satisfieri. Teste ut supra, retentis ad opus regis vasis preciosoribus,—[*in margin*] postea datum fuit in mandatis predicto P. quod eidem Olivero liberaret l. marcas una cum predictis c. marcis.

De transfretacione invenienda.—Rex rogavit Mauricium filium Geroldi quod in servicio regis ad partes Wasconie transfretet; unde rex mandavit justiciario Hybernie quod eidem Mauricio sufficiens navigium ex parte regis offerri, et de exitibus terre sue Hibernie, si hanc peticionem regis exaudire voluerit, inveniri faciat ad transfretandum ad partes predictas, sicut predictum est. Teste ut supra.

De extractis itineris justiciariorum.—Rex mittit baronibus de Scaccario extractam itineris justiciariorum regis in comitatu Berk',

1248.

eis mandans quod sub qua poterunt festinacione summonicionem inde fieri faciant de medietate regi solvenda in crastino Animarum, et de alia medietate regi solvenda a die Pasche in unum mensem. Teste ut supra.

Pro Magistro Willelmo, pictore.—Mandatum est J. Silvestr' et Magistro S. Carpentario, custodibus operacionum suarum de Windles', quod singulis septimanis solvi faciant Magistro Willelmo, pictori, stipendia sua, sicut solvere per septimanam consueverunt usque ad adventum regis apud Windles'. Teste ut supra.

De denariis regi mittendis.—Mandatum est Henrico de Wengham, coescaetori suo, quod cccc. marcas et omnes alios denarios quos promptos habet, in propria persona sua deferat regi usque Merleberge sub quanta poterit festinacione. Teste ut supra.

Pro Roberto Bey.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod quia rex accepit per iteratam inquisicionem quam fieri fecit quod duo molendina Roberti Bey in Derby subtus Chapechastel, super que W. de Eboraco, cum esset justiciarius regis, et P. Peyvre, cum dicerentur esse de serjantia de Sandyacr', assiderunt redditum annuum sex marcarum ad opus regis, non sunt de eadem serjantia, rex vult quod eundem Robertum pacifice retinere faciant, sicut prius tenuit, molendina sua predicta, quieta de predicto annuo redditu sex marcarum inperpetuum, et quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Wudestok' xx. die Augusti.

Mandatum est vicecomiti Derby in eadem forma quod hoc permittat, nec aliquam districtionem decetero faciat pro predicto annuo redditu sex marcarum habendo ad opus regis.

Pro Guidone (sic) *Pevereu.*—Rex concessit Guioneu Pevereu custodiam terre et heredum Radulfi le Chamberleng' usque ad legitimam etatem predictorum heredum; et mandatum est custodi honoris de Redlegh' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Radulfi in honore predicto plenam seisinam ei habere faciat. Teste rege apud Farendon' xxix. die Augusti.

Pro quodam Judeo.—Rex mandavit justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod non distringant vel distringi permittant Aaron filium Abrahe de tallagio lx. milium marcarum pro duobus milibus marcarum de termino Sancti Michaelis anno etc. xxxij°., nisi pro quinquaginta et tribus marcis et dimidia ipsum inde de eodem termino contingentibus, sicut ipse talliatus fuit ad Pascha proximo preteritum. Et si forte ipsum ad plus talliaverint, illud relaxari et super communitatem Judeorum assideri faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne Mansell'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cum rex dederit et carta sua confirmaverit J. Maunsell', preposito Beverlaci, pro x. libratis terre totam terram cum pertinenciis in Wepham in comitatu Sussex', que est eschaeta regis de terris Normannorum, in partem recompensationis quindecim libratarum terre, quas rex vel heredes sui eidem J. et heredibus vel assignatis suis dare tenentur

1248.

pro terra de Hyldesle, quam rex prius ei dederat, et quam idem J. de voluntate regis reddidit S. de Monte Forti, comiti Leycestrie, ipsum Johannem de decem libris, quas prius reddere regi debuit ad Scaccarium pro predicta terra de Wapham, quietum esse faciant, a tempore quo predictam terram de Hyldesle predicto comiti reddidit, videlicet a xix. die Februarii anno regni regis xxxij. inposterum. Teste rege apud Merleberge ij. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere domino Bathoniensi et Wellensi episcopo sex damos in balliva sua, de dono regis. Teste rege ibidem iij. die Septembris.

Mandatum est Ade de Peryton' quod faciat [habere] Galfrido de Langel' duos damos in foresta de Braden', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Willelmo de Cheeny in foresta regis de Blakemor', vel alibi in balliva sua, duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro quadam muliere qui vicina est partui.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod quandam mulierem gravidam et partui vicinam, que est in prisona regis Oxonie, salvo custodiri faciat in loco tuto, donec pepererit, et donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro priore de Okeburn'.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod demandam quam facit priori de Okeburn' et hominibus suis de Cornel' et de Aun' de amerciamentis et catallis fugitivorum, ponant (*sic*) in respectum usque in crastinum Animarum anno regni regis xxxiij. Teste rege ibidem iiij. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est Petro Chaceporc, constabulario de Sancto Breavello, quod faciat habere Hugoni de Vivon' duos damos in foresta de Dene, de dono regis. Teste ut supra.

De necessariis ad militem faciendum.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod sine dilacione mittat regi contra instans festum Nativitatis Beate Marie usque Merleberge unam robam de serico, duas robas de panno, capam, lectum, et alia necessaria ad unum militem faciendum. Teste ut supra.

Pro Ricardo Mansell' juniore.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum, per quos rei veritas melius sciri poterit, extendi faciant terram Ricardi Maunsell' junioris in Naburn', que est vadium Aaron, Samuelis filii Leonis, Benedicti le Eveske et Joscei filii ejus, Judeorum Eboraci, videlicet quantum valeat per annum in dominicis, redditibus, villenagiis et omnibus aliis exitibus terre, et secundum valorem illius terre et quantitatem debiti in quo predictis Judeis pro patre suo tenetur, eidem Ricardo racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciant. Teste rege ibidem v. die Septembris.

Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod districtionem quam facit Ricardo Maunsell' juniori, pro debito Ricardi Maunsell' patris sui, in

1248.

quo tenetur Aaron, Samueli, Benedicto et Josceo, Judeis Eboraci predictis, ponat in respectum usque in crastinum Animarum. Teste ut supra.

Pro Bartholomeo Pecch'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coexcaetori suo in comitatu Wiltes', quia rex concessit Bartholomeo Pecch' omnes exitus provenientes de terris que fuerunt Roberti de Turevill', postquam terras illas ceperunt in manum regis, quod omnes exitus predictos eidem Bartholomeo habere faciant. Teste rege apud Merleberge vij° die Septembris.

Pro Simon le Messager.—Rex concessit Simoni le Messager, nuncio regine, tota vita sua illum redditum trium denariorum qualibet die percipiendorum, quem Willelmus Cheval consuevit percipere de Scaccario regis, si idem redditus sit de assisa et veteri elemosina regis ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod eundem redditum trium denariorum, si sit hujusmodi elemosina, predicto Simoni habere faciant. Teste ut supra.

Pro Gwidone de Rocheford'.—Mandatum est maiori et probis hominibus de Baiona quod arma et papilionia que fuerunt Willelmi de la Lunde, quicumque ea habeat in potestate sua, liberari faciat Gwidoni de Rocheford', liberanda executoribus testamenti prefati Willelmi, ita quod non oporteat regi ad hoc ulterius manum apponere. Teste ut supra.

Pro Hugone de Tywa.—Quia Hugo de Tywa solvit regi in warderoba sua in festo Nativitatis Sancte Marie anno etc. xxxij°. ad opus Simonis de Monte Forti, comitis Leic', c. libras pro fine quem fecit cum rege pro morte Laurencii, quondam archidiaconi Ebor' [Linc' *cancelled*], unde rettatus fuit, et propter quod Johannes de Tywe, frater predicti Hugonis, pro eodem retto promptus est et paratus se altero ire per preceptum regis in Wasconiam, moraturus ibidem usque ad Pascha anno eodem, mandatum est vicecomiti Eboraci quod predictum Hugonem sine dilacione deliberet a prisona regis, et plegios suos propter hoc quietos esse permittat. Teste ut supra.

De quercubus liberandis.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod faciat habere Thome Corbet duas quercus in bosco de Shirl' ad gutteras regis reparandas in castro de Bruges. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham' quod in foresta regis de Blakemore faciat habere Johanni le Gras tres damos et sex damas ad instaurandum parcum suum de Hunteber', de dono regis. Teste ut supra.

De girofalconibus regis.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod septem girofalconibus regis quos rex Norwagie nuper regi misit, et qui sunt in custodia Henrici de Hauvill', et duobus custodibus ipsorum, inveniat necessaria, donec de ipsis aliud preceperit ; et cum rex sciverit quantum eis liberaverit, breve suum de Allocate eis inde habere faciet. Teste rege apud Merleberge x. die Septembris.

1248.

De damo dato.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod in balliva sua faciat habere Nicholao de Vyane unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario Divisarum quod in foresta regis de Melkesham faciat habere Ele, comitisse War' [abbatisse de Lacoc *cancelled*], x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De navibus liberandis.—Mandatum est Nicholao de Haulo et Willelmo de Axemue quod omnes naves quas adunari fecerunt apud Portesm' liberent Nicholao de Molis, cui rex dedit in mandatis quod eas liberet militibus ituris in Wasconiam in servicio regis, prout melius viderit expedire. Teste ut supra.

Et mandatum est predicto Nicholao de Molis quod eas liberet predictis militibus prout sua discrecio melius viderit expedire. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Warnero Luvel quod preter illos quater xx^ti damos, quos rex cepi precepit per ipsum in Insula de Wyht et in Nova Foresta, adhuc capiat in eisdem forestis ad opus Aymari, fratris regis, xx. damos, et de c. damis illis liberet certo nuncio ipsius xx. damos, deferendos usque Oxoniam. Teste etc.

Et mandatum est Hugoni Passelewe quod ipsos in eisdem forestis capere permittat. Teste etc.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Muscegros quod in foresta regis de Savernak' faciat habere fratri Waltero le Butyler vj. quercus ad fabricam cujusdam capelle apud Cheriton', de dono regis. Teste ut supra.

Pro quodam Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de tallagio lx. milium marcarum, quod assideri fecit super universitatem Judeorum Anglie pro duobus milibus marcarum inde regem contingentibus ad instantem terminum Sancti Michaelis anno etc. xxxij. non distringant vel distringi permittant Aaron filium Abrahe, nisi pro liij. marcis et dimidia, sicut rex alias eis mandavit, ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxxj^o. et ad Pascha proximo sequens; et si ad aliquem predictorum trium terminorum super eum plus positum fuerit, illud super communam Judeorum poni faciant. Teste etc. apud Sandelford' xj. die Septembris.

De pannis emendis.—Mandatum est W. de Plessetis quod statim emat duos bonos et pulcros pannos de scarletto, et eos sine dilacione habere faciat regine, mittendas quo rex ei injunxit. Teste rege apud Rading' xij. die Septembris.

[m. 2.] *De lecto ad reginam.*—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod in instantibus nundinis Wintonie fieri faciat quendam lectum satis competentem regine de meliori panno retato quem invenire poterit sine auro, scilicet culcitram et materacium, et lectum illum regine mittere non omittat. Teste rege apud Rading' xiiij. die Septembris.

1248.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni Passelewe quod in Nova Foresta faciat habere Nicholao de Molis quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro canonicis Korkagen'.—Rex meminit se nuper dedisse in mandatis J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod, receptis a canonicis Korkagensibus litteris suis patentibus quod numquam in posterum ad electionem episcopi sui procedent nisi prius licenciam eligendi a rege vel heredibus suis petierint et optinuerint, confirmacionem venerabilis in Christo patris L. nunc episcopi, tunc autem electi, per eosdem canonicos in suum episcopum non impediret, et eidem confirmato possessionem temporalium episcopatus ejusdem habere faceret. Rex quidem supplicacioni canonicorum predictorum, timencium litteras predictas propter unius verbi apposicionem nimis sibi fore damnosas, ac se libertate electionis sue futuris temporibus per easdem posse privari, de plenitudine gracie sue in remissione verbi memorati annuens, mandat justiciario predicto quod, receptis a canonicis predictis litteris suis patentibus, bonis et expressis, pro se et successoribus suis, quod nunquam inposterum ad electionem hujusmodi procedere presument, nisi prius a rege vel heredibus suis licentiam eligendi saltem petierint, premissum mandatum regis exequatur. Teste ut supra.

Pro Radulfo Burnel.—Mandatum est Drogoni de Barentyn, custodi Insularum, vel ballivis suis, quod singulis annis habere faciant Radulfo Burnel vij. quarteria frumenti, que Robertus Legat percepit, et que nunc sunt excaeta regis, eodem modo quo idem Robertus illa percipere consuevit. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Hodierne.—Quia constat regi per litteras fratris W. quondam episcopi Karleolensis, quod ipse de concessione regis recepit x. marcas de Roberto filio Hodierne de Marum pro fine quem fecit pro quodam appello coram justiciariis regis ultimo itinerantibus apud Linc', et barones de Scaccario per summonicionem Scaccarii regis distringere faciunt eundem Robertum ad solucionem predictarum x. marcarum; mandatum est eisdem baronibus quod predictum Robertum et plegios suos de predictis x. marcis decetero quietum esse faciant, quia rex ipsum inde acquietavit. Teste ut supra.

Pro electo Sancti Edmundi.—Rex electioni facte de fratre Edmundo de Walepol, quondam monacho Sancti Edmundo (*sic*), in abbatem ejusdem domus, regium adhibuit assensum et favorem; et mandatum est Roberto Passelelewe (*sic*), archidiacono Lewensi, quod de predicta abbacia et de omnibus terris et possessionibus ad predictam abbaciam spectantibus eidem abbati vel certo assignato suo sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Windles' xvij. die Septembris.

Et mandatum est baronibus, militibus, liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de abbacia predicta per litteras patentes quod ei tamquam domino suo intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

1248.

De damis capiendis.—Rex mittit Robertum de Edmunstrop' et socios suos, vadlettos suos, ad parcum de Guldeford', ad capiendum in eo x. damos ad opus regis; et mandatum est custodi predicti parci quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De civitate Lond' replegianda.—Maior et ceteri barones regis London' replegiarunt sibi libertatem suam quam rex capi fecerat in manum suam, occasione falsi judicii dati in hustengo suo usque in crastinum Sancti Edwardi [xv. dies a die Sancti Michaelis *cancelled*] instanti (*sic*); ita quod loquela illa in qua ad judicium illud processerunt remaneat in eodem statu quo nunc est usque ad diem predictum [quindenam predictam *cancelled*]. Et mandatum est W. de Haverhull' et Eadwardo de Westmonasterio quod libertatem suam eis rehabere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

De foresta aggistanda.—Mandatum est ballivo de Clarendon' quod forestam regis de Clarendon' agistari faciat porcis, ita quod singuli porci qui in ea poni debent habeant anulos ne foyneare possint; et quod permittat priorem de Monasterio Ederoso habere averia sua in aliquo certo loco ejusdem foreste, ubi ad minus nocumentum fieri possit, usque ad adventum regis ad partes illas. Teste etc.

De castro de Buet.—Mandatum est Johanni de Monemue quod in castro regis de Buet, quod rex commisit patri suo custodiendum, poni faciat homines et alia necessaria, illudque salvo et secure faciat custodire, donec rex aliter inde ordinaverit; ita quod nulla jactura vel periculum inde regi immineat. Teste ut supra.

De girofalconibus liberandis.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod de girofalconibus regis quos habet in custodia sua liberet Roberto de Sancta Sophia ad opus domini imperatoris quatuor non volantes, quos idem Robertus eligere voluerit. Teste rege apud Windles' xx. die Septembris.

De operacionibus castri Bristolli.—Mandatum est ballivis Bristolli quod de firma ville Bristolli inveniant custodibus operacionum regis de castro regis ibidem denarios ad operaciones regis porte ejusdem castri perficiendas; et cum rex sciverit quantum ad hoc eis liberaverint, in predicta firma eis faciet allocari. Teste ut supra.

Pro baronibus Quinque Portuum.—Quia rex intellexit quod barones nostri Quinque Portuum ista hactenus usi sunt libertate quod compares suos in quocumque loco in regno regis pro quocumque delicto captos penes se habebunt simul cum catallis suis occasione predicti delicti arestatis, ad habendum eos in curia regis apud Shipweye ad standum ibi recto, mandatum est vicecomiti Norff' quod quosdam compares ipsorum baronum captos apud Blakene in balliva sua pro morte cujusdam hominis ibi nuper, ut rex audivit, interfecti, simul cum catallis ipsorum ea occasione ibidem detentis, dictis baronibus deliberari faciant, ad habendum eos in curia regis apud Shipweye, sicut predictum est. Teste ut supra.

[*In margin*] B. de Crioil testificatus est per litteras suas quod talem habent libertatem.

1248.

De ponendo per ballium.—Radulfus de Stok', captus et detentus in prisona regis Sarr' pro morte Hugonis de Mara, unde Petrus de Mara et Robertus de Mara eum appellant, habet breve vicecomiti Wiltes' quod ponatur per ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste rege apud Windles' xxiiij. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Puriton quod in foresta regis de Bradene faciat habere Roberto filio Pagani tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De execucione testamenti Willelmi de Esseby.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatibus Leic', Norhampt' et War' quod permittant executores testamenti Willelmi de Esseby liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Willelmi, ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod de primis bonis regi satisfacient de debitis, si que regi debuit idem Willelmus. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est custodi foreste de Brehull' quod in foresta regis de Brehull' faciat habere J. de Plessetis, comiti War', xx. fusta ad maeremium, videlicet x. in bosco de Pauncehal' et x. in bosco in Pydinton', de dono regis. Teste rege apud Windles' xxvj. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Breavello quod faciat habere Roberto Waleraundi duos damos in foresta de Dene, de dono regis. Teste ut supra.

De quarellis liberandis.—Mandatum est eidem quod faciat habere eidem Roberto Waleraundi decem milia quarellorum, quorum mille sit ad turnum ad castra regis munienda, que rex ei commisit custodienda. Teste ut supra.

De robis liberandis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod liberet Johanni de Warenn' robas suas hac vice sicut eas percipere consuevit. Teste rege ibidem xxvij. die Septembris.

De ponendo per ballium.—Simon filius Hervei de Gameneg', captus et detentus in prisona regis Cantebr' pro morte Roberti filii Ricardi Wade, habet breve vicecomiti Cantebr' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De provisione panis contra festum Sancti Eadwardi.—Mandatum est ballivis de Kyngeston' quod fieri faciant in villa sua lx. solidatas panis boni et pulcri, et iiij^uor panes ad denarium, ad opus regis contra festum Sancti Eadwardi, quod rex celebraturus est, Deo annuente, apud Westmonasterium in xv. dies post festum Sancti Michaelis, et ipsum panem ibidem venire faciant contra dictum diem. Et rex precium ipsius et custum cariagii persolvi faciet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis de Sancto Albano de c. solidatis panis. Et ballivis de Waltham de lx. solidatis panis. Et ballivis de

1248.

Hertford' de xl. solidatis. Et ballivis de Ware de l. solidatis. Teste ut supra.

De homine replegiando.—Quia P. Herefordensis episcopus regi significavit per litteras suas patentes quod Herbertum Coly, clericum, captum et detentum in prisona regis pro morte hominis, unde rettatus est, habebit coram rege vel justiciariis suis, quando et ubi rex preceperit, ad standum inde recto, mandatum est vicecomiti Salop' quod ipsum a predicta prisona regis extrahi, et predicto episcopo liberari, faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Windles' primo die Octobris.

Pro Willelmo de Eyneford'.—Quia Willelmus Bardulf reddidit Willelmo de Eyneford' seisinam terre sue quam idem Willelmus Bardulf habuit in custodia, de dono regis, dum predictus Willelmus de Eyneford' fuit infra etatem; mandatum est Roberto de Maneby, procuratori prioris hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, quod firmam quam prior suus debet predicto Willelmo de Eyneford' de terra de Orkestowe, et quam rex dicto priori remisit usque ad legitimam etatem predicti Willelmi, eidem Willelmo reddere non omittat. Teste ut supra.

De cheveronibus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Roberto de Muscegros cheverones ad decem copulas faciendas in foresta de Selewod', de dono regis. Teste rege ibidem primo die Octobris.

Pro Roberto de Tuyt et uxore ejus.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod non distringant vel distringi faciant Robertum de Tuyt et Alexandram uxorem ejus, filiam et unam heredum Roberti Arsic pro scutagio nostro de Gannoc, de feodis militum que idem Robertus tenuit de rege in capite, nisi pro tot feodis quot ipsi Robertus et Alexandra tenent in dominico suo. Ceteros autem tenentes de feodis predictis distringi faciant secundum porciones ipsos inde contingentes, ita tamen quod scutagium illud plene regi persolvatur ad Scaccarium suum.

De vinis vendendis.—Mandatum est ballivis Petri de Sabaudia de Cestrehunt' quod non permittat (*sic*) quod aliqua vina vendantur in villa de Cestrehunt', donec vina regis que ibidem habent vendenda, vendantur. Teste rege apud Windles' iij° die Octobris.

Eodem modo scribitur ballivis de Waltham de vinis regis. Teste ut supra.

De militibus faciendis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod inveniri faciat tribus vadlettis Willelmi de Valencia, quos rex decorabit cingulo militari in festo Sancti Eadwardi, ea que necessaria sunt ad ipsos milites faciendos. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est eidem pro Imberto de Salinis, vadletto regis, de necessariis inveniendis ad ipsum militem faciendum eodem die. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampton' quod de vinis regis que sunt in custodia sua liberent Eustachio le

1248.

Flemeng unum dolium vini de prisa pro uno dolio vini de quo prestitum fecit regine apud Shireburn', ad expensas hospicii sui, quod rex per ballivos suos Suhampt' acquietari precepit. Teste ut supra.

De ponendis per ballium.—Petrus Griffin, captus et detentus in prisona regis de Winterburn' pro morte Hugonis de la Mare, unde appellatus est, habet breve vicecomiti Wiltes' quod ponatur per ballium etc. Teste ut supra.

Willelmus de Bulledon', captus et detentus captus et detentus (*sic*) in prisona regis de Leministr' pro morte cujusdam extranei, habet breve vicecomiti Hereford' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Willelmus filius Thurstan', captus et detentus in eadem prisona pro morte Ricardi de Hereford', habet breve eidem vicecomiti quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Salceto faciat habere Petro le Blund sex fusta ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Octobris.

Pro Alienora que fuit uxor Johannis de Pabbeham.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod statim visis litteris faciat habere Alienore que fuit uxor Johannis de Pabeham racionabilem dotem suam de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Johannis in balliva sua, et que fuerunt in custodia regis post mortem ejusdem Johannis, et quorum custodiam rex dedit J. de Lessinton', salva eidem Alienore racionabili dote sua; cui quidem Johanni rex precepit quod ipsi ipsam dotem suam assignaret, et non fecit, sicut rex audivit; ne amplius inde ad regem querela perveniat. Teste rege apud Westmonasterium ix. die Octobris.

Eodem modo scribitur vicecomiti Bedeford'.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex Willelmo de Haverhull' et Edwardo de Westmonasterio, salutem. Licet memoriter recolamus vos juramento esse astrictos quod nullam solucionem facietis alicui ad hoc Scaccarium nostrum Sancti Michaelis quousque quedam negocia nostra Wasconie expediantur; vobis tamen mandamus quod dilecto fratri et fideli nostro Willelmo de Valencia, ad cujusdam necessitatis sue remedium, ducentas libras non nomine solucionis cujusquam set ex puro prestito, juramento predicto non obstante, sine dilacione habere faciatis, et nos vobis easdem infra quindenam post instans festum Sancti Edwardi aliunde faciemus restitui. Teste rege apud Windles' x. die Octobris.

[*In margin*] Allocabuntur eidem Willelmo super annuum feodum suum.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Dene quod faciat habere Sibille Giffard quatuor quercus ad opus maeremii in predicta foresta de Dene, de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod faciat habere Sibille uxori Wallerami Teutonici quatuor robora ad

1248.

focum suum in foresta de Windleshour', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Hugone Franceys.—Rex dedit concessit et carta sua confirmavit Hugoni Franceys, servienti suo, xviij. acras et j. rodam terre cum pertinenciis, quas Radulfus de Karevill' aliquando tenuit de rege in Clapethorn, habendas et tenendas eidem Hugoni et heredibus vel assignatis suis de rege et heredibus suis bene et in pace, libere et quiete, in feodo et hereditate, imperpetuum, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad predictam terram pertinentibus: reddendo inde annuatim regi et heredibus suis ad Scaccarium suum Sancti Michaelis sex denarios pro omni servicio, consuetudine et demanda. Et mandatum est vicecomiti Norhampt' quod de predicta terra cum pertinenciis eidem Hugoni plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wetsmonasterium xiij. die Octobris.

Pro Aymaro de Lezinan.—Mandatum est Henrico de Wengham quod de exitibus ballive sue faciat habere Aymaro de Lezinan cc. marcas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gauthero de Sancto Paulo.—Mandatum est Henrico de Wengham quod de exitibus ballive sue faciat habere Gauthero de Sancto Paulo c. libras de anno etc. xxxiij° de annuo feodo suo c. librarum quod percipit ad Scaccarium nostrum. Teste ut supra.

Pro R. de Viterbio.—Mandatum est eidem quod de eisdem exitibus faciat habere Reinero de Viterbio, diacono cardinali, xl. marcas super annuum feodum suum xx. marcarum quod percipit ad Scaccarium regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Notingham quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Anketillo Mallore unum dolium boni vini, de dono regis. Teste ut supra.

De prebenda data.—Rex concessit Willelmo de Plessetis prebendam que fuit Johannis de Sancto Amando in ecclesia de Bruges, vacantem per resignacionem ejusdem Johannis, et ad donacionem regis spectantem; et mandatum est constabulario de Bruges quod eundem Willelmum in corporalem possessionem ejusdem prebende inducat. Teste rege ibidem xv. die Octobris.

Pro Willelmo Mauduit.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere Willelmo Mauduit in bosco regis de Salseto, vel alibi in foresta regis de Whittlewod', unum tortum postem ad aulam suam de Hamslap reparandam, de dono regis. Teste rege ibidem, xvij die Octobris.

De damis datis.—Mandatum est Isabelle que fuit uxor Roberti de Everingham quod in foresta de Shirewud' faciat habere Ricardo de Grey quatuor damos et sex damas, de dono regis. Teste ut supra.

1248.

Pro hospitali de Ospreng'.—Quia constat regi quod unum de duobus feodis militum de terra de Trehamston', pro quibus barones de Scaccario distringi fecerunt Nicholaum de Hadlo, pro scutagio ad opus regis pro exercitu regis de Gannoc, dudum dedit per cartam suam hospitali regis de Ospreng' in puram et perpetuam elemosinam, mandatum est eisdem baronibus quod si pro feodo unius militis de scutagio illo eis satisfecerit dictus Nicholaus de terra predicta, tunc de scutagio pro alio feodo militis quod idem hospitale habet de elemosina regis, sicut predictum est, tam predictum Nicholaum quam custodem et fratres predicti hospitalis quietos esse faciant. Teste ut supra.

[m. 1.] *De particione terrarum facienda.*—Mandatum est vicecomiti Cumbr' quod omnes terras de quibus Johanna de Morvill' fuit seisita ut de feodo in balliva sua die quo obiit, et que Helewisam uxorem Ricardi de Vernun et Adam uxorem Radulfi de Levinton' hereditarie contingunt, et que capte sunt in manum regis per preceptum regis, et etiam omnes terras quas predictus Ricardus et Helewisa, Radulfus et Ada tenent de hereditate predicte Johanne, inter ipsos secundum consuetudinem Anglie partiri, et eisdem partes suas sine dilacione faciat assignari. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Octobris.

Et mandatum est vicecomiti Westmeril' quod omnes terras quas Radulfus de Levinton' et Ada uxor ejus tenent in balliva sua de hereditate que fuit Johanne de Morevill', matris predicte Ade, et Helewise uxoris Ricardi de Vernun, cujus heredes ipse sunt, inter ipsos Ricardum et Helewisam, Radulfum et Adam sine dilacione et secundum consuetudinem Anglie partiri, et eis partes suas inde faciat assignari. Teste ut supra.

Pro Simone nuncio regine.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod duos vel tres denarios de elemosina regis constituta, qui primo accident ad Scaccarium regis, habere faciat Simoni, nuncio regine, ad sustentacionem suam, de dono regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Brehull' [Oxon' *cancelled*] quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Petro de Abusun unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est ballivis Bedeford' quod in plena curia sua et per assensum ejusdem curie eligi faciant loco Huberti filii Othyn, quondam coronatoris regis ville de Bedeford', qui mortuus est, unum alium coronatorem, qui, prestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciat et conservet una cum socio suo, coronatore regis in eadem villa, ea que ad coronam regis pertinent in villa predicta. Et talem ad hoc eligi faciant qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus regi scire faciant. Teste etc.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex dedit Willelmo de Valencia, fratri suo, omnia debita que heredes Willelmi de Lancastr' regi debent, tam de Judaismo quam aliis ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod omnia debita predicta eidem fratri regis sine dilacione habere faciant. Teste ut supra.

1248.

De homine replegiando.—Mandatum est ballivis de Kyngeston' quod replegient Johannem Avure, captum et detentum in prisona regis de Kyngeston' pro transgressione in parco regis de Kenynton', per xij. probos et legales homines, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro abbate et monachis de Rupe.—Quia rex accepit, per inquisicionem quam fieri precepit, quod abbas et monachi de Rupe semper a tempore quo habuerunt seisinam de manerio de Sandebec, de dono Idonee de Veteri Ponte, plene perceperunt servicium molendini de Ewhus' de Hugone Marescallo, qui molendinum illud tenuit; et quod idem Hugo postea quietum clamavit eisdem abbati et monachis totum jus quod habuit in predicto molendino, ita quod post dictam quietam clamacionem fuerunt dicti abbas et monachi in pacifica seisina de eodem molendino per duos annos et amplius, antequam captum esset in manum regis; et etiam quod idem molendinum pertinet ad manerium de Sandebec, et non ad manerium de Mauteby, quod est in custodia regis racione custodie terre et heredis Johannis de Veteri Ponte in manu regis existentis, mandatum est custodi honoris de Tykehull' quod dictis abbati et conventui seisinam suam de predicto molendino faciat rehabere. Teste rege apud Westmonasterium xxij° die Octobris.

De escaetore substituto.—Rex substituit Radulfum de Merston' [Hugonem de Tyvill' *cancelled*] loco Ricardi de Oyldebof, quondam escaetoris regis in comitatu Bedeford', qui debilis est et senio confectus, ita quod officio illi vacare non potest, ad escaetas regis in predicto comitatu una cum Henrico de Wengham custodiendas; et mandatum est predicto Hugoni quod, prestito sacramento coram predicto Henrico et vicecomite nostro Bed', escaetis regis et hiis que ad escaetas regis pertinent in comitatu predicto una cum predicto Henrico decetero diligenter intendat, ita quod rex diligenciam suam merito debeat commendare. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasterii.—Quia Rogerus de Derneford' recognovit coram justiciariis regis itinerantibus in comitatu Glouc' quod tenet quartam partem hundredi de Derhurst de abbate Westmonasterii, et concessit quod idem abbas possit facere visum de francoplegio in terra sua, et quod ipse Rogerus et homines sui facient sectam ad duo laghehundreda, mandatum est vicecomiti Glouc' quod predicto abbati visum predicti franci plegii et predictam sectam ab ipso Rogero et hominibus suis habere faciat, ipsumque abbatem in seisinam suam inde inducat et manuteneat in eadem. Teste rege apud Westmonasterium xxij. die Octobris.

Pro priore et fratribus de Chartus'.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod priorem et fratres de Chartus' in nullo occasione foreste regis in custodia sua existentis indebite vexent (*sic*) et ipsos in omnibus sub eadem tranquillitate et permissione tractare curent (*sic*) quibus tempore Joannis patris regis et suo hucusque sunt gavisi. Teste ut supra.

1248.

Pro Hugone le Despenser.—Rex perdonavit Hugoni le Despenser xl. solidos, quos barones de Scaccario ab eo exigunt per summonicionem Scaccarii regis de scutagio de Gannoc, pro feodo j. militis quod tenet de feodo Edmundi de Lascy, tunc in custodia regis existente; et mandatum est baronibus predictis quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quodam ponendo per ballium.—Johannes filius Alicie, captus et detentus in prisona regis de Colecestria pro roberia et pace regis fracta, unde Seyena de la Cote eum appellat, habet breve vicecomiti Essex' quod ponatur per ballium usque ad adventum justiciariorum. Teste rege apud Westmonasterium xxiiij. die Octobris. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod in bosco regis de Kyngeswode faciat habere abbati Sancti Johannis de Colecestria quatuor quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Roffa.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod extendi faciant terram Johannis de Roffa que est vadium Aaron de Eboraco, Samuelis filii Aaron, et Ursell' filii Manasser', Judeorum, quantum sibi valeat in dominicis, redditibus, villenagiis et omnibus exitibus terre, et secundum valorem illius terre et quantitatem debiti in quo ipsis Judeis tenetur, racionabilem finem et racionabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro Roberto Waleraund'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod distringat Robertum de Bello Campo ad reddendum Roberto Walerand', nomine regis, x. marcas singulis annis ad festum Sancti Michaelis, una cum arreragiis regi debitis de termino Sancti Michaelis proximo preterito, sicut eas reddere consuevit per annum ad eundem terminum Johanni Ruffo de manerio suo de Maidenecot', que ad regem pertinent, racione custodie terre et heredis ipsius Johannis ad regem pertinentis, quam rex concessit predicto Roberto usque ad legitimam etatem heredis predicti. Teste ut supra.

Clause de anno regis Henrici tricesimo secundo xxxij°.

1247.
[m. 18*d.*] *Pro Adam Paynel.*—Rex dedit respectum Ade Paynel de se milite faciendo usque ad Pascha proximo futurum; et mandatum est vicecomiti Linc' quod ipsum Adam ob causam predictam citra terminum prefatum non distringat. Teste me ipso apud Windles' viij. die Novembris.

Pro episcopo Londoniensi.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Buk' quod non occasionent F. Londoniensem episcopum, racione communis summonicionis coram eis facte in comitatu predicto, quia dominus rex hac vice absenciam suam habet excusatam. Teste ut supra.

Pro Hugone de Morton'.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod non distringat Hugonem de Morton' ad se militem faciendum cum, sicut intellexit rex, non habeat in dominico suo xx. libratas terre,

1247.

Pro Willelmo de Bella Aqua.—Rex respectum dedit Willelmo de Bella Aqua de armis capiendis ad totam vitam ipsius Willelmi, si voluerit; et mandatum est vicecomiti Noting' quod ipsum inde imperpetuum pacem habere permittat. Teste ut supra.

Pro Johanne Picout.—Rex dedit respectum Johanni Picout de armis capiendis usque ad Pascha anno etc. xxxij°.; et mandatum est vicecomiti Linc' quod interim ipsum ad se militem faciendum non distringat. Teste [*unfinished*].

[m. 17*d.*] *De itinere justiciariorum.*—Cum justiciarii regis assignati ad placita foreste fere jam itineraverint in singulis comitatibus Anglie citra Trentam, preter quam in comitatu Staff', rex vult quod iter suum eis injunctum perficiant in ipso comitatu Staff', antequam Rogerus de Thurkilb' itineret in eodem, unde rex mandavit eidem Rogero, quod prius provideat iter suum in comitatu Glouc' vel alibi in comitatu Wigornie, vel alibi, prout melius viderit expedire; ita tamen quod bene provideat quod hii quibus jam diem assignaverint, vel qui forte impetraverint diem in predicto comitatu coram ipso in itinere suo in nullo sint perdentes. Teste ut supra apud Merton' xx. die Novembris.

De providencia contra Natale.—Mandatum est vicecomiti Suhampton' quod, sicut corpus suum diligit, habeat die Dominica vel die Lune ad tardius ante Natale Domini ad castrum Wintonie, vij. braones cum capitibus integris bene coctis et bene succitis, d. gallinas, c. perdices recentes, vj. cignos, viij° pavones, l. lepores, vm. ovorum, ccc. galones de ostreis; et de custo singulorum predictorum distincte et aperte certificet regi, et rex illud ei faciet allocari. Teste rege apud Guldeford' primo die Decembris.

De providencia contra Natale.—Eodem modo scribitur vicecomiti Sumers' et Dors', de x. braonibus cum capitibus etc. dc. gallinis, xij. cignos (*sic*), xij. pavonibus, l. lepores (*sic*), l. cuniculis, vijm. ovorum, c. perdicum recencium positorum in pane, lx. aucis reres' (*sic*), malardis, et ceteris avibus de ripera, quotquot poterit.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxonie et Berk', de x. braonibus, dc. gallinis, x. cignis, xij. pavonibus, l. leporibus et de aucis roseris, et avibus de ripera, et cuniculis, quotquot poterit.

Eodem modo scribitur vicecomiti Wiltes', de vij. braonibus cum capitibus etc., ccc. gallinis, ij° millibus ovorum, vj. cignis, viij. pavonibus, l. leporibus, c. perdicibus in pane, et de aucis roseris et avibus de ripera, quotquot poterit.

Eodem modo scribitur vicecomiti Kancie, de v^que^ summis boni merlengi pudrati et de cungeris grossis, quotquot poterit, et de cc. mulewellis grossis et bene pudratis.

Eodem modo scribitur Willelmo Passelewe, de vij. braonibus cum capitibus etc., d. gallinis, v^que^ millibus ovorum, cc. cuniculis vivis, vj. cignis, viij. pavonibus, l. leporibus, c. perdicibus in pane, et de aucis roseris, malardis, et aliis avibus de ripera, quotquot poterit.

Eodem modo scribitur vicecomiti Surr' et Sussex', de vij. braonibus cum capitibus etc., l. leporibus, l. cuniculis, ccc. gallinis, c. perdicibus, vm. ovorum.

1247.

Mandatum est ballivis de Awelton' quod faciant venire ibidem c. solidatas panis, scilicet quatuor panes ad denarium.

Eodem modo mandatum est ballivis de Andover'.

Eodem modo mandatum est ballivis Suhampt' de l. solidatis panis, videlicet iiij^or panibus ad denarium de medio.

Et mandatum est ballivis Wintonie quod provideantur (*sic*) de xx. libratis panis et mediantibus iiij^or panibus ad denarium.

De providencia contra festum beati Eadwardi.—De providencia contra festum beati Eadwardi.

Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod habeat die Sabbati in vigilia Sancti Eadwardi apud Westmonasterium vij. braones cum capitibus etc., cccc. gallinas, v. millia ovorum, c. lepores, cc. perdices recentes in pane etc.

Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' de vij. braonibus cum capitibus, ccc. gallinis, l. leporibus, v. millibus ovorum, c. perdicibus etc. in pane, et de aucis roseris, mallardis, et aliis avibus de ripera et pavonibus, quotquot poterit etc.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Lond', quod habeant ibidem eodem die xx. libratas panis.

Eodem modo scribitur ballivis de Waltham quod habeant ibidem c. solidatas panis.

Eodem modo scribitur ballivis de Kingeston' de v^que marcatis panis.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Lond' de d. gallinis, d. alaudis, et iij. millibus ovorum.

Rex mittit Magistrum Ricardum, cocum suum, usque Portesm', Wintoniam, Suhampton', Boseham, ad provisionem faciendam contra Natale; et mandatum est ballivis predictorum locorum quod ad hoc ei sint auxiliantes et intendentes. Teste rege apud Sandelford' vj. die Decembris; et postea habuit litteras ballivis Cycestr'.

Mandatum est vicecomiti (*unfinished*).

De excommunicata capienda.—Quia rex accepit per litteras vicecomitis Wygornie patentes, quas transmisit vicecomiti Berk', et quas rex habet penes se, quod Ceciliam de Cumbrinton', quam ut per corpus suum tamquam excommunicatam justiciaret, vicecomiti Wygornie per breve suum rex precepit, et que, occasione illius precepti, de comitatu Wygornie fugit ad comitatum Berk', ubi postmodo per preceptum regis capta fuit et indiscrete dimissa, jam in balliva sua invenisti (*sic*), et captam in prisona regis, prout precepit, detinet, mandatum est vicecomiti Wigornie quod ipsam Ceciliam duci usque Oxoniam, et ibidem ipsam liberari faciat vicecomiti Oxonie, custodiendam in castro Oxonie, cui vicecomiti Oxonie rex mandavit quod ipsam recipiat, et in eodem castro custodiat, donec aliud inde rex preceperit. Et ita se gerat vicecomes Wigornie in isto negocio, quod ad ipsum et omnia bona sua graviter ad dampnum suum et heredum suorum rex se capere non debeat. Teste ut supra.

Mandatum est maiori et ballivis Bristolli quod venire faciant usque Wintoniam contra Natale ccc. cungruos, d. hakas, unum porpesium vel duos.

1247.
[m. 16*d*.]

De cambio regis.—Rex ballivis suis Norwici, salutem. Precipimus vobis in fide qua nobis tenemini, firmiter injungentes quod eligatis quatuor fideles et discretos homines de villa vestra, qui utiles sint et idonei ad intendendum cambio nostro in dicta villa, et pecuniam nostram quam illuc in brevi per clericos nostros mittemus recipiant, et ipsam in forma quam dicti clerici nostri eis injungent ex parte nostra, possint et sciant cambire, prestito prius coram eisdem clericis fidelitatis sacramento de forma illa fideliter observanda. Provideatis etiam unam bonam domum et securam in villa predicta ad cambium illud in ea faciendum, et pecuniam illam salvo custodiendam. Tales igitur ad hoc eligatis quibus predictam curam secure possimus committere, et qui nobis de exitibus predicti cambii et de pecunia predicta plene et fideliter possint respondere, et (*sic*) propter eorum insufficienciam ad vos et heredes vestros capere non debeamus. Teste rege apud Merleberge xj. die Decembris.

Eodem modo scribitur maiori et ballivis Wintonie.

Karissimo amico suo domino vicecomiti Berk' vicecomes Wygornie, salutem et amorem. Datum est nobis intelligi quod mandatum domini regis nuper recepistis de capcione cujusdam mulieris, nomine Cecilie de Cumbrinton', ad mandatum domini Wigorniensis episcopi. Scientes quod consimile mandatum jam multo tempore transacto suscepimus de dicta muliere capienda, que quidem mulier, de dicto precepto domini regis suspecta, ad partes vestras accessit, et nuper ad partes nostras rediit ; et ex quo illam infra comitatum nostrum scivimus, dictam mulierem cepimus, et in prisonam domini regis detinemus. In cujus etc.

Noting'.—Ricardus le Ostricer de Kynstan, qui tenet de rege per servicium austurci, venit coram rege apud Merleberge die Dominica proxima post festum Sancti Nicholai, et quia debilis est et senio confectus, dimittit se de terra sua quam tenuit de domino rege, et rex admittit Henricum filium suum loco suo, et reddit ei terram predictam, et capit homagium suum etc.

Linc'.—Quia rex audivit quod Willelmus de Dive, tenens quasdam terras de hereditate uxoris sue, eas vendendo, dando et modis quibus potest distrahendo, intendit alienare, mandatum est vicecomiti Linc' quod per totam ballivam suam clamari et ex parte regis firmiter faciat prohiberi, quod de terris illis aut boscis aut parcis, qui sunt de hereditate predicta, nulla fiat alienacio per vendicionem vel alio modo, et id firmiter faciat observari. Teste rege apud Clarendon' xiiij. die Decembris.

De itinere justiciariorum.—Rex vicecomiti Essex', salutem. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites, et libere tenentes de tota balliva sua, et de qualibet villa quatuor legales homines et prepositum, et de quolibet burgo duodecim legales burgenses per totam ballivam, et omnes illos qui coram justiciariis itinerantibus venire debent et solent, quod sint apud Chelmereford' in crastino Sancti Hyllarii coram dilectis et fidelibus nostris Henrico de Bathonia, Alano de Watsaund, Willelmo de

1247.

Wilton' et Reginaldo de Cobeham, quos justiciarios nostros constituimus audituri et facturi preceptum nostrum. Facias eciam venire coram eisdem justiciariis nostris omnia placita corone nostre que placitata non sunt, vel que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in partibus illis ad omnia placita et omnia attachiamenta ad placita illa pertinencia et omnes assisas et omnia placita que postea fuerunt ad primam assisam coram justiciariis cum brevibus assisarum et placitorum; ita quod assise ille et placita illa pro defectu tui vel sumonicionis tue non remaneant. Facias etiam clamari et sciri per totam ballivam tuam quod omnes assise et omnia placita que fuerunt atterminata et non finita, vel que fuerunt sumonita coram justiciariis nostris apud Westmonasterium, vel coram justiciariis nostris qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo de omnibus placitis, vel coram justiciariis nostris illuc missis ad assisas nove dissaisine capiendas vel gaiolas deliberandas, quod tunc sint ibidem coram eisdem justiciariis nostris in eodem statu in quo remanserunt per preceptum nostrum, vel per preceptum predictorum justiciariorum nostrorum itinerancium, vel per justiciarios nostros de Banco. Summone etiam per bonos summonitores omnes illos qui vicecomites fuerunt post ultimam itineracionem predictorum justiciariorum nostrorum in partibus illis, quod sint ibidem coram eisdem justiciariis nostris cum brevibus de assisis et placitis que tempore suo receperunt, ad respondendum de tempore suo, sicut respondere debent coram justiciariis itinerantibus. Et habeas ibi summonicionem et hoc breve. Teste me ipso apud Wintoniam xxxvij. (*sic*) die Decembris, anno regni nostri xxxij°.

Innocens episcopus etc. regi Anglie illustrissimo, salutem et apostolicam benedictionem. Tanto libencius celsitudinis tue precibus benignum impertimur assensum, quanto inter reges et principes christianos te specialius [reporta (*sic*) *cancelled*] in Domino reputamus filium specialem et devotum. Tuis igitur supplicacionibus inclinati, districtius inhibemus ne ullus ordinarius aut etiam delegatus vel subdelegatus in capellas regias et oratoria earundem ecclesie romane immediate subjecta, seu canonicos vel servitores ipsorum contra tenorem privilegiorum aut indulgenciarum apostolice sedis, excommunicacionis vel interdicti sentenciam audeat promulgare, seu aliquod ipsis onus imponere, quod aliis exemptis ecclesiis non consuevit imponi absque mandato sedis apostolice speciali, quod expressam faciat de hujusmodi inhibicione mencionem. Nullo ergo hominum etc. T[este]. Data Lugduni xij. Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno tercio.

[m. 15*d*.] *Pro priore Lanc'*.—Mandatum est Thome de Stanford' et Roberto de Crepping', escaetoribus suis, quod habere faciant priori Lancastr' decimas in Wyredal' debitas et consuetas, et quod ipsum non vexent ipsum (*sic*), vel molestiam ei inferant aut gravamen injuste. Teste rege apud Clarendon' xiij. die Decembris.

Mandatum est vicecomiti Lancastr' quod occasione contencionis quam rex movit super ecclesiam de Esham non impediat presentacionem abbatis de Sagio de dicta ecclesia, quominus ejus clericus ad ipsam

1247.

ecclesiam admittatur, nec priorem Lancastr' occasione predicte ecclesie vexet vel ei molestiam inferat. Teste ut supra.

De conversis missis ad abbacias :—

Albanus conversus, priori de Merton'.

Willelmus, dictus Prior, et uxor mittuntur ad abbatem et conventum Sancti Augustini Cantuarie.

Philippus et uxor sua, ad abbatem et conventum de Eynesham.

Alexander et uxor sua ad priorem et conventum de Dunstaplia.

Martinus conversus, priori et conventui Sancte Trinitatis Lond'.

Willelmus conversus, priori de Bermendus'.

Albanus conversus, subpriori et conventui Beate Marie de Suwerc'.

Alicia conversa, magistro hospitalis Sancti Johannis Oxonie.

Susanna conversa, ad priorissam et conventum de Bungheya.

Hugo filius Philippi conversus, ad abbaciam de Wilton'.

Editha filia Thome conversi, ad abbaciam de Persor'.

Henricus clericus conversus, ad abbaciam de Hyda.

Alicia conversa, ad abbaciam de Winchecumb'.

Ricardus conversus, ad abbaciam de Bardenay.

Pro Huberto de Ruilly.—Quia quedam loquela mota est in curia regis inter Hubertum de Ruilly, qui est in servicio regis in Hybernia, et Laurencium de Plumberewe, de quatuor marcatis redditus cum pertinenciis in Kinewedon', mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod attornatum ipsius Huberti in loquela illa recipiat, et significet regi quem loco suo ad hoc attornaverit. Teste etc.

Rex vicecomiti Cumbr', salutem. Non est intencionis nostre sicut nec racioni convenit quod aliquis liber homo de terra sua sine judicio disseisiatur ; set tu, sicut audivimus, Radulfum de Levinton' et Adam uxorem ejus, unam filiarum et heredum Johanne de Morevill', de parte hereditatis predicte Johanne ipsos contingente, unde cepimus homagium ipsius Radulfi, et eis inde per te seisinam fieri fecimus, disseisivisti, non inquisita veritate de feoffamento ipsius Radulfi de quibusdam aliis terris que fuerunt ipsius Johanne, sicut tibi per alias litteras nostras precepimus. Et ideo tibi precipimus quod eisdem Radulfo et Ade de predicta parte sua ejusdem hereditatis plenam seisinam habere facias, sicut eam prius habuerunt per preceptum nostrum. Et si quid inde amotum fuerit postquam disseisiti fuerunt, id eis sine dilacione reddi facias. Quia volumus, quod ipsi, tam de parte predicta, quam de aliis terris quas idem Radulfus habet de dono predicte Johanne in feodo, participibus suis, cum ipsi participes voluerint, in curia nostra secundum legem et consuetudinem regni nostri respondeant. Teste me ipso apud Clarendon' xxiij. die Decembris, per dominos Wintoniensem, Karliolensem episcopos et Johannem Maunsell'.

Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Cantebr' quod non teneant aliquod placitum coram eis in itinere suo in comitatu predicto quod teneri debet et solet apud Catteshull', infra libertatem abbatis de Sancto Edmundo, contra libertates quas idem abbas per cartas predecessorum nostrorum regum Anglie, quibus etc.

1247.

De escaetore eligendo.—Rex dilecto et fideli suo Willelmo de Tracy, salutem. Quia Stephanus de Harnhull', qui escaetis nostris custodiendis una cum H. de Wengham escaetori nostro, intendere consueverat in comitatu Glouc', languidus est, ut dicitur, vos loco ejusdem duximus substituendos, vobis mandantes quod prestito sacramento coram predicto H. et vicecomiti nostro Glouc', una cum ipso escaetore nostro escaetis nostris in eodem comitatu decetero intendere curetis fideliter et diligenter ; ita quod de exitibus earundem plenarie respondeatis ad Scaccarium nostrum, et inde merito debeatis commendari. Teste [*unfinished*].

Eodem modo scribitur Willelmo de Crikelawe, quia Willelmus Hunaud, quondam escaetor regis in comitatu Salopie, viam universe carnis ingressus est. Teste ut supra.

De cuneo liberando.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario suo, W. Hardell' et Edwardo de Westmonasterio, quod Edmundo, subsacriste Sancti Edmundi, et Simoni, elemosinario Sancti Edmundi, nunciis abbatis et conventus Sancti Edmundi, habere faciant quendam cuneum nove incisionis, accepto prius ab eis veteri cuneo, quem prius habuerunt, ut ipsi abbas et conventus novo cuneo utentes novam inde monetam fieri faciant, sicut veteri cuneo veterem monetam ante numismatis nostri mutacionem fieri fecerunt. Licet Scaccarium regis modo non sedeat nichilominus hoc mandatum nostrum sine dilacione curetis adimplere. Teste rege apud Wintoniam xxvj. die Decembris.

De excommunicato capiendo.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod Willelmum Filloll', qui evasit prisonam regis in qua per preceptum regis ut excommunicatus detinebatur, ubicumque in balliva sua inventus fuerit, capiat et salvo custodiat, donec secundum formam priorum litterarum regis predicto vicecomiti directarum sacrosancte ecclesie satisfecerit. Teste ut supra.

De cuneo.—Rex abbati et conventui de Sancto Edmundo, salutem. Cum sine difficultate cuneum nove incisionis vobis duxerimus concedendum, vobis mandamus et expresse injungimus quatinus, sicut libertate ipsius cunei et aliis libertatibus vestris gaudere desideratis, utamini predicto cuneo secundum quod illo utitur in civitate nostra Lond' et in aliis villis regni nostri. Teste ut supra.

[m. 14*d.*] *De respectu milicie.*—Rex respectum dedit Johanni de Leyk' de armis capiendis usque adventum Radulfi filii Nicholai de partibus transmarinis ; et mandatum est vicecomiti Noting' quod interim ipsum ad se militem faciendum non distringat. Teste etc.

Pro Alicia que fuit uxor Johannis de Burn'.—Thomas de Burn' debet reddere Alicie que fuit uxor Johannis de Burn' x. solidos, videlicet ad Purificacionem Beate Marie v. solidos, et ad mediam Quadragesimam v^{que} solidos, sub pena x. solidorum, nomine pene pro transgressione cujuslibet termini, si terminos suos non observaverit. Teste (*unfinished*).

1247.

De attornatis.—Hawisia uxor Hugonis de Werlegh' attornavit Rogerum filium Petri loco suo in loquela que summonita est coram justiciariis Dublin' inter Thomam filium Leon' et predictos Hugonem et Hawisiam de homagio capiendo. Et mandatum est justiciario Hybernie etc. Teste ut supra.

De itinere justiciariorum.—Quia justiciarii regis itinerantes ad placita foreste in comitatu Staff' iter suum nondum perfecerunt in eodem, iter justiciariorum suorum ad omnia placita summonitum in eodem in octabis Sancti Hillarii, vult rex a die Sancti Hyllarii in xv. dies ibidem summoneri. Et mandatum est vicecomiti Stafford', quod istud per totam ballivam suam clamari faciat. Teste etc.

De moneta.—Mandatum est vicecomiti Roteland' quod per totam ballivam suam clamari et firmiter inhiberi faciat, ex parte regis, ne aliqua moneta tonsa currat in balliva sua a tempore quo hoc clamari fecerit et prohiberi; immo si aliqua moneta tonsa currens inveniatur imposterum, ipsam de precepto regis faciat penetrari. Omnes etiam quos cambiatores hujus monete invenerit, arestari faciat per corpora sua, ita quod eos habeat ad mandatum regis. Teste (*unfinished*).

1248. Mandatum est vicecomiti Buk' quod distringat priorem de Lungevill' quod permittat Willelmum de Valencia et Johannam uxorem ejus, neptem et unam heredum Walteri Marescalli, quondam comitis Pembr', habere visum franci plegii et alias consuetudines in terris ipsius prioris in Newetun', Horewud', Acle et Westhanneye, sicut predictus comes habere consuevit tempore suo in terris predictis; quia servicia terrarum ipsius prioris assignata sunt predictis Willelmo et Johanne in propartem predicte Johanne de terris que fuerunt predicti comitis. Teste rege apud Westmonasterium iij. die Februarij.

De feodis militum assignatis Willelmo de Valencia.—Servitium militare quod Hugo de Ver, comes Oxonie, tenuit in capite de W. Marescallo, comite Penbr', in Crowemers', et servicium militare quod Hugo de Gersindon' tenuit in capite de eodem comite Penbr' in Gersindon', et servitium militare quod Elias Giffard tenuit in capite de eodem comite Penbr' in Ipelesden', et servitium militare quod Matheus de Columbariis tenuit in capite de eodem comite in Buleheth' in comitatu Oxonie, et servitium militare quod Odo Burnard tenuit in capite de eodem comite in Aldrecheseye et Eddewurth' in comitatu Bed', et servitium militare quod Elyas Giffard tenuit in capite de eodem comite in Stahus', et servitium militare quod Willelmus de Camages et Isabella de Longo Campo tenuerunt de eodem comite in Hertel', et servitium militare quod Willelmus Crupet tenuit de eodem comite in Begeswurth' in comitatu Glouc', et servitium militare quod Willelmus de Clerevaus et Randulfus de Aufrik tenuerunt in capite de eodem comite in Enedeburn', et servitium militare quod Johannes Belet tenuit de eodem comite in eadem villa, et servitium militare quod Robertus de Bello Campo, et Sibilla de Bermungeham' tenuerunt in capite de eodem comite in Maydenecot', et servitium militare quod Fulco filius Warini tenuit de eodem comite in Waneting', et servitium

1248.

militare quod Robertus de Valle Torta tenuit de eodem comite in Westhanneg', et servitium militare quod Hugo de Sancto Mauro tenuit de eodem comite in eadem villa, et servitium militare quod Johannes de Plesseto, comes War', et Matheus Hose tenuerunt de eodem comite in West Witenham, et servitium militare quod Willelmus de Sancta Elena tenuit de eodem comite in eadem villa, et servitium militare quod Fulco Basset, Londoniensis episcopus, tenuit de eodem comite in Spenes, et servitium militare quod Johannes Basset tenuit de eodem comite in Morton' in comitatu Berk', et servitium militare quod Fulco de Coudray tenuit in capite de eodem comite Penbr' in Mulesho, Waleton', Pikelesthorn', Wolsinton', Lingoyl, Policot' Buketon', Kamelton', et Shipford', et servitium militare quod Hugo de Ver, comes Oxonie, tenuit de eodem comite in Linford', Bechehampt', et Adegrave, et servitium militare quod Willelmus Talebot tenuit de eodem comite in Assendon', et servitium militare quod Galfridus de Sancto Martino tenuit de eodem comite in Sinelberyebeye (*sic*) et Parva Merlawe, et servitium militare quod Willelmus de Redham tenuit de eodem comite in Bradewell', et servitium militare quod Bartholomeus de Saukevill' tenuit de eodem comite in Fauleg', et servitium militare quod Hugo de Cressy tenuit de eodem comite in Chardel' et Policot' Cressy, et servitium militare quod Johannes de Columbariis tenuit de eodem comite in eadem villa, et servitium militare quod Paulinus Peyvre tenuit de eodem comite in Chilton', et servitium militare quod Hamo de Sancta Fide tenuit de eodem comite in eadem villa, et servitium militare quod Robertus de Bello Campo et Sibilla de Bermungeham' tenuerunt de eodem comite in Borton', et servitium militare quod Eustachius de Greyvill' et Robertus de Rokel' tenuerunt de eodem comite in Wutton', et servitium militare quod Johannes Morel tenuit de eodem comite in Grendon' in comitatu Buk', assignata sunt Willelmo de Walencia et Johanne uxori ejus, uni heredum predicti comitis Penbr', in partem ipsius Johanne que ipsam contingit de feodis militum que tenuerunt de predicto comite Penbr'; et mandatum est predictis vicecomitibus quod distringant omnes predictos ad faciendum eidem Willelmo homagium de tenementis que tenuerunt de predicto comite per servitium militare, et quod de servitio illo eisdem Willelmo et Johanne decetero sint intendentes et respondentes. Teste me ipso apud Westmonasterium iiij. die Januarii.

Mandatum est vicecomitibus Lond' quod omnia averia et catalla canonicorum Sancti Pauli Lond' in balliva sua inventa capi faciant, et ea non deliberent sive speciali precepto regis. Teste ut supra.

Pro episcopo Elyensi.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod non teneat aliquod placitum in comitatu suo, quod teneri debet et solet in insula Elyensi infra libertatem H. Elyensis episcopi, aliter quam teneri consuevit tempore regis et temporibus predecessorum suorum regum Anglie. Teste ut supra.

De communi summonicione in Essex'.—Mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu Essex' quod occasione communis summonicionis facte coram ipsis Robertus de Aguillun coram eis non ponatur in defaltam. Teste ut supra.

1248.

Eodem modo mandatum est eisdem justiciariis pro comite Glouc' in itinere suo in comitatu predicto.

Eodem modo mandatum est eisdem justiciariis pro priore de Novo Loco in itinere suo in comitatu predicto.

Eodem modo scribitur eisdem pro Radulfo filio Nicholai, senescallo regis.

Eodem modo scribitur eisdem pro domino Londoniensi episcopo.

Eodem modo scribitur pro Willelmo Aurifabro de Kanevel'.

Eodem modo scribitur pro priore Sancte Trinitatis Cantuarie.

Eodem modo scribitur pro Willelmo de Synago.

Eodem modo scribitur pro Rogero, cissore regis.

Eodem modo scribitur pro Stephano de Salinis, Johanne de Rocheford', Godefrido de Liston'.

Eodem modo scribitur justiciariis in comitatu Staff' pro Thoma de Dutton'.

Eodem modo scribitur eisdem pro Andrea Goiz.

Pro herede Ricardi de Percy.—Mandatum est vicecomiti Eboraci ne aliquem habeat ingressum in terris que fuerunt Ricardi de Percy in balliva sua aliter quam alii vicecomites ejusdem comitatus habere consueverunt tempore [ejusdem quam *cancelled*] predicti Ricardi, nec alias consuetudines exigat vel capi faciat in eisdem terris quam dari consueverunt tempore ejusdem, quamdiu Henricus de Percy, nepos et heres predicti Ricardi, exstiterit in custodia regis. Teste etc.

Pro archidiacono Lincoln'.—Mandatum est Henrico de Bathonia quod districtionem quam fieri facit super Magistrum Willelmum le Lou, archidiaconum Lincoln', pro dampnis que coram eo et sociis suis adjudicata fuerunt abbati et conventui de Tinterne in Banco, ponat in respectum, usque ad parleamentum quod erit in octabis Purificacionis, quia tunc rex super processu loquele vult habere tractatum. Teste ut supra.

De inquisicione facta.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod ad mandatum Thome de Stanford' et Roberti de Crepping', escaetorum regis, venire faciat ipsis, vel eorum altero, xij. probos et legales homines de comitatu tuo (*sic*), per quos rei veritas melius sciri possit, ad inquirendum ad inquirendum (*sic*) per sacramentum eorundem quantum terre habemus in Warshope, et quot bovatas terre, et quantum bovate ille nobis reddere solent per annum, et quantum terra illa valeat per annum in omnibus exitibus terre, prout eis duxerint injungendum. Teste etc.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est vicecomiti Westmer' ne aliquem habeat ingressum alium vel alio modo in terris que fuerunt Willelmi de Lancastr' in Kendal', quam habere consuevit tempore predicti Willelmi, vel quam habere debet secundum tenorem cyrographi quondam confecti in curia regis inter ipsum Willelmum et Robertum de Veteri Ponte. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Januarii.

Pro Cecilia que fuit uxor Elye Piscatoris.—Ostensum est regi, ex parte Cecilie que fuit uxor Elye Piscatoris, quod cum eadem Cecilia

1248.

detulisset officiali episcopi Wintoniensis sicut judici et Drogoni le Tanur et Haghenild' uxori ejus, qui ipsam Ceciliam traxerant in cameram in curia christiana coram eodem officiali, litteras de prohibicione ne implacitaretur de laico feodo suo in curia christiana ; et postea, cum non ducerent deferendam prohibicioni, rex detulisset vicecomiti Suhampt' breve regis de ipsis attachiandis, sicut legis et consuetudinis est regni, eandem Ceciliam, ante diem sibi assignatam de prosequendo inde versus ipsos in curia regis, tamquam excommunicatam de precepto regis capi procurarunt, et in prisona regis Wintonie detineri. Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod, si ita est, ipsam Ceciliam a predicta prisona statim deliberet, nec eam eadem occasione capiat iterato, donec predictum placitum terminetur in curia regis. Teste ut supra.

[m. 13*d.*] *De vi laica amovenda.*—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod omnem vim laicam quam invenerit in ecclesia de Bowelton' sine dilacione amoveat.

De respectu milicie.—Rex respectum dedit Hugoni de Weston' de se milite faciendo usque ad festum Sancti Michaelis proximo sequens ; et mandatum est vicecomiti Noting' quod respectum ipsum illum habere permittat. Teste etc.

Pro Johanne Caperun.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod, quamdiu Johannes Caperun fuerit viridarius regis de foresta regis de Clive, non permittat quod ponatur in assisis, juratis, vel aliquibus recognicionibus, que extra comitatum suum capi debeant. Teste ut supra.

De escaetis.—Rex vicecomiti Kancie, salutem. Quia per commune consilium nostrum provisum est quod extente et inquisiciones, que fieri debent de wardis et escaetis, postquam devenerint in manum nostram, debent fieri per escaetores nostros, et non per vicecomitem, tibi precipimus quod non obstante precepto nostro quod nuper tibi fecimus de terris que fuerunt Willelmi de Aubervill' in balliva tua in manum nostram capiendis et extendendis, permittas Henricum de Wengham et escaetorem suum in comitatu predicto predictas terras extendere secundum tenorem litterarum nostrarum inde tibi directarum, et seisinam predictarum terrarum habere. Et si quid post mortem predicti Willelmi de terris illis ceperis, id predictis escaetoribus nostris reddi facias, ut de exitibus predictarum terrarum respondere possint per manum suam ad Scaccarium nostrum. Teste rege apud Westmonasterium xxviij. die Januarii.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suff' de terris que fuerunt predicti Willelmi in comitatu suo.

De respectu milicie.—Rex respectum dedit Simoni Morin de armis capiendis usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxxij° ; et mandatum est vicecomiti Glouc' quod interim ipsum ad se militem faciendum non distringat. Teste etc.

Rex Willelmo de Cantilupo juniori, salutem. Moleste ferentes contencionem inter vos et dilectum et fidelem nostrum Johannem de

1248.

Monemuth', vobis mandamus quod averia ejusdem Johannis et hominum suorum, que occasione predicte contencionis capi fecistis et capta detinetis, sine dilacione deliberari faciatis, permittentes ipsos in pace usque ad unum mensem post festum Purificacionis Beate Marie proximo preteritum, quia interim cognoscere volumus de contencione prefata, et utrum dicta averia juste capta fuerint vel injuste. Teste rege apud Westmonasterium iiij. die Februarii.

Rex respectum dedit Simoni Maufe de se militem (*sic*) faciendo usque ad Pascham ; et mandatum est vicecomiti Huntindon' etc.

Quia W. de Ferrariis, comes Dereb', filius et heres Agnetis, quondam comitisse Dereb', que fuit soror et una heredum Rannulfi, quondam comitis Cestrie et Linc', tenet terram suam in comitatu Linc' de peticione facta predicte Agneti de hereditate predicti comitis Rannulfi, non sufficienter ad distringendum milites et liberos homines de terra predicta ad faciendum ei consuetudines et servicia que facere solent predicto comiti Rannulfo et predicte comitisse Agneti, mandatum est vicecomiti Linc' quod sit auxilians eidem comiti Willelmo ad distringendum eos ad faciendum ei consuetudines et servicia que facere solent predictis comiti Rannulfo et Agneti. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Februarii.

Suff' (*sic*) salutem. Precipe abbati de Sancto Eadmundo quod juste et sine dilacione reddat Bartholomeo Crek', Radulfo de Berners et Willelmo de Bello Monte unam carucatam terre cum pertinenciis in Groten', excepta advocacione ecclesie ejusdem ville, et duodecim acras terre et tres carucatas terre cum pertinenciis in Semere, excepta advocacione ecclesie ejusdem ville ; in quas idem abbas non habet ingressum nisi per intrusionem quam ipse dum Nesta de Cokefeud, cujus heredes predicti Bartholomeus, Radulfus et Willelmus sunt, agebat in extremis, et compos sui non fuit, fecit in eisdem, occasione dimissionis quam Matheus de Leyham', quondam vir dicte Neste, eodem tempore inde fecit Johanni de Cramavill', sine assensu et voluntate ejusdem Neste, ut dicit ; et nisi fecerit, et predicti Bartholomeus, Radulfus et Willelmus fecerint, te securum de clamio suo prosequendo, tunc summone per bonos summonitores predictum abbatem quod sit coram justiciariis nostris apud Hertef', a die Pasce in xv. dies, ostensurus quare non fecerit, et habeas ibi summonicionem et hoc breve. Teste me ipso apud Westmonasterium xv. die Februarii, anno regni nostri xxxij. Per dominum (*sic*) Wintoniensem et Sarrisburiensem episcopos.

Mandatum est maiori ballivis et probis hominibus de Sandwico quod auxiliantes sint et consulentes Willelmo de Plessetis et hominibus suis ad capiendum ad opus regis toram et alia mercimonia de pondere regi necessaria in navibus que in portu suo nuper applicuerunt. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Februarii.

Derb'.—Rex vicecomiti Derb', salutem. Scias quod quia utlagaria que facta fuit in comitatibus Warwik', Buck' et Oxon' de Willelmo de Hastincot non fuit facta secundum legem et consuetudinem regni nostri, eo quod non fuit utlagatus per sectam alicujus, nec per judicium curie

1248.

nostre, consideratum fuit in curia nostra coram nobis et toto parliamento nostro quod predicta utlagaria pro nulla habeatur. Et ideo tibi precipimus quod in pleno comitatu tuo, et in singulis hundredis et mercatis in bailliva tua, predictam utlagariam pro nulla clamari facias, et quod nullus de cetero predicto Willelmo racione predicte utlagarie dampnum de corpore suo vel de rebus suis inferat aut gravamen, set ipsum in pace nostra libere ire et redire ubique, omni eodem modo sicut consuevit, antequam predicta utlagaria facta fuit, quilibet de cetero permittat. Et omnes terras et catalla sua que capta fuerunt in manum nostram occasione predicte utlagarie eidem Willelmo sine dilacione rehabere facias, et ipsum in seisina sua manuteneas, protegas et defendas, ne pro defectu tui ad nos perveniat querimonia. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Februarii.

Warr', *Buck'*, *Oxon'*.—Eodem modo scribitur vicecomitibus Warwik', Buck', et Oxon'.

Mandatum est maiori et civibus London' quod eligant xij^cim de discretioribus et legalioribus civitatis Lond' et eis associent xij^cim bonos aurifabros ejusdem civitatis, ita quod in universo sint xx^ti et iiij^or discreti, qui simul eant coram baronibus regis de Scaccario apud Westmonasterium, et jurati examinent una cum eisdem baronibus tam veterem quam novam monetam terre regis, et provideant qualiter melius fieri valeat, et quod fiat de bono argento, et quod sit legalis et ad commodum regni, salva regi firma sua approbata et antiqua ; et sic in premissis se habeant quod dictam monetam fidelem warantizare possint, et ubique de ea, si fuerit necesse, legaliter respondere. Teste rege apud Waltham xxiiij. die Februarii.

Rex maiori, ballivis et probis hominibus suis Norwici, salutem. Mandamus vobis firmiter injungentes quod sine dilacione in presencia plene curie vestre eligi faciatis per sacramentum xxiiij^or proborum et legalium virorum, iiij^or de fidelioribus et prudencioribus ville vestre, qui melius et fidelius sciant et possint intendere officio monetarie nostre in eadem villa vestra, et alios iiij^or consimilis fidelitatis et prudencie ad custodiam cuneorum nostrorum, et duos idoneos et prudentes aurifabros integerime fidelitatis qui sciant et possint esse assaiatores monete nostre ibidem fabricande. Et videatis quod omnes predicti, tam monetarii quam custodes et assaiatores, tales sint quod pro eis possitis et velitis, tam de officio monete nostre ibidem bene tractande quam de pecunia que eis liberabitur et eciam de proficuo ejusdem, nobis et dilecto fratri nostro R. comiti Cornubie respondere, et ipsos cum litteris vestris patentibus nominatim mittatis ad Scaccarium nostrum Lond' coram thesaurario et baronibus nostris de Scaccario, ad faciendum ibidem que secundum consuetudinem et assisam antiquam et approbatam ibidem facere debent ; ita quod sint ad Scaccarium nostrum coram eisdem baronibus nostris die Dominica proxima post festum Sancti Gregorii proximo futurum. Et sciatis quod dictus frater noster vobis habere faciet m. libras sterlingorum ad cambium sustentandum et monetam fabricandam ; ita quod faciatis ei litteras vestras patentes in forma presentibus interclusa, quas quidem litteras vestras in recepcione predictarum mille librarum predicto comiti mittatis. Teste rege apud Westmonasterium xxvj. die Februarii.

1248.

Eodem modo scribitur maiori, ballivis et probis hominibus Exonie, Wintonie, Linc', Norhampton'.

[m. 12*d*.] Mandatum est vicecomitibus Staff' et Salop' quod distringant Walkelinum de Ardern' et Philippum le Bret, quod sint coram rege die Lune proxima post mediam Quadragesimam, ubicumque tunc fuerit in Anglia, ostensuri quare non solverunt servientibus regis de castris suis Gannok et Dissard stipendia sua de tempore quo iidem Walkelinus et Philippus fuerunt custodes regis de predictis castris; et mandatum est vicecomitibus quod habeant ibi hoc breve. Teste ut supra.

Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod per totum regnum regis inquiri faciant qui de regno regis, clerici vel laici, faciunt escambium de denariis suis in terra regis sine licencia sua, ad nocumentum et deterioracionem cambii regis, et omnes illos qui inveniri poterunt de hujusmodi cambio adulterino culpabiles attachiari faciant, quod sint coram rege in crastino Sancte Trinitatis, ubicumque tunc fuerit in Anglia, ad respondendum regi de tanta transgressione. Et regi mitta[n]t hoc breve. Teste rege apud Bernewell' ij. die Marcii.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod apud Eboracum et alibi in comitatu suo ubi viderit expedire, publice clamari faciat quod omnimoda moneta terre regis currat et detur ac recipiatur, nisi sit retonsa vel falsa, et hoc in comitatu suo firmiter faciat observari. Teste rege apud Ely v. die Marcii. Eodem modo scribitur vicecomiti Linc' et ballivis de Stanford' quod in nundinis Stanford' etc. Teste ut supra.

Vicecomiti Devon' (*unfinished*).

Quia rex per recordum rotulorum justiciariorum suorum ultimo itinerancium in comitatu Lanc' accepit quod Robertus le Taillur utlagatus fuit in eodem comitatu pro morte Henrici Pistoris, qui Henricus pro morte Galfridi filii Ade prius utlagatus fuit in comitatu Eboraci; et rex bene reducit ad memoriam quod eidem Roberto, ad instanciam Willelmi de Lanc', remisit utlagariam in eum promulgatam, et fugam quam fecit ei perdonavit; ita quod pacem faceret cum amicis et staret inde recto, si quis versus eum loqui voluisset. Et cum justiciarii regis postea in eodem comitatu itinerassent coram quibus [sicut rex per recordum predictum didicit *cancelled*] nullus venit qui pro morte predicti Henrici versus eum sequeretur ut debuerat, mandatum est vicecomiti Lanc' quod firmam pacem regis eidem Roberto inde habere faciat [secundum tenorem litterarum regis patentium quas inde habet; et non permittat eum propter hoc citra adventum justiciariorum regis in partes illas inquietari *cancelled*]. Teste rege apud Sanctum Edmundum ix. die Marcii.

Quia rex accepit ex certa relacione quorundam [per litteras Aymari, fratris sui, scolaris Oxonie *cancelled*] quod Judei Oxonie domum Magistri Johannis Maunsell' violenter aggressi sunt, et ipsam fregerunt, et familiam in ea inventam verberaverunt, male tractantes contra pacem regis, mandatum est vicecomiti Oxonie quod ad diem quem ei scire

1248.

fecerit Magister Simon de Wauton', quem rex illuc mittit, coram eo venire faciat omnes Judeos Oxonie, et alios de eadem villa Oxonie, per quos veritas poterit inquiri de facto predicto, et omnes Judeos, quos ipse Simon capi fecerit quasi culpabiles vel suspectos de eodem facto, et eos ei liberaverit, sine dilacione recipiat, et cariari faciat usque gaiolam regis de Flet'. Et custum quod in cariagio predicto fecerit, [rex,] cum illud sciverit, ei faciet allocari. Et mandatum est custodi gaiole predicte quod eosdem Judeos recipiat, et salvo custodiat, donec a rege aliud habuerit preceptum. Teste rege apud Sanctum Edmundum viij. die Marcii. Et mandatum est vicecomiti predicto quod sit coram rege in crastino Pasche, ubicumque tunc fuerit in Anglia, ostensurus quare quosdam Judeos quos propter violenciam illam cepit, sicut debuerat, propria auctoritate sua deliberavit, sine precepto regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod ad diem et locum quos ei scire faciet R. de Thurkilb', venire faciat coram eo xij. probos et legales homines de visnetis de Suthwelham et de Erlsham, per quorum sacramentum melius inquirere possit quid de piscaria inter easdem villas pertineat ad W. Norwicensem episcopum, et quid ad R. comitem Norff', quia tam predicti episcopus quam comes posuerunt se inde coram rege super inquisicionem predictam. Teste ut supra.

De amerciamentis.—Henricus le Brun de War' [Cantebrigia *cancelled*], captus et detentus in prisona apud Cantebrigiam pro transgressione regi illata apud War', amerciatus est ad l. marcas ; et villata de War' pro eadem transgressione ad xx. marcas.

Rex J. Saraceno, decano Wellensi, salutem. Mandamus vobis rogantes quatinus in cognicione cause vobis commisse a domino papa super medietatem ecclesie de Denecastria supersedeatis ex toto usque in quindenam Pasche, ita quod nullo modo causam illam remittatis ad curiam, veniendo sic contra privilegium a sede apostolica nobis indultum, ne quis de regno nostro trahatur in causam extra regnum Anglie ; ita vos habentes in hoc facto quod neque nos ejusdem privilegii nostri, neque dilectus clericus noster Magister R. de Neketon' juris sui quod habet in medietate predicte ecclesie, in aliquo per vos sentiamus lesionem. Teste ut supra.

Rex W. Norwicensi episcopo, salutem. Quia magnates terre nostre noluerunt in ultimo parleamento nostro, quod fuit London', ut de ecclesiis ad donacionem laicorum spectantibus darentur unius anni fructus, cum eas vacare contigeret, in ecclesie Cantuariensis subsidium ab apostolica sede concessum aliquatenus consentire : vobis mandamus prohibentes districte ne ab hujusmodi ecclesiis cum vacaverint, vel que post concessam prefate ecclesie indulgenciam vacaverunt occasione alicujus mandati, fructus exigatis predictos, vel earum rectores ad conferendum dictum subsidium compellatis, donec cum predictis magnatibus, sine quibus super hoc nichil volumus attemptare, colloquium habuerimus iteratum. Teste etc.

1248.

Johannes Gubaud et Johannes de Nevill' missi sunt per dominum regem ad M. comitissam Warenn', que languida est, ut dicitur, ad audiendum si ipsa reddiderit R. comiti Norff', filio suo, castrum de Striguil, et mandatum est ipsis quod redeant ad regem ad testificandum si ita sit nec ne. Teste etc.

Rex rogavit R. Cycestrensem episcopum quod seras suas quas apponi fecit orreis Wyberti de Kancia de Gyvingerton', pro eo quod fructus unius anni ecclesie sue ad opus Cantuariensis archiepiscopi nititur extorquere deponat, et eidem Wiberto de bladis et orreis suis liberam habere faciat administracionem. Quod si forte, quod absit, facere noluerit, vicecomes Sussex' seras illas deponat; et liberam administracionem inde ipsum Wybertum habere permittat. Teste ut supra.

Memorandum quod cum contencio mota esset in curia domini regis inter Brianum de Ryngeshal' et Willelmum Giffard de custodia unius molendini ad ventum cum pertinenciis in Neketon', predictus Willelmus concessit quod predictum molendinum remaneat in manu P. de Sabaudia una cum herede Rogeri [Thom' *cancelled*] filii Thome, donec discutiatur utrum ad ipsum Willelmum, racione predicti Rogeri filii Thome, qui infra etatem est, spectet custodia medietatis predicti molendini, vel nulla custodia inde pertineat, eo quod soccagium est.

Quia non fuit intencionis regis quod occasione concessionis domui de Bromholm' facte de serjantia de Burgo, aliquos libere tenentes eiceret prior ejusdem domus a seisina tenementorum suorum, mandatum est eidem priori quod Adam filium Philippi de Jernemuta et Eufemiam matrem ejus in plenam seisinam de quodam marisco in Burgo, unde eos disseisivisti (*sic*) occasione predicta, remittat indilate; et si qua dampna propter hoc incurrerint, ea sine dilacione eis restituat. Sciturus (*sic*) quod, si mandatis regis non paruerit in hac parte, a vicecomite regis Norff' rex premissa precepit adimpleri. Et mandatum est vicecomiti Norff', etc.

De providencia panis contra Pascha.—Mandatum est ballivis de Waltham quod venire faciant contra Pascha lx. solidatas panis, videlicet quatuor panes ad denarium; et tam de custo quam de cariagio rex eis respondebit.

Eodem modo scribitur vicecomitibus London' de xv. libratis panis, ballivis de Kingeston' de quatuor libratis, et ballivis de Hertford' de lx. solidatis panis.

Mandatum est W. de Axemue, custodi abbacie de Hyda, quod de proficuis predicte abbacie venire faciat ad regem xx. boves, videlicet quandam partem ex ipsis citra Pascha et aliam partem post Pascha et xl. multones. Et mandatum est Willelmo carnifici de Wintonia, quod usque Westmonasterium venire faciat x. boves, et ballivis de Rading' de xx. bobus; et de custo rex eis respondebit.

[m. 11*d*.] *De itinere justiciariorum.*—Henricus de Bathonia, Alanus de Watsand', Willelmus de Wilton', Reginaldus de Cobbeham et Willelmus Brito, constituti sunt justiciarii ad itinerandum ad communia placita

1248.

apud Bermundeseia in comitatu Surr', a die Pasche in quinque septimanas.

Rogerus de Thurkilb', Gilbertus de Preston', Magister Simon de Walton' et Johannes de Cobbeham, constituti sunt justiciarii ad itinerandum ad comunia placita apud Rading' in crastino Sancte Trinitatis.

Et mandatum est vicecomiti Bercshir' quod generalem inde fieri faciat summonicionem. Teste rege apud Wudestok'. xviij. die Maii.

Comes Glouc' habet quietanciam de communi summonicione coram justiciariis in comitatibus Surr', Hertford', et Glouc'. Ricardus Marescallus similiter. Johannes de Bailol, Sibilla de Clifford', Hugo de Clifford', episcopus Herefordensis, habent quietanciam de communi summonicione in comitatu Glouc' coram justiciariis itinerantibus. Ricardus de la Rivere, Thomas de Albo Monasterio, Patricius de Chawurc' (*unfinished*).

Simon Maufe habet respectum de se milite faciendo usque ad Natale Domini, anno etc. xxxij^{o}. Et mandatum est vicecomiti Huntindon' etc.

Quia Johannes de la Leye et Simon de Pabenham, persona de Wilden', de concessione regis habent custodiam terrarum et heredis Johannis de Pabenham, quam rex concesserat Johanni de Lessinton', mandatum est vicecomiti Bed' quod a predictis Johanne de la Leye et Simone de terris ipsis aliam sectam ad comitatum et hundredum suum, vel alia servicia et consuetudines racione predicte custodie non exigat, quam exigere deberet si rex teneret illam custodiam in manu sua. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Aprilis.

Ricardus de Juveny, senescallus Ricardi de la Bere, venit coram rege apud Merton' die Veneris in septimana Pasche, et petiit terram predicti Ricardi de la Bere, domini sui, sibi replegiari, que capta est in manum domini regis propter defaltam quam fecit coram rege versus Willelmum de Ebroic' de placito warranti.

Quia Galfridus Dispensarius elegit Johannem Gubaud' et Warinum Engayne, et Extranea que fuit uxor Roberti le Lou elegit Robertum de Well' et Normannum de Arsik', ita ut ipsi omnes eligant sibi quintum ad faciendum quoddam arbitrium inter ipsum Galfridum et eandem Extraneam de dote ipsius Extranee, de hoc quod a retro est, cum pertinenciis, que eam contingunt de libero tenemento quod fuit predicti Roberti, mandatum est eisdem Johanni, Roberto, Warnero (*sic*) et Normanno quod a die Clausi Pasche in tres septimanas apud Karleton' predictum arbitrium racionabiliter et secundum legem terre faciant, et in eo procedant, eodem modo quo foret procedendum si loquela illa in curia domini regis coram rege esset. Teste ut supra.

Rex concessit W. de Ferrariis, comiti Dereb', et Matheo de Haversech' licenciam concordandi de loquela que est coram justiciariis regis itinerantibus in comitatu Glouc', inter ipsum comitem, petentem, et predictum Matheum, tenentem, de c. et lx. acris terre cum

1248. pertinenciis in Harecros ; et mandatum est predictis justiciariis quod licenciam ipsam ipsos habere permitta[n]t et concordiam illam inter ipsos cirographari faciant.

Rex P. Herefordensi episcopo, Gilberto de Preston', Nicholao de Molis, Walerano Theothonico, Roberto Waleran, et Hugoni de Kynardelee, salutem. Mandamus vobis rogantes et firmiter injungentes quod inquisicionem quam vobis injunximus capiendam a die Pasche in tres septimanas apud Album Castrum super contencionibus motis inter dilectos et fideles nostros Johannem de Munemue et Willelmum de Cantilupo juniorem, de quibus se nostre subjecerunt ordinacioni, dictis die et loco, remoto cujuslibet dilacionis excusacionis vel occasionis obstaculo, per tot et tales qui neutri parti de jure vel racione debeant esse suspecti, super omnibus et singulis articulis in prioribus litteris nostris vobis inde directis plenius contentis, tam de jure quam possessione tam diligenter distincte et aperte capere non ommittatis ; et si forte contingat quod de aliqua libertatum, de quibus in predictis litteris nostris fit mencio, inquisitores ad sufficienciam non habeatis, tunc alios legales et discretos, per quos rei veritas melius sciri poterit, et qui neutri parti, prout predictum est, de jure vel racione debeant esse suspecti, loco eorum ad hoc eligi faciatis ; ita quod inquisicio illa tam proinde ad pacis nostre conservacionem provisa per vos nullo modo, sicut vos honorem nostrum et prosperum regni nostri statum diligitis, de veritate rei omnium articulorum predictorum per vestram neggligenciam vel ommissionem remaneat, propter quod ad vos graviter capere non inmerito teneamur, set quod vestram diligenciam, discrecionem, et sagacitatem in hoc specialiter habeamus recommendatam, et quod vobis specialiter teneamur regraciari. Teste rege apud Wyndles' xx. die Aprilis.

Quia rex audivit quod multi latrones et malefactores morantur in comitatu Wygornie, per quoram moram pax regis infringitur et male conservatur, unde non modicum rex movetur : mandatum est vicecomiti Wigornie quod, sicut se et sua diligit, predictos malefactores caute scrutari et eis insidiari faciat per totam ballivam suam, qui cum inventi fuerint, si statim capi possint, eos capi faciat et secundum legem terre deduci. Et si necesse fuerit eos prosequi faciat cum clamore et huthesio, donec fuerint consecuti. Et si qui ad clamorem tuum et huthesium venire noluerint, ipsos ita gravi pena puniemus quod alii ad preceptum tuum hoc alias facere non omittant. Et sic se gerat in hac parte quod pax regis firmiter conservetur, sua diligencia mediante, et quod pro defectu sui rex ad ipsum graviter capere non debeat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomitibus Warr' et Staff'.

Cum senescallus terrarum Willelmi de Valencia in Hybernia ad ipsum dominum suum jam venerit in Angliam, ubi cum ipso moram aliquamdiu continuare habet, rex rogavit comitissam Pembr' et Linc' quod de dote sua sibi assignanda de porcione ipsius fratris regis, de terris que fuerunt W. Marescalli, quondam comitis Pembr', et viri sui, sustineat usque in quindenam Sancti Johannis Baptiste ; et mandatum est justiciario Hibernie quod usque terminum illum exspectet adventum

1248.

predicti senescalli in Hiberniam, ad assignacionem dotis ipsam comitissam inde contingentis faciendam.

[m. 10*d*.] Mandatum est vicecomiti Lanc' quod omnes de balliva sua qui recognoscant aliquid se debere Aymaro, fratri regis, persone de Kirkeheym, distringat ad eadem debita ei reddenda ad terminos inde statutos. Teste ut supra.

Henricus Dei gracia etc. H. de Bathonia et sociis suis justiciariis itinerantibus apud Hertford, salutem. Cum placitum esset coram vobis apud Chelmeresford' inter Robertum Brunne et Philippum de Norhampton' vocatum ad warrantum super medietate medietatis feodi dimid' militis cum pertinenciis in Hystun', ita quod idem Philippus posuit se inde super recognicionem magne assise nostre, et quatuor milites jurati elegerunt xij. milites ad recognicionem illam faciendam, vobis mandamus quod cum placitum illud diucius traxeritis post vos ab itinere vestro de Cantebrugia usque Chelemareford' et de Chelemareford' usque Hertford', resumoneri faciatis coram vobis in instanti itinere vestro apud Hertford' partes, et predictam magnam assisam ad recognicionem ejusdem magne assise capere non differatis ulterius, et predictum placitum inter eos in ipso itinere vestro terminetis ex toto. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis regis de Elveyn, quod secundum quod judicialiter processum fuerit in ipsa curia de Elveyn inter Rogerum Boghan, petentem, et Oweyn filium Mereduc', tenentem, de terra supra montem de Elveyn, idem judicium ipsius curie plenius exequi faciant et teneri. Teste rege apud Wudestok' xx. die Maii.

Johannes Extraneus, nuper licenciatus a rege cum iter arriperet peregrinacionis versus Pontiniacum, constituit loco suo de licencia regis Rogerum de Piwelesdon' ad faciendum et recipiendum coram Egidio de Erdinton', Briano de Brampton', Willelmo de Hedleg' et Thoma de Rosshal', qui dati sunt arbitri inter ipsum Johannem et Thomam Corbet in crastino Sancte Trinitatis super transgressionibus inter ipsos pridem ortis id quod ab eis fuerit consideratum. Teste rege apud Wudestok' xxiij. die Maii.

Rex assignavit Robertum filium Henrici, clericum cambii sui apud Norhampton', et idem clericus invenit plegios de fidelitate Philippum de Couele, Albericum de Burton', Willelmum de Wyvill' et Adam Wolbern, maiorem de Grimesby, et mandatum est Willelmo Hardel, custodi cambii, quod officium illud ei habere faciat. Teste rege apud Wudestok' xxij. die Maii.

Quia rex audivit ex litteris Resi Junioris quod ipse in omnibus paratus est parere justicie in curia regis coram Nicholao de Molis in comitatu regis de Kaermerdyn, mandatum est eidem Nicholao quod si ipsum sic velle invenerit, tunc ipsum in nullo injuste vel contra legem et consuetudinem Wallie, quam rex tenere pepigit, vexet, set ipsum in omnibus secundum eandem legem et consuetudinem deduci faciat. Teste [*unfinished*].

1248.

Comes Glouc' et Hertford' attornavit loco suo Galfridum de Fanecurt et Radulfum de Cressy in omnibus loquelis tangentibus ipsum comitem de hereditate W. Marescalli, quondam comitis Pembr', unde unus heredum est.

[m 9*d*.] Concessum est a domino rege quod si inferatur injuria scolaribus Oxonie, quod fiat inquisicio per villas adjacentes et non tantum per ipsos burgenses super forisfacto et injuria scolaribus illata.

Concessum est quod si burgenses Oxonie inferant mortem scolaribus, vel seviant in eisdem, vel eis injuriam inferant, quod communitas per se puniatur et immercietur, et ballivi Oxonie per se et non cum communitate immercientur et puniantur, si in negligencia vel dolo inveniantur.

Concessum est a domino rege quod Judei Oxonie non recipiant a scolaribus pro libra in septimana nisi duos denarios, alioquin puniantur secundum constitucionem regni. Idem fiat secundum proporciones libre.

Consessum est a domino rege quod quocienscumque et quando maior et ballivi Oxonie debent jurare fidelitatem suam in loco suo communi, quod communitas Oxonie debet denunciare cancellario quod per se et aliquas electas personas intersit prestacioni juramenti maioris et ballivorum, si voluerit, quod ipsi conservabunt libertates et consuetudines universitatis Oxonie, alioquin non valeat prestacio juramenti ipsorum, set iterum prestetur secundum formam prescriptam. Si vero cancellarius interesse noluerit, nec per se nec per procuratorem, nichilominus procedatur ad juramentum.

Concessum est a domino rege quod duo aldermanni sint electi et deputati de illis qui pro tempore fuerint, secundum quod ordinati erant a domino W. de Eboraco ad exhibendam justiciam cum prepositi abfuerint, sub eadem pena qua prepositi tenentur, si in negligencia vel malicia inveniantur.

Concessum est a domino rege quod quilibet burgensis respondeat pro familia sua, ita quod si aliquis de familia sua inferat mortem vel gravem injuriam alicui clerico vel suis, respondeat pro familia sua, et ipsam exhibeat ut fiat de ea justicia, et nisi fiat, infligatur pena ad arbitrium domini regis.

Concessum est a domino rege quod quocienscumque debet fieri temptacio panis et cervisie a burgensibus, quod denuncietur die precedenti cancellario et universitati quod intersint temptacioni premissorum per cancellarium et alios electos, vel per aliquos ad hoc deputatos, si interesse voluerint, alioquin non valeat temptacio; si autem interesse noluerint, nichilominus procedatur.

Actum anno regni domini H. regis Anglie, filii regis Johannis xxx^o^ij^o^.

1248.

Henricus de Bathonia, Alanus de Watsand', Willelmus de Wilton', Reginaldus de Cobbeham, et Willelmus Brito, assignati sunt justiciarii ad itinerandum ad communia placita in comitatu Kancie, et incipient iter suum apud Cantuariam in octabis Sancti Johannis Baptiste. Teste [*unfinished*].

Abbas Glaston' habet quietanciam de communi summonicione coram justiciariis in comitatu Berk'; et priorissa de Ambresbur', episcopus Londoniensis, prior Sancti Swithini Wintonie, et Eudo de Shelfhangr', Johannes de Cormailles, abbatissa de Wherewell', Ingelramus de Pratell', Ricardus Lungespe, Johannes de Bendeng'.

Mandatum est justiciario Hybernie quod permittat R. de Clar', comitem Glouc', unum heredum Walteri Marescalli, quondam comitis Pembr', habere easdem libertates et easdem consuetudines in terris suis in Hybernia, quales idem comes et predecessores sui habere consueverint, salvis regi iiij. principalibus libertatibus. Teste etc.

[m. 8*d*.] Rex J. filio Galfridi, justiciario suo Hibernie, salutem. Monstravit nobis dilectus et fidelis noster Petrus de Geneve quod cum Radulfus le Petyt, filius et heres Nicholai le Petyt, plures terras et tenementa, que sunt de hereditate sua in Hibernia, de eo teneat, vos, pro eo quod idem Nicholaus consuevit aliquando percipere annuum feodum quinque marcarum de nobis ad Scaccarium nostrum Hibernie, predicta terras et tenementa in manum nostram cepistis. Et ideo vobis mandamus quod si est ita, et nulla subsit alia causa racionabilis propter quam ipsi terre et tenementa debeant esse in manu nostra, ea predicto Petro, tanquam domino prefati Radulfi, sine dilacione reddatis. Teste me ipso apud Wintoniam x. die Junii anno regni nostri xxxij°.

Mandatum est vicecomiti Huntend' quod non permittat quod participes tercii denarii comitatuum de Huntend' et Cantebrug' distringant homines regis de Huntindon' ad reddendum eis quod ad eos pertinet de predicto tercio denario, quem predictum tercium denarium dominus rex in manum suam cepit, eo quod non est ibi comitatus, et quod averia ipsorum hominum ea occasione capta sine dilacione faciat deliberari. Teste rege apud Wintoniam xj. die Junii anno etc. xxxij°.

Rex justiciario suo Hybernie, salutem. Non est justum vel racioni consonum quod baronie vel alie terre que de nobis tenentur in capite, dum fuerint in custodia nostra, minuantur ab aliquo vel subtrahantur. Et quia per certam quorundam relacionem didicimus quod terre que fuerunt Walteri de Rydelesford', quas de nobis tenuit in capite, de quibus idem Walterus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, pro quibusdam partibus, tempore quo custodiam earundem terram (*sic*) habuimus, a quibusdam occupate sunt contra justiciam, vobis mandamus quod inquisita diligenter per sacramentum eorum veritate, per quos melius inquiri poterit, omnes terras et tenementa que inveneritis predicto modo de hereditate predicti Walteri alienata, sine dilacione et occasione dilecto et fideli nostro Stephano Lungesp' et Emeline uxori ejus, que est una heredum predicti Walteri, et Ebulo de Geneve

1248.

et Christiane uxori ejus, que est altera heredum ipsius Walteri, vel nunciis eorum, habere faciatis, in cujuscumque manu inventa sint. Teste ut supra.

Nicholaus de Lusteshull' Matheus de Bymerton' Ricardus de Muleford' Simon Cosin Radulfus de Paulesholt' Simon de Paulesholt'	manuceperunt Nicholaum filium Ade de Lusteshull' et Ricardum hominem suum, rettatos de consensu mortis Hugonis Petri de Mara, habendos coram rege vel justiciariis suis die Lune proxima post octabas Sancte Trinitatis.

De communi summonicione.—Alexander de Brumleye habet quietanciam de communi summonicione in comitatu Kancie coram justiciariis ibidem itinerantibus.

Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod distringat omnes illos in balliva sua qui habent xx. libratas terre ad se milites faciendos citra festum Sancti Michaelis; et si qui hoc facere distulerint, eorum nomina regi scire faciat in festo predicto, ubicumque tunc fuerit in Anglia. Et ipse vicecomes tunc sit ibi ostensurus quare preceptum regis alias inde ei directum non est executus ut debent (*sic*). Teste rege apud Wintoniam iij. die Julii.

Datum est regi intelligi quod quidam intendunt spoliare ecclesiam Aymari, fratris regis, de Dadinton', quodam prato ad eandem ecclesiam suam pertinente; et mandatum est vicecomiti Norhampton' quod nullam vim fieri permittat, quominus eadem ecclesia gaudeat possessione sua ejusdem prati; immo ipsum fratrem regis et suos in eadem possessione, quantum cum justicia poterit, manuteneat et defendat. Teste [*unfinished*].

Mandatum est vicecomiti Salop' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Roberti de Lascy in Wodeton', et terram Walteri de Hopton' in Sheldreton', quia ipsi Robertus et Walterus posuerunt se coram rege super perambulacionem illam. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Julii.

Episcopus Herefordensis habet quietanciam de communi sumonicione in comitatibus Salop' et Hereford' coram justiciariis proximo itineraturis.

Rex bene reducit ad memoriam quod alias mandavit justiciario Hybernie quod diligentem fieri faceret inquisicionem de aqua de Kilkenny, unde R. comes Glouc', qui est unus heredum W. Marescalli, quondam comitis Penbr', questus fuit quod episcopus Osser' attraxerat aquam illam de Kilkenny ad feodum suum, divertendo cursum cujusdam aque, et molendinum per eundem cursum ad multa nocumenta feodi predicti comitis construxit, tempore quo terre comitis Pembr' fuerunt in manu regis, et inquisita super hoc veritate inde fieri quod justum esset faceret. Quia vero per relacionem ipsius comitis Glouc' nuper audivit rex quod coram justiciariis regis in Banco Dublin' jam capta est

1248.

inquisicio predicta, per quam explanata est veritas illius facti, et superest tamen, ut dicitur, judicium inde reddendum, mandatum est justiciario Hibernie quod si ita est, judicium predictum sine dilacione proferri faciat, et execucionem ejusdem fieri et firmiter observari. Teste ut supra.

[m. 7*d.*] Mandatum est vicecomiti Bed' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Rogeri de Munbray in Stotfald' in comitatu Bed' et terram Simonis filii Ade in Radewell' in comitatu Hertford'. Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod xij. milites etc.

Mandatum est vicecomiti Sussex' quod in singulis bonis villis tam in Cycestr' quam in aliis clamari faciat ex parte regis quod quelibet moneta regis, nisi retonsa fuerit aut falsa, currat et sine difficultate capiatur a quolibet in balliva sua.

Rex Petro de Sabaudia, salutem. Satis didicimus quod prioratus de Lewes, qui est de advocacione comitis Warenn', semper tempore W. comitis Warenn' quietus esse solet de omnimodis subsidiis peccuniariis et omnimoda servitute facienda abbati Cloniac'; nosque eundem prioratum, dum J. de Warenn', filius et heres predicti comitis, minoris etatis et in custodia nostra fuerit, in omnibus libertatibus suis velimus, sicut et tenemur, tueri et conservare; vobis mandamus firmiter injungentes ne ipsum prioratum predicto abbati aliquam contribucionem dare vel in aliquam servitutem redigi permittatis. Teste rege apud Westmonasterium xxij. die Julii.

Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Si Willelmus de Vescy fecerit te securum de clamio suo prosequendo, tunc ponas per vadia et salvos plegios Johannem de Ayvill', qui minoris etatis est, ut dicitur, quod sit coram nobis a die Sancti Michaelis in xv. dies, ubicumque tunc fuerimus in Anglia, responsurus eidem Willelmo, quare violenter et contra pacem nostram intrusit se in manerium de Anestan, et de eo ejecit homines ipsius Willelmi, quod in custodia ipsius Willelmi esse debet usque ad legitimam etatem ipsius Johannis, ut dicitur. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste etc.

Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod loquelam que est in comitatu suo per breve regis inter Gervasium filium Henrici, petentem, et Aymarum de Lezinan, tenentem, de uno mesuagio et xxv. acris terre cum pertinenciis in Oxegat', ponat in respectum usque ad proximum comitatum suum post festum Sancti Jacobi Apostoli anno etc. xxxij^{o}.; ita quod tunc sit in eodem statu quo fuit in comitatu suo in crastino Sancte Marie Magdalene. Teste ut supra.

Rogerus de Thurkilby constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam mortis antecessoris capiendam, quam Simon de Kokefeld arramiavit versus Johannem de Cokefeld, de una carucata terre cum pertinenciis in Yoxeford'; et mandatum est vicecomiti Suff' quod ad diem et locum etc.

1248.

Mandatum est vicecomiti Surr' quod fieri faciat perambulacionem inter terram abbatis de Certes' in Clenedon' et terram prioris de Novo Loco in Sindes', unde ipsi abbas et prior posuerunt se coram rege super perambulacionem illam etc.

Galfridus de Fanecurt et Radulfus de Cressy [*unfinished*].

[m. 6*d*.] Rex baronibus Hibernie, salutem. Auditis omnibus que nuncii vestri nobis exposuerunt ex parte vestra, satis maturate quibusdam eorum que fuerunt exposita adhibuimus favorem de nostrorum consilio. Et quia dictis nunciis non habentibus a vobis, sicut dicebant, plenariam potestatem consummandi negocium pro quo venerant, nisi nos concederemus omnia que petebant, articulos libertatum quas vobis concedere sumus parati nisi per vos steterit, dilecto et fideli nostro J. filio Galfridi, justiciario nostro Hibernie, sub sigillo nostro transmittimus, mandantes eidem ut eisdem articulis vobis diligenter expositis de voluntatibus vestris inquirat, nobisque postmodum responsum vestrum et quantum de vestro nobis volueritis facere pro habendis libertatibus predictis significet; et nos tunc predictum negocium ad nostrum et vestrum honorem effectui mancipare curabimus. In hoc et aliis libenter facturi sine exheredacione nostra pro vobis tanquam pro karissimis et fidelibus nostris, quorum constantem amiciciam et fidelia atque devota servicia plurimum commendamus et debemus merito commendare. Teste rege xxxviij. (*sic*) Julii anno regni xxxij.

Rex justiciario Hybernie, salutem. Licet decanus et capitulum Clonensis, post electionem de fratre Daniele in suum episcopum et pastorem factam, eundem clericum, prout moris est, nobis ut ei nostrum assensum impertiri vel denegare possemus, presentare renuerint ad ejus consecracionem, nostro non optento favore, ex mandato apostolico in regie dignitatis prejudicium procedentes; quia tamen magni et religiosi viri pro eodem episcopo nobis instantissime supplicarunt, vobis mandamus quatinus, accepta securitate per litteras patentes signatas sigillis eorundem episcopi decani et capituli quod ad electionem hujus faciendam, sine nostra licencia petita, decetero non procedent, et quod personam electi post electionem factam ante ipsius consecracionem nobis vel nostris heredibus presentabunt, predicto episcopo de terris et tenementis et omnibus aliis ad predictum episcopatum spectantibus sine more dispendio plenam seisinam habere faciatis. Teste rege apud Rysenberg' secundo die Julii.

Rex justiciario Hybernie, salutem. Sciatis quod omnem indignacionem et animi rancorem quem concepimus erga dilectum et fidelem nostrum M. filium Geroldi, ei remisimus ea condicione, videlicet quod recuperare possimus versus ipsum per legem et consuetudinem Hybernie terras et tenementa, si que super nos occupavit; et quod eciam satisfaciet nobis, sicut justum fuerit, de interfectione Hyberniensium qui interfecti fuerunt in insula de Angleseye, in reversione sua de Gannoc, ubi fuerunt in servicio nostro, si per inquisicionem inde culpabilis inveniatur; propter quam remissionem dictus M. nobis teneri debetur in quingentis marcis. Et ideo vobis mandamus quod districte

1248.

et diligenter per sacramentum proborum et legalium hominum, per quos rei veritas melius sciri poterit, inquiratis qui predictos Hybernienses interfecerunt in prefata insula, et per cujus preceptum sive consensum, et super hoc nos certificare quamcicius poteritis non omittatis, ut diligenciam vestram circa hoc exhibitam merito debeamus commendare. Teste ut supra.

[m. *5d.*] Mandatum est vicecomiti Warr' quod fieri faciat perambulacionem inter terram S. de Monte Forti, comitis Leic', in Ilmendon' et terram Petri de Monte Forti in Wytecherch', unde ipsi comes et Petrus posuerunt se super perambulacionem illam. Teste etc.

In comitatu Cantebr'.—Memorandum quod Henricus de Mercinton', missus ad Willelmum de Vaus et Alienoram uxorem ejus, recepit attornatos utriusque eorum, scilicet Robertum de Welholm et Robertum de Tyrston' contra Ricardum de la Bere de warancia carte.

Nicholaus de Molis se v^{to} militum.
Gwido de Rocheford' se v^{to} militum.
Galfridus de Bello Campo se tercio militum.
Petrus de Anesye se altero militum.
Johannes le Gras solus.
} Isti veniendi sunt Lond' in festo Assumpcionis Beate Marie ad recipiendum pacaciones suas. Numerus militum xvj.

Petrus Braunch' se iij^{o}.
Ernulfus de Munteny se iij^{o}.
Nicholaus de Crioil se iij^{o}.
Hugo de Vivon' Junior, se iij^{o}.
[Eustacius de Bailol se iij^{o}. *cancelled*; infirmus *in margin*].
} Isti veniendi sunt Lond', in octabis Assumpcionis Beate Marie. Numerus militum xv.

Loco ejus demandetur Robertus de Gisnes se tercio milite; et si venire non possit, scribatur Stephano de Noylak' Willelmo de Hastentot et Willelmo de Trubblevill'.

Milites qui debent debita et qui transfretandi sunt in Wasconiam.

Petrus filius Mathei mittet tres milites.
Nicholaus de Leneham se iiij^{to}.
Reginaldus filius Petri v^{que} milites.
Johannes de Curtenay se v^{to} milite.
Johannes de Tywa se altero usque ad Pascha.
} Numerus xix^{o}.

Isti veniendi sunt apud Portesm' in octabis Nativitatis Beate Marie.

Mandatum est P. Chaceporc quod loco aliquorum militum absencium qui non vadunt in Wasconiam, de quibus provisum fuit quod irent, admittat Willelmum de Sancto Leodegario et Robertum de Tuyt. Teste etc.

Postea datum fuit ei in mandatis de consilio S. de Monte Forti, comitis Leic', quod loco Ernulfi de Munteny, qui non proficiscitur in Wasconiam, sicut provisum fuit, substitueret Stephanum de Noylak',

1248.

Willelmum de Hastentot et Willelmum de Trublevill'; et si fortassis predictus Willelmus de Trublevill ad partes illas ire noluerit, vel inventus non fuerit, loco ipsius Willelmi mittatur dominus Robertus de Tuyt.

Hugo le Bretun obligavit se ad reddendum Michaeli [Gaillardo *cancelled*] mercatori Ernald' Gaillon, vel ejus certo nuncio, die Dominica in quindena Assumpcionis Beate Marie, London' xl. marcas, et infra octabas [in festo *cancelled*] Sancti Michaelis alias xl. marcas ibidem, sub pena quod distringi possit per terras et catalla sua, si terminos suos non observaverit.

Supplicavit regi dominus Norwicensis episcopus quod vim laicam que se tenet in ecclesia de Bekeswell' faceret amoveri, et ad supplicationem suam mandatum est vicecomiti Norf' quod eam amoveat.

De attornatis.—Rogerus de la Hyde attornavit Johannem Herdman in loquela que est coram rege inter ipsum Rogerum et Hugonem de Vivon' de maritagio Walteri, filii et heredis Mabilie de la Ryvere.

Abbatissa de Godestowe attornavit loco suo Thomam Wauder in assisa nove disseisine, quam predicta abbatissa arramiavit versus Alanum de Farneham coram rege ad convincendum per xxiiij^or^ juratores assisam nove disseisine, que summonita fuit et capta coram rege inter ipsos apud Abbendon' de tenemento in Norton' etc.

Quia Henricus filius Martini transfretat cum domino suo Nicholao de Molis in Wasconiam, assignavit predictum Martinum patrem suum ad recipiendum nomine sue (*sic*) porcionem ipsum Henricum contingentem de terra que fuit Roberti de Rockel', et ratum et gratum habet quicquid predictus Martinus duxerit faciendum in premissis.

[m. 4*d*.] Rex vicecomiti Suff', salutem. Precipe Edmundo abbati Sancti Edmundi quod juste et sine dilacione reddat Bartholomeo de Crek', Radulfo de Berners et Willelmo de Bello Monte unam carucatam terre cum pertinenciis, exceptis duodecim acris terre in Grotene, et excepta advocacione ecclesie ejusdem ville; et tres carucatas terre cum pertinenciis in Semer', excepta advocacione ecclesie ejusdem ville. In quas idem abbas non habet ingressum nisi per Henricum quondam abbatem Sancti Edmundi, predecessorem predicti abbatis, qui se intrusit in easdem, dum Nesta de Cokefeud', consanguinea predictorum Bartholomei, Radulfi et Willelmi, cujus heredes ipsi sunt, agebat in extremis, occasione dimissionis quod Matheus de Leiham, quondam vir predicte Neste, eodem tempore inde fecit Johanni de Cramavill', sine assensu et voluntate ipsius Neste, ut dicunt. Et nisi fecerit et iidem Bartholomeus, Radulfus et Willelmus fecerint te securum de clamio suo prosequendo etc., summone per bonos summonitores predictum abbatem, quod sit coram justiciariis nostris apud Lewes in comitatu Sussex' in octabis Sancti Martini, ostensurus quare non fecerit. Et habeas ibi summonicionem et hoc breve. Teste me ipso apud Westmonasterium xvij. die Octobris anno regni nostri xxxij.

1248.
[m. 3*d*.] Mandatum est vicecomiti Kancie quod habeat debita subscripta que debentur regi in garderoba a festo Translacionis Sancti Edwardi in quindecim dies, videlicet, de civibus Cantuarie ix. marcas de fine. De pistoribus Cantuarie ij. marcas. Item de eisdem civibus c. solidos pro evasione. De baillivis Cantuarie xxx. solidos de terris cujusdam suspensi pro anno et die. De monetariis Cantuarie c. solidos pro evasione. De baillivis archiepiscopi Cantuariensis xv. solidos de catallis cujusdam suspensi. De Galfrido de Sturney iiij. solidos viij. denarios de catallis ejusdem suspensi. Item de baillivis archiepiscopi Cantuariensis viij. libras xviij. solidos de thesauro invento. De Joceo aurifabro de Mallingn', ix. solidos de eodem thesauro. De Henrico aurifabro de Faversham, xij. solidos vj. denarios de eodem. De villata de Malling' xl. solidos pro transgressione. De Willelmo Gotsun' de Dovor' iiij. solidos pro eodem. De Johanne Lumbard' ij. solidos pro eodem. De Alano le Mercer iij. solidos pro eodem. De Thoma Gobred' ij. solidos pro eodem. De Spanekoc de Dovor ij. solidos pro eodem. De Johanne Gotsun' dimidiam marcam pro eodem. De Willelmo vinetario Dovor' j. marcam pro eodem. De Thoma pistore de Osspring' dimidiam marcam pro eodem. De Waltero pistore de Rouecestr' dimidiam marcam pro eodem. De Willelmo de Simpling', milite, v. marcas quia non venit. De Salom' de Hardre ij. marcas de fine. De villata de Derteford' xl. solidos pro pluribus transgressionibus ; et de Henrico Bailloll de Roffa l. solidos, pro uno dolio vini empto ibidem de instauro regis. Teste ipso rege apud Wyndeles' primo die Octobris anno xxxij.

Et mandatum est vicecomiti Norf' et Suthf' quod habeat ad eundem diem, videlicet, de villata de Rudeham' dimidiam marcam pro transgressione. De Eadmundo vinetario de Walsingham, dimidiam marcam pro assisa fracta. De villata de Binham xl. solidos pro transgressione. De villata de Eylesham' c. solidos pro eodem. De Ludinglawe x. marcas pro eodem. De Norwico x. libras de fine facto pro transgressione. De priori de Norwico c. solidos pro eodem. De villata de Gypewico x. marcas pro eodem, et de Willelmo de Fossato, baillivo Roberti de Tateshal extra Lenn', v. marcas pro eodem. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti [vicecomiti *cancelled*] Essex' quod habeat ad eundem diem de villata de Waledon' j. marcam pro transgressione. De burgo de Colecestria xv. marcas pro eodem. De villata de Banketre v. marcas pro eodem. De villata de Maldon' c. solidos pro eodem. De vinetario ejusdem ville j. marcam pro eodem. De villata de Chelmeresford' viij. marcas pro eodem. De Willelmo Trig' dimidiam marcam pro eodem. De Odino de Brus, vinetario, dimidiam marcam pro eodem. De villata de Writel ij. marcas pro eodem. De fratribus ejusdem ville dimidiam marcam pro eodem, et de villata de Angre iiij. marcas pro eodem. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Bedeford' quod habeat ad eundem diem xl. solidos de villata de Dunestaple, pro transgressione. Teste ut supra.

1248.

Et mandatum est vicecomiti Buckingh' quod habeat ad eundem diem de villata de Wycumb' ij. marcas pro transgressione, et de pistoribus ejusdem ville xx. solidos pro eodem. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod habeat ad eundem diem de abbate de Sancto Albano x. marcas pro pluribus transgressionibus. De Henrico le Brun, baillivo de Ware, l. marcas pro transgressione, et de villata de Ware xx. marcas pro eodem. Teste ut supra.

Abbacia de Shaftesbur' habet quietanciam de communi summonicione coram justiciariis itinerantibus in comitatu Sussex'. Radulfus de la Haye similiter.

Mandatum est vicecomiti Sussex' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Thome de Poninges in Piccumb' et terram Bartholomei de Capella in Nitumbere.

[m. 2*d.*] Rex vicecomiti Glouc' etc. Ostensum est nobis ex parte Roberti de Schireburn' quod cum recuperasset unam virgatam terre et dimidiam cum pertinenciis in Schenescote per assisam mortis antecessoris coram justiciariis nostris ultimo itinerantibus in comitatu Glouc', tu predictum Robertum de terra illa ejecisti, et blada et alia bona ipsius Roberti in eadem terra inventa asportasti. Et ideo tibi precipimus quod si ita est, predicto Roberto pristinam sesinam (*sic*) de eadem terra, blada et alia bona sua sine dilacione habere facias; alioquin, sicut te ipsum et tua diligis, sis coram nobis in crastino Animarum, ubicumque tunc fuerimus in Anglia, ostensurus quare non feceris. Teste, etc.

33 HENRY III.

1248.
[m. 16.] *De bissis datis.*—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod faciat habere Willelmo Lungespee in foresta regis de Bere tres bissas, de dono regis. Teste rege apud Windleshour' xxix. die Octobris.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Puriton', custodi foreste sue de Bradene, quod in predicta foresta de Bradene faciat habere H. de Boun, comiti Essex' et Hereford', quinque damos et x. damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Theobaldo de Engleschevill'.—Rex dedit Theobaldo de Engleschevill' catalla que fuerunt Walteri de Mariscis et filiorum suorum, que ad regem pertinent racione utlagarie in ipsos promulgate pro morte hominis. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de predictis catallis plenam seisinam ei habere faciat. Teste ut supra.

De tauris et vaccis emendis.—Mandatum est Thome Corbet quod in balliva sua emat ad opus regis quinque tauros albos decentes et x. vaccas, et eos mittat usque Windles' ad parcum regis ibidem instaurandum. Et cum rex precium eorum sciverit, rex ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro priore de Hurl'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod faciat habere priori de Hurnl' extractam amerciamentorum hominum suorum in balliva sua de ultimo itinere justiciariorum in comitatu suo, et amerciamenta illa per ballivos ipsius prioris ad opus ejusdem prioris colligi et levari permittat. Teste rege apud Windles' secundo die Novembris.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex dedit Willelmo de Valencia omnia debita, que heredes Willelmi de Lancastr' debent in Judaismo, quibuscumque Judeis teneantur; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod pro debitis illis eidem Willelmo reddendis secundum consuetudinem scaccarii regis Judeorum districtionem fieri faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Rechigh' quod in foresta regis de Rechigh' faciat habere R. comiti Cornubie x. damos vivos et xx. damas vivas ad instaurandum parcum suum de Braignes, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Melkesham et Chippeham quod in foresta predicta faciat habere predicto comiti x. damos vivos et xx. damas vivas, de dono regis, ad instaurandum parcum suum de Cosham. Teste ut supra.

1248.

De porcis liberandis.—Mandatum est Hugoni Gargat' quod quater viginti porcos quos habet in custodia sua liberari faciat constabulario castri regis de Windles'. Teste ut supra.

Pro abbate Leicestr'.—Quia constat regi per inspeccionem rotulorum suorum quod abbas de Leicestr' habuit a rege seisinam abbacie sue et omnium fructuum et proficuorum ad predictam abbaciam spectancium ante terminum Sancti Michaelis anno etc. xxxj°, mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Leic' quod ab exaccione tallagii et reddituum, quam faciunt predicto abbati et hominibus suis de eodem termino Sancti Michaelis, penitus desistant. Teste ut supra.

Pro Griffino de Brumfeld'.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod execucionem judicii de tribus acris terre et tribus mesuagiis in Sardon' abjudicatis a Griffino de Brumfeld' de ultimo itinere justiciariorum itinerancium ad placita foreste in comitatu Stafford', ponat in respectum donec a rege aliud habuerit mandatum. Teste ut supra.

De execucione Ricardi de Burgo.—Mandatum est constabulario de Mungumery, qui fuit sub Ricardo de Burgo, quod omnia bona et catalla que fuerunt predicti Ricardi in predicto castro liberet executoribus testamenti predicti Ricardi ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Pro Judeis.—Rex respectum dedit Aaron de Eboraco, Samueli filio Leon', et Licoricie que fuit uxor David', Judei Oxonie, de omnimodis debitis, que ab eis exiguntur, usque ad diem Lune proximam post festum Sancti Leonardi; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictum respectum eis habere faciant, et interim ipsos Aaron et Samuelem a prisona regis faciant deliberari. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido de Lucy quod in foresta regis de la Bere faciat habere Willelmo de Albiniaco duas quercus, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Judeo.—Aaron de Eboraco, Judeus, liberavit in garderoba regis die Dominica proxima post festum Assumpcionis Beate Marie apud Wodestok' c. et xxx. libras; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De pluribus ponendis per ballium.—Adam Dispensarius, Nicholaus Cuchur', Willelmus de Paggrave et Johannes le Stronge, capti et detenti in prisona abbatis Sancti Edmundi pro morte Willelmi filii Simonis de Saxheham unde appellati sunt, habent breve vicecomiti Suff' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Pro hospitali Beati Petri Eboraci.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam a Thoma de Stanford' fieri fecit, quod non erit ad

1248.

dampnum regis si concedat quod Galfridus de Cumpton' det hospitali Beati Petri Eboraci lx. acras more cum pertinenciis in Lexemere iuxta Esingwald', et tres acras terre cum pertinenciis in Huppetwayt, quas dedimus eidem Galfrido pro una marca annuatim reddenda ad scaccarium nostrum, nisi tantum de relevio heredum predicti Galfridi, mandatum est Thome de Stanford' quod permittat quod predictus Galfridus det predicto hospitali predictam moram et terram, si voluerit, accepta securitate a Magistro predicti hospitalis de una marca singulis annis regi reddenda ad scaccarium regis pro predicta mora et terra, et quod inveniet unum capellanum singulis diebus celebrantem divina pro rege et heredibus suis pro relevio quod inde regi posset accidere. Teste rege apud Wind' v. die Novembris.

Pro Oweyn filio Mereduc.—Oweynus filius Mereduc liberavit in garderoba regis apud Windles' die Mercurii proxima post festum Omnium Sanctorum P. Chaceporc, custodi eiusdem garderobe, l. marcas de termino Omnium Sanctorum anno etc. xxxiij°, de fine ccc. marcarum quem cum rege fecit pro terra sua habenda ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis l. marcis de fine predicto ipsum Oweynum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro abbate Rading'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod demandam x. marcarum, quam faciunt abbati de Rading' pro debitis de Judaismo, ponant in respectum usque ad quindenam Pasche anno etc. xxxiij°. Teste ut supra.

Pro Ebulone de Geneve.—Mandatum est justiciario Hybernie quod inquiri faciat per sacramentum etc. de tenementis et sectis molendinorum, de quibus Robertus de Mariscis tempore suo fuit in seisina, in cantredo suo de Ossuris ; et de omnibus tenementis et sectis molendinorum hujus modi de quibus idem Robertus fuit seisitus die quo obiit, Ebuloni de Geneve, cui rex concessit custodiam et maritagium Christiane, filie et heredis ipsius Roberti, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Petro de Geneve.—Mandatum est justiciario Hybernie quod omnes libertates quas Walterus de Lascy habuit et usus fuit usque ad principium gwerre mote inter regem et R. Marescallum, quondam comitis Pembr', in Hybernia, Petro de Geneve, qui duxit in uxorem alteram heredum ipsius Walteri, faciat observari. Teste ut supra.

Pro Oweyn filio Howell'.—Rex concessit Owenno filio Howell' et heredibus suis medietatem de Kery, que ipsum jure hereditario contingit, cum pertinenciis ; ita scilicet quod si ipse vel heredes sui aliquo tempore venire presumpserint contra fidelitatem regis vel heredum suorum predicta terra cum pertinenciis regi et heredibus suis penitus incurratur ; similiter etiam si ipsi cessaverunt in aliquo termino solucionis de l. libris in quibus regi tenentur. Et mandatum est Thome Corbet quod eidem Oweynno de predicta medietate de Kery sine dilacione plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

1248.

Pro Aleysia que fuit uxor Ricardi de Burgo.—Mandatum est Petro de Bermingham quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Ricardi de Burgo in Hybernia assignari faciat Alesie que fuit uxor predicti Ricardi racionabilem dotem suam in terra pacis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod de omnibus terris, quas Egidia que fuit uxor Ricardi de Burgo, qui obiit in servicio regis apud Burdegalam racione dotis sue habuit in Hybernia, Alesie que fuit uxor Ricardi de Burgo, filii et heredis predicti Ricardi, tenendas nomine dotis sue, plenam seisinam habere faciat; simul etiam racionabilem partem ipsam Aleisiam jure contingentem de catallis que fuerunt predicti Ricardi, quondam viri sui, ei liberari faciat. Teste rege apud Westmonasterium vj. die Novembris.

De bosco vendendo.—Mandatum est Ricardo de Ponte, ballivo suo de Middelton', quod per visum xij. proborum et legalium hominum de eodem manerio vendi faciat de bosco regis castanearum veteres arbores non ferentes fructum ad minus dampnum quod poterit; et denarios, quos inde perceperit, ponat in emendacionem ejusdem manerii regis; et rex eos ei faciet allocari. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe, archidiacono Lewensi, quod habere faciat Aymaro de Lezinan, fratri regis, x. robora in foresta regis de Shothovere, et x. robora in foresta regis de Brehull', ubi ad minus nocumentum foreste capi poterunt propius Oxonie, de dono regis. Teste ut supra.

De porcis capiendis.—Mandatum est Philippo de Candour' et Ricardo de Candour', venatoribus regis, quod preter illos xx. porcos et xl. laias quos per ipsos rex capi precepit ad opus regis in foresta de Dene, adhuc capi faciant ad opus regine tres porcos et sex laias, et illos liberent constabulario de Sancto Briavello, salliandos et carriandos usque Windles'. Teste rege apud Westmonasterium ix. die Novembris.

De damis capiendis.—Mandatum est custodi Nove Foreste quod permittat Willelmum Luvel et Warnerum, fratrem ejus, venatores regis, capere c. damas in eadem foresta ad opus regis contra Natale. Teste ut supra.

De fagis datis.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod in foresta regis de Windles' faciat habere Magistro Nicholao de Sancto Albano duas fagos ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Esingwald'.—Quia constat regi per inquisicionem quam rex fieri precepit quod omnes homines manerii regis de Esingwald' participare debent de vij. marcis de incremento firme sue, mandatum est Thome de Stanford' quod omnes prefatos homines predicti manerii distringat ad participandum de predictis vij. marcis, non obstantibus duobus brevibus regis ei contrario directis que per falsi suggestionem

1248.

fuerunt impetrata; et quod distringat prefatos homines predicti manerii ad satisfaciendum Roberto le Bon et participibus suis de arreragiis predictarum vij. marcarum de incremento predicto, a tempore quo idem Robertus et sui participes per compulsionem ballivorum solverunt pro eisdem, prout in inquisicione super hoc facta plenius continetur. Teste rege apud Westmonasterium x. die Novembris.

De gurgitibus reparandis.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam a vicecomite Glouc' fieri precepit, quod homines regis de Redlegh', qui tenent gurgites regis de Redlegh' de rege ad firmam, debent gurgites illos reparare cum necesse fuerit ad custum suum proprium, et quod rex debet eis invenire virgas in foresta sua de Dene ad gurgites illos reparandos, et ad reparacionem cujuslibet gurgitis duos blectrones per annum, qui vocantur 'weltren'; mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod per visum forestariorum et viridariorum regis permittat ipsos homines capere virgas et blectrones, sicut predictum est, in predicta foresta regis ad reparacionem predictorum gurgitum. Teste rege apud Hertford' xiij. die Novembris.

De ponendo per ballium.—Wido de Stok', captus et detentus in prisona regis Oxonie pro morte Rogeri Finch, unde rettatus est, habet breve vicecomiti Oxonie quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Robertus filius Roberti le Blund, captus et detentus in prisona regis de Novo Castro super Tynam pro morte Henrici de Bechefeld', unde rettatus est, habet breve vicecomiti Norhumbr' quod ponatur per ballium. Teste rege apud Stok' xv. die Novembris.

Adam Flynt de Stepelcleydon', captus et detentus in prisona regis de Aylesbur' pro morte Willelmi le Messer, unde rettatus est, habet breve vicecomiti Buk' quod ponatur per ballium. Teste rege apud Sanctum Edmundum xx. die Novembris.

Pro hominibus de Norwico et Gippewico.—Homines de Norwico liberaverunt in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem, xv. marcas, per quas finem fecerunt cum rege pro transgressione, cum rex ultimo esset apud Norwicum, et similiter xx. marcas quas regi tunc promiserunt, de dono regis. Et homines de Gippewico liberaverunt in eadem garderoba regis xiij. libras vj. solidos et viij. denarios quos regi promiserunt, cum rex ultimo esset, de dono regis; et similiter vj. libras xiij. solidos et quatuor denarios, per quos finem fecerunt tunc cum rege pro transgressione. Et mandatum est vicecomiti Norff' quod ipsos homines pro predictis denariis decetero non distringat. Teste (*unfinished*).

De execucione testamenti.—Quia executores testamenti Johannis de Hodebovill' fecerunt regi securum per Petrum de Nereford', Johannem de Muneden', Rogerum de Colevill' et Willelmum de Feypou, de comitatu Suff', de reddendo regi debita, si que dictus Johannes regi debuit, de quibus non est regi satisfactum, mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Suff' quod predictos executores de bonis que fuerunt ipsius Johannis liberam administracionem habere permittant. Teste ut supra.

1248.

Pro episcopo Elyensi.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod permittant episcopum Elyensem habere omnes libertates et omnia ammerciamenta hominum suorum, quas libertates et que ammerciamenta antecessores ejus habere consueverunt tempore J. regis, patris regis, et sicut idem episcopus ea habere consuevit hucusque toto tempore regis. Teste rege apud Ditton' xxiij. die Novembris.

De custodia prioratus.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Essex' quod permittant fratrem Jacobum, dictum priorem de Mereseye, habere custodiam ejusdem prioratus, capti in manum regis usque ad octabas Pasche, ita quod citra diem illum abbas Sancti Audoeni de Rothomago veniat ad regem, de eodem prioratu regi fidelitatem facturus, et quod predictus Jacobus tunc presentacionis sue litteras regi ferat. Teste ut supra.

De execucione testamenti.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatibus Norhampton' et Bedef' quod executoribus testamenti Radulfi de Sancto Sampsone liberam habere faciant administracionem de omnibus rebus et catallis que fuerunt predicti Radulfi ad execucionem testamenti sui perficiendam, accepta prius ab eisdem executoribus sufficienti securitate de debitis regi reddendis, si qua (*sic*) predictus Radulfus regi debuit. Teste ut supra.

[m. 15.] *De quercubus datis.*—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Wauberg' faciat habere Fratribus Predicatoribus de Cantebrug' vj. quercus ad constructionem chori sui, de dono regis. Teste ut supra.

De allece ad opus regis.—Mandatum est Ricardo de Hadestok' quod de c. lestis allecis que habet, l. lesta regi habere faciat, et rex precium illius allecis, cum illud sciverit, reddi faciet. Teste rege apud Huntindon' xxv. die Novembris.

Mandatum est vicecomiti Norf' quod nullo modo omittat quin emat allecem ad opus regis, prout rex nuper ei precepit. Teste ut supra.

Pro Johanne de Monemue.—Rex reddidit Johanni de Monemue, custodiam Nove Foreste regis, que eum hereditarie contingit, habendam et tenendam eidem Johanni et heredibus suis adeo integre libere et quiete sicut antecessores ejus eam umquam tenuerunt. Et mandatum est Hugoni Passelewe quod eidem Johanni custodiam predictam, sicut predictum est, sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

Pro Hugone de Vivon'.—Rex commisit Hugoni de Vivon' terram illam que fuit Willelmi de Putot in comitatu Glouc', custodiendam usque ad reditum Hugonis filii predicti Hugonis in Angliam, qui profectus est in servicio regis in Wasconiam, et qui Petronellam filiam et heredem predicti Willelmi duxit in uxorem. Et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu predicto quod de custodia illa plenam eidem Hugoni seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Huntendon' xxv. die Novembris.

1248.

De prisone recipiendo.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod Walterum Bukerel, prisonem regis, quem ei liberabit vicecomes regis Cantebr', per preceptum regis, ab eo recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Elyon de Rabayn.—Rex concessit Elyon de Rabayn, vadletto suo, custodiam terre et heredis Johannis de Hodebovill', habendam et tenendam usque ad legitimam etatem predicti heredis una cum maritagio predicti heredis ; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Suff' quod de custodia predicta et herede predicto plenam ei seisinam habere faciant. Teste rege apud Bukeden' xxvj. die Novembris.

Pro Alano de Guldeford'.—Rex concessit Alano de Guldeford' custodiam terre Roberti de Alneto in Burgholt, et mandatum est Henrico de Wengham quod seisinam inde ei habere faciat. Teste ut supra.

De mercato et feria tenendis.—Rex vult quod singulis septimanis apud manerium suum de Geytinton' teneatur quoddam mercatum per diem Mercurii, et quod ibidem singulis annis teneatur quedam feria duratura per tres dies, scilicet, in vigilia et in die et in crastino beate Marie Magdalene ; et mandatum est vicecomiti Norhampton' quod per totum comitatum suum predictum mercatum et predictam feriam clamari faciat et teneri. Teste rege apud Geytinton' xxviij. die Novembris.

Pro Johanne de Venoiz.—Mandatum est Roberto Passelewe quod Johanni de Venoiz, cujus ballivam in manum regis cepit pro transgressione sua, eandem ballivam eidem Johanni rehabere faciat usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxxiij°, ut interim rex videat qualiter se habere voluerit in eadem balliva. Teste ut supra.

De quercubus liberandis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foreste regis de Wauberg', ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi poterunt, faciat habere vicecomiti Cantebr' et Hunt' duas quercus ad gaiolam regis Huntindon' reparandam. Teste ut supra.

De debitis regi.—Quia Walterus de Tywe, qui nuper diem clausit extremum, tenebatur regi in debito xv. librarum et xvj. solidorum, mandatum est vicecomiti Oxonie quod non permittat quod aliquid distrahatur vel amoveatur de bonis vel catallis que fuerunt ipsius Walteri, donec regi satisfactum fuerit de debito predicto. Et si quid inde distractum fuerit vel amotum, id integre faciat revocari, ad quoruncumque manus devenerit, et salvo custodiri, donec a rege aliud habuerit preceptum. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Rading' quod de vinis regis que sunt in custodia sua, faciant habere Johanni de Frethorn' unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

1248.

De coronatore eligendo.—Quia Willelmus Rusteyn, unus coronatorum regis de comitatu Norf', debilis est, ut dicitur, mandatum est vicecomiti predicto quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus eligi faciat loco ejus unum alium coronatorem, qui prestito sacramento, sicut fieri solet, extunc faciat et conservet ea que ad coronam regis pertinent in comitatu predicto ; et talem eum ad hoc eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus regi scire faciat. Teste rege apud Norht' iij. die Decembris.

Pro mercatoribus allecis.—Mandatum est ballivis de Jernemuta quod allec mercatorum de Colonia et de Brabancia, quod arestari fecerunt in portu suo ad opus regis, eisdem mercatoribus sine dilacione deliberari faciant, et ipsos mercatores pro voluntate sua inde disponere permittant. Et allec illud quod ad opus regis capi precepit de mercatoribus terre regis capi facia[n]t. Teste rege apud Norhampt' iiij. die Decembris.

De maeremio liberando.—Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere vicecomiti regis Norhampton' meiremium in foresta regis de Geytinton', ad unam capellam ad opus regine, et ad unam cameram ultra portam faciendas, sicut rex ei injunxit apud Geytinton'. Teste ut supra.

De monacho arestando.—Mandatum est vicecomiti Warr' quod si Johannes quondam prior de Evesham inventus fuerit in balliva sua, sine dilacione eum arestari faciat, cum equis hernesio et omnibus que habuerit, et eum salvo custodiri faciat, donec aliud a rege habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro Willelmo Hay.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod tallias et brevia que Willelmus Hay habet, et bladum suum quod trituratum est per summonicionem Scaccarii regis pro debitis in quibus idem Willelmus regi tenetur de tempore quo fuit vicecomes regis Oxonie, ei allocent, et regi scire faciant residuum debitorum in quibus ipse postea regi tenebitur. Teste ut supra.

Pro Roberto de Mara.—Rex concessit Roberto de Mara domum illam cum pertinenciis que fuit Samuelis, Judei de Norhampton', in Norhampton', que est escaeta regis, habendam et tenendam eidem Roberto et heredibus suis ; et mandatum est vicecomiti Norhampton' quod de predicta domo cum pertinenciis eidem Roberto plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo Hay.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod districcionem quam facit Willelmo Hay per summonicionem Scaccarii regis pro debitis que regi debet, scilicet de trituracione bladorum suorum et vendicione averiorum suorum, in respectum ponat, donec a rege aliud habuerit preceptum. Teste rege apud Selveston' v. die Decembris.

Pro reclusa quadam.—Mandatum est Johanni filio Hugonis quod recluse de Graham de exitibus ville de Graham singulis annis habere

1248.

faciat xx. solidos de elemosina W. quondam comitis Warenn' constituta, et rex eos ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Buche balistario.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod Buche, balistario regis, plenam seisinam habere faciant de domo que fuit Andree le Draper in Milestret' cum pertinenciis, que regi adjudicata fuit pro defectu servicii coram W. Sarisburiensi episcopo, dum fuit justiciarius regis apud Turrim London', quia rex eam dedit predicto Buche, si eam de jure dare possit. Teste ut supra.

Pro Oweyn filio Mereduc.—Mandatum est Thome Corbet quod non distringat vel distringi permittat Oweyn filium Mereduc vel homines de Kydeweng ad solvendum xl. marcas, quas idem Oweyn filius Mereduc' promiserat Ricardo de Burgo, dum fuit constabularius regis de Mungumery, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Michael de Bricleswurth' et Willelmus filius Walteri, capti et detenti in prisona regis Norhampt' pro morte Thome filii Vincencii, unde appellati sunt, habent breve vicecomiti Norht' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Pro Roberto de Mares.—Rex per cartam suam dedit et concessit Roberto de Mares unam virgatam terre et dimidiam cum pertinenciis in Riston', quas Willelmus Champe et Reginaldus Attehull' tenuerunt de ballio regis ad vitam suam, habendas et tenendas eidem Roberto et heredibus suis secundum quod in tenore carte regis, quam eidem Roberto inde fieri fecit, protestatur. Et mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norht' quod de predicta terra cum pertinenciis eidem Roberto plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Wodestok' ix. die Decembris.

De prisone recipiendo.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Johannem de Haddenham, prisonem, quem Philippa, comitissa War', ei liberabit, ab ea recipiat, et ipsum in prisona regis Oxonie salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De denariis liberandis.—Mandatum est priori de Okeburn' quod de denariis quos regi promisit faciat habere Hugoni Chaceporc xl. marcas, quas rex ei concessit de dono suo. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod fratri Hamoni de Hayles habere faciat unam robam, de dono regis, sicut alias habuit per preceptum regis. Teste rege apud Wind' xvj. die Decembris.

Mandatum est eidem quod habere faciat comiti Patricio unam robam cum capa et supertunica de scarletta, cum penula de bissis, et tribus militibus suis robas, ut militibus regis propriis. Teste ut supra.

De lecto dato.—Mandatum est eidem quod Willelmo de Boavill', nuncio comitis Tholosani, habere faciat unum lectum militi competentem, et unam robam de scarletta cum penula de bissis. Teste ut supra.

1248.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta regis de Shirewod' faciat habere Willelmo de Grey sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De execucione testamenti.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatibus Glouc' et Kanc' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Willelmi de Putod solvendi ad Scaccarium regis, si in aliquo debito regi tenebatur, predictos executores liberam administracionem de bonis ipsius Willelmi habere permittant. Teste ut supra.

Pro scolaribus Oxonie.—Mandatum est maiori et ballivis Oxonie, salutem (*sic*), quod omnes libertates contentas in quodam scripto, cui appensum est sigillum Radulfi filii Nicholai, quas rex concessit scolaribus Oxonie commorantibus, inviolabiliter observent, ita quod rex propter hoc ad ipsos graviter capere non debeat. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Oxonie. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod habere faciat Bruno Calciat, civi regis Burdegale, contra instans festum Natale Domini, robam integram, scilicet tunicam, supertunicam et pallium, cum penula de bissis, de dono regis. Teste ut supra.

De cappis et vestimentis faciendis.—Mandatum est Eadwardo de Westm' quod fieri faciat ad opus regis quatuor cappas chori, tria paria vestimentorum satis decentia, et tunicam et dalmaticam, ponenda in nova capella regis apud Windles'. Et cum rex sciverit quantum ad hoc posuerit breve suum de Liberate ei inde habere faciet. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Chippenham quod in foresta predicta faciat habere Amicie, comitisse de Insula, duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Martino de Vivario, militi de familia regis, unam robam contra instans Natale, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Rading'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Suhampton' quod de una hyda terre et dimidia, quam Galfridus, quondam cocus regis, tenuit de ballio regis in Mapeltreham, Willelmo de Rading' plenam seisinam habere faciant, quam rex eidem Willelmo concessit ad vitam suam. Teste etc.

[m. 14] *De robis datis.*—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod Buche, balistario nostro, unam robam, et uxori ejus aliam robam, habere faciat, de dono regis. Teste ut supra.

De stipendiis liberandis.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod de thesauro regis Hybernie liberent (*sic*) Ricardo le Norreys, Olivero le Quarreur, Hugoni Hund', Johanni Kotte, Roberto

1248.

Underwode, Henrico le Neyr, Ade le Muner, Benedicto le Mineur, Ade Thossagard, Nicholao de Lek, Willelmo le Waleys, Alano Fader, Johanni de Hereford', Johanni de Hybernia, Waltero de Lek, Maddoco le Mineur, Ivyon de Haliwell', Silvestro le Carpenter, Waltero de Mungumery, Gilberto de Tryn, Gilberto le Prude, Willelmo de la Wytechirch', et Jordano de Goer, quadraginta et sex marcas, videlicet cuilibet ipsorum duas marcas, que restant eis reddende de stipendiis suis de tempore quo fuimus circa firmacionem castri nostri de Gannoc. Teste rege apud Windles' xviij. die Decembris.

De roba data.—Mandatum est P. Chaceporc quod habere faciat Galfrido de Butevill' unam robam de scarletta, scilicet tunicam, supertunicam et pallium, cum penula de bissis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate Glouc'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod averia abbatis Sancti Petri de Gloucestria, que cepit occasione herbagii de foresta regis de Dene, ei deliberari faciat usque ad quindenam Sancti Hyllarii, ita quod tunc sit coram rege, ubicumque tunc fuerit in Anglia, jus suum, si quod habet, in eodem herbagio ostensurus. Teste ut supra.

Pro Philippo Basset.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Buk' quod habere faciat Philippo Basset racionabile tallagium de hominibus suis de eo tenentibus in manerio de Wycumb', quod aliquando fuit dominicum predecessorum regis regum Anglie. Teste rege apud Westmonasterium xxviij. die Decembris.

Pro Henrico de Hastinges.—Eodem modo mandatum est vicecomiti Salop' pro Henrico de Hasting' de maneriis de Cunedover' et Wurfeld' que (quod *cancelled*) aliquando fuerunt dominicum regis in comitatu Salop', et vicecomiti Staff' de maneriis de Wulfrenhampton', Wiginton', et Thamewrth' in comitatu Staff', et vicecomiti Noting' de maneriis de Osewaldebec et Leirton' in comitatu Noting', et vicecomiti Huntindon' de manerio de Brampton' in comitatu predicto. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex dedit Willelmo de Valencia, fratri suo, totam terram suam cum pertinenciis in Baunton', quam de rege tenet ad firmam Imbertus de Pugeys. Dedit etiam eidem fratri suo homagium ipsius Imberti, ita quod de eo teneat quas tenuit de rege, sicut eas prius de rege tenuit. Et mandatum est predicto Imberto quod predictam terram quam tenuit ad firmam dicto fratri regis reddat eodem modo quo eam recepit de rege, et ei homagium de aliis terris predictis sine difficultate faciat, et tamquam domino suo intendens sit et respondens. Teste ut supra.

Pro comite Warr'.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod habere faciat J. de Plessetis, comiti Warr', racionabile tallagium de hominibus suis de eo tenentibus in manerio de Hengham, quod aliquando fuit dominicum predecessorum regis Anglie. Et similiter de manerio

1248. de Chaugrave in comitatu Oxonie, et de manerio de Kydeministr' in comitatu Wygornie, que similiter fuerunt dominicum predecessorum regis Anglie. Teste ut supra.

Pro Petro Griffin.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod catalla Petri Griffin, qui captus et detentus fuit in prisona regis Sar' pro morte hominis, et postea per ballium ab eadem prisona deliberatus, ut dicitur, ei liberari faciat. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Magistro Henrico le Blakesmys unam robam, et Johanni le Thanniur' unam aliam robam, de dono regis. Teste rege apud Merton' xxix. die Decembris.

De ponendo per ballium.—Petrus Friday, captus et detentus in prisona regis Sar' pro morte Osemundi de Throp', habet breve vicecomiti Wiltes' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

1249.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie, quod in foresta regis de Mara faciat habere Hugoni Dispensario xx. quercus ad maeremium, ad constructionem domorum suarum, de dono regis. Teste rege apud Merton' iij° die Januarii.

Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Wauberge faciat habere Fratribus de Monte Carmeli commorantibus apud Cestrefeld' vj. quercus ad ecclesiam suam construendam, de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Sothovere faciat habere Aymaro, fratri regis, iiij^or^ robora, et in foresta de Pauncehal' viij. robora, ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De excaetaria.—Rex substituit Johannem de Lee loco Thome de Coupuneswra ad intendendum officio excaetarie regis in comitatu Lanc', una cum Thoma de Stanford'; et mandatum est predicto Johanni quod una cum predicto Thoma officio predicto fideliter et diligenter intendat. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Januarii.

Pro heredibus comitis Marescalli.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod non disseisiet aliquem heredum W. Marescalli, quondam comitis Pembr', de terris eisdem heredibus proporcionaliter assignatis, de hereditate que fuit predicti comitis in Hybernia, nec ipsos distringat ad aliquam recompensacionem alicui faciendam de predictis terris, donec aliud a rege receperit in mandatis, non obstante aliquo alio mandato regis super hoc ei directo. Teste ut supra.

Pro comite Norff' et comite Glouc'.—Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod demandam quam facit R. le Bigod, comiti Norff' et marescallo Anglie, Willelmo de Valencia et Ricardo comiti Glouc' per summonicionem Scaccarii, de porcione cc. librarum eos contingente,

1249.

et in quibus cc. libris tam ipsi quam alii heredes W. Marescalli, quondam comitis Pembr', tenentur A. comitisse Pembr' pro dote sua in Hybernia, et quas idem R. solvit pro eis, ponat in respectum usque ad Pascha anno etc. xxxiij°, et averia sua ea occasione capta interim deliberent. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Berk' et Essex'. Teste ut supra.

De viridariis eligendis.—Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod in pleno comitatu suo eligi faciat tot viridarios in qualibet balliva foreste regis in predictis comitati bus quot consueverunt esse in balliis ipsis, tam tempore J. regis, patris regis, quam tempore regis, et prout Ricardus de Wrotham, ballivus regis foreste illius, ei plenius exponet. Teste ut supra.

Pro Cunrado de Bruneswic.—Rex perdonavit Cunrado de Bruneswic sectam que ad regem pertinet pro pace regis conservanda pro morte Thedrici de Estland', quem idem Cunradus occidit per infortunium et non per maliciam excogitatam, sicut rex accepit per inquisicionem quam inde fieri fecit, et firmam pacem suam ei concessit. Et mandatum est vicecomiti Norhampt' quod ipsum in balliva sua in pace stare permittat, et catalla sua que occasione predicta capta fuerunt in manum regis, ei deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Wautham.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Essex' quod habere faciat abbati de Wautham racionabile tallagium de hominibus regis tenentibus de dominico regis in manerio de Wautham, quod idem abbas tenet de rege ad feodi firmam. Teste rege apud Westmonasterium ix. die Januarii.

De bobus datis.—Mandatum est Thome de Stanford' quod habere faciat Elye de Rabayne x. boves, de dono regis. Et cum rex sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Mereduc filio Oweyn.—Mandatum est Roberto Wallerand' quod loco comoti terre in quo regi tenetur Mereduc filius Oweyn, assignet eidem Mereduc de terra perquisita super Mailgunum, ad valorem illius comoti, prope Walenses inimicos regis, ad majus commodum regis et majus detrimentum predictorum inimicorum. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Prior de Avebury, Robertus frater ejus, et Radulfus nepos ejus, capti et detenti in prisona regis de Merleberg' pro morte Johannis de Ponte, unde appellati sunt, habent breve vicecomiti Wiltes' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Pro comite Essex'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de debitis non claris que exiguntur a H. de Boun, comite Essex' et Hereford', ad Scaccarium regis, eidem comiti judicium reddi, et quantum regi debeat de debitis claris regi scire faciant; et interim ipsum comitem de debitis predictis pacem habere permittant. Teste rege apud Windles' xiiij. die Januarii.

1249.

Pro Thoma in Angulo.—Quia constat regi per inquisicionem quam per vicecomitem Wigornie fieri precepit, quod unum mesuagium in Wigornia, quod fuit Walteri le Mercer, utlagati pro morte Roberti de Hardepir', exstitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod idem Walterus mesuagium illud tenuit de Thoma in Angulo, mandatum est vicecomiti Wigornie quod eidem Thome de eodem mesuagio plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Zarvoth' filio Ade.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per Wallerandum Teutonicum fieri precepit, quod Morganus filius Howell' injuste et sine judicio disseisivit Yarvoth' filium Ade de terra sua de Mora et aliis terris, eo quod fuit cum Willelmo de Vescy in guerra mota inter ipsum Willelmum et predictum Morganum, et non ex alia causa, mandatum est predicto Wallerando quod de predicta terra et alia terra de qua per predictum Morganum disseisitus fuerat predicto Yarvoth' plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni Passelewe quod in insula de Wiht faciat habere Galfrido de Lucy quattuor damas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Johanni de Venuz quod in foresta regis de Axiholt faciat habere Petro de Ryvall' quinque damas, de dono regis. Teste rege apud Guldeford' xvij. die Januarii.

Pro Henrico de Percy.—Rex cepit homagium Henrici de Percy, filii et heredis Willelmi de Percy, de omnibus terris et tenementis que predictus Willelmus tenuit de rege in capite, et ei reddidit omnes terras et tenementa predicta cum omnibus pertinenciis suis. Et mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Ebor' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Willelmi in comitatu predicto, de quibus idem Willelmus fuit seisitus ut de feodo die qua obiit, predicto Henrico plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Guldeford' xvij. die Januarii.

Eodem modo mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Sussex' de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Willelmi in comitatu predicto. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Whitlewode quod in predicta foresta faciat habere R. Passelewe, archidiacono Lewensi, quinque damos et decem damas ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro monachis de Snelleshal'.—Rex concessit priori et monachis de Snelleshal' quod tota vita regis capiant per annum xxx. caretatas bosci ad focum suum in foresta de Whitlewode, de dono regis, sine impedimento forestariorum, viridariorum, vel aliquorum ministrorum regis. Et mandatum est Roberto Passel' quod ipsos permittat capere predictas carettatas bosci in foresta predicta, sicut predictum est. Teste rege apud Wintoniam xxv. die Januarii.

Pro Roberto le Noreis et Willelmo de Sandeby.—Cum Willelmus de Grendon', miles, qui nuper in fata concessit, quasdam terras tenuisset

1249.

de Roberto de Sancto Georgio, cujus heres est infra etatem et in custodia Roberti le Norreys de concessione regis, et quasdam alias terras de Willelmo de Sandeby in Babwrth', et contencio oriretur inter predictos Robertum et Willelmum in curia regis de custodia predictarum terrarum, tandem tam predicti Robertus quam Willelmus gratis posuerunt se super quandam inquisicionem de custodia predicta, quam vicecomes Noting' fecit, et regi misit per preceptum regis, et quam rex ad ipsum vicecomitem remittit sigillis J. de Lexinton' et predicti Roberti signatam, precipiens ei quod secundum quod in predicta inquisicione continetur utrique ipsorum racionabilem partem suam de custodia predictarum terrarum faciat assignari, et ipsos in seisina sua manuteneat usque ad legitimam etatem heredis predicti Willelmi de Grendon'. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Alano, custodi parci regis de Guldeford', unam robam de termino Natalis Domini proximo preterito, de dono regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Sandelford' quod habere faciant priori et canonicis de Sandelford' residuum unius dolii vini, de dono regis, de quo Willelmus de Valencia, frater regis, bibit cum ultimo hospitaretur ibidem. Teste rege apud Clarendon' xxx. die Januarii.

De escaetore.—Quia Willelmus Rusteyn, unus escaetorum regis in comitatu Norff', debilis est, ut dicitur, mandatum est predicto vicecomiti quod in pleno comitatu suo assignari faciant Willelmum le Rus loco predicti Willelmi, qui prestito sacramento faciat et conservet ea que ad excaetariam regis pertinent in comitatu predicto una cum Henrico de Wengham. Teste ut supra.

Pro Mereduc filio Oweyn.—Mandatum est Roberto Walerand' quod illum cummotum terre quem per litteras regis ei directas nuper rex tradi mandavit Mereduc filio Oweyn, et qui est de conquestu regis de terra Maylguni filii Maylguni, tradat eidem Maylguno, et illum cummotum terre prope Hyrewern, quem idem Maylgunus tenet, predicto Mereduc habere faciat. Teste ut supra.

[m. 13.] *Pro Sibilla que fuit uxor Hugonis filii Roberti.*—Mandatum est H. de Wengham et coexcaetori suo in comitatu Hereford' quod manerium de Brumfeld' assignari faciat Sibille que fuit uxor Hugonis filii Roberti in tenanciam dotis sue, donec omnes terre que fuerunt predicti Hugonis fuerint extente, et rex dotem suam de eisdem terris fecerit assignari. Teste rege apud Clarendon' v. die Februarii.

De relaxacione auxilii.—Quia prioratus de Ippilipenne exilis est et pauper, mandatum est vicecomiti Devonie quod nullum auxilium ad opus regis exigat a predicto prioratu. Et si quid ad opus regis ceperit, id sine dilacione reddi faciat. Teste ut supra.

1249.

De execucione testamenti.—Mandatum est Henrico de Wengham et coexcaetori suo in comitatu Salop' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Hugonis filii Roberti quod regi satisfacient de debitis, si que idem Hugo regi debebat, eosdem executores de bonis ipsius defuncti plenam administracionem habere faciant. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Hereford', et ballivis de Plimpton'.

Pro priore de Ferlegh'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod singulis annis habere faciant priori et monachis de Ferlegh' de firma manerii de Redlegh' xxij. solidos pro decimis piscariarum regis de Gern et Gerth, sicut illas percipere consueverunt per manum vicecomitis regis Glouc', dum predictum manerium fuit in custodia sua, una cum arreragiis que eis debentur de firma predicta. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni filio Nigelli quod in foresta regis de Schotovere faciat habere Aymaro, fratri regis, x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Melkesham quod in predicta foresta faciat habere abbatisse de Lacok vj. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De districtione relaxanda.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod pro aliquibus debitis Judeorum nullam districtionem fieri faciant in terris que fuerunt Elye Giffard, cujus heres est infra etatem et in custodia regine. Teste ut supra.

De austurcis liberandis.—Mandatum est Johanni de Frethorn' quod si habuerit duos austurcos mutandos, preter vij. austurcos regis qui mutandi sunt de feodo, tunc illos liberet Johanni filio Bernardi, cui rex reddidit feodum suum, mutandos ad opus regis. Teste ut supra.

De cera liberanda.—Mandatum est maiori et probis hominibus Wintonie quod sine dilacione liberari faciant Andree Poynant, clerico regis, quingentas libras cere ad opus regis, et rex respondebit eis de custu in primo adventu suo usque Wintoniam. Teste ut supra.

Pro Sibilla que fuit uxor Willelmi Paynel.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Sumers' et Devon' quod de terris et tenementis que fuerunt Willelmi Paynel assignari faciant Sibille que fuit uxor predicti Willelmi Paynel racionabilem dotem suam, accepta ab ea securitate quod non maritabit se sine licentia regis. Teste rege apud Clarendon' ix. die Februarii.

De execucione testamenti.—Mandatum est eisdem quod permittant executores predicti Willelmi liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Willelmi ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod regi satisfacient de debitis, si que regi debuit. Teste ut supra.

1249.

Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Buk' et Suhampton' quod permittant executores testamenti Alani filii Hamonis liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Alani ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod de primis bonis regi satisfacient de debitis que predictus Alanus regi debuit. Teste ut supra.

De vino dato. Mandatum est Willelmo de Plessetis, camerario regis, quod capi faciat unum dolium vini, et illud liberet Johanni le Enveyse, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priorissa de Karro.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Norf' fieri precepit, quod Johannes le Bretun, qui abjuravit regnum regis propter feloniam quam perpetravit in Godefridum de Millers, tenuit de priorissa de Karro quater viginti et xvij. acras terre in Meltun' et unde rex dedit eidem priorisse omnia que ad regem inde pertinebant occasione felonie predicte secundum regni regis consuetudinem, mandatum est vicecomiti Norff' quod de prefata terra prefate priorisse, tamquam escaeta sua una cum catallis in ea inventis, sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suht' quod committat Roberto. [*Cancelled.*]

De fustis datis.—Mandatum est custodi foreste de Savernak' quod in prefata foresta regis faciat habere Henrico de Bathonia xx. fusta ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Wilton'.—Rex concessit abbatisse de Wilton' quod per visum forestariorum regis capere possit c. fusta in dominico bosco suo in foresta de Savernak' ad maeremium inde faciendum ; et mandatum est custodi foreste predicte quod ipsam permittat sine impedimento predicta fusta in eo capere. Teste rege apud Clarendon' x. die Februarii.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi haie regis de Beskewode quod in predicta haia faciat habere Aude domicelle regine tres quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Waltero de Bradelegh'.—Mandatum est Willelmo de Horsenden' quod in foresta regis de Clarendon' faciat habere Waltero de Bradeleg' vj. furcas ad quandam grangiam faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanna Briwere.—Quia rex fecit talliari dominica sua, mandatum est vicecomiti Derb' quod faciat habere Johanne Bruere racionabile tallagium de hominibus suis tenentibus de ea in manerio de Cestrefeud' quod aliquando fuit dominicum predecessorum [regis] regum Anglie. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sumers' de manerio de Milverton'. Teste ut supra.

1249.

Pro Ada de Bailol.—Quia rex inspexit cartam regis avunculi sui in qua fuit contentum quod idem dominus rex dedit Roberto filio Rogeri manerium de Eure cum pertinenciis et cum advocacione ecclesie ejusdem ville, et hoc significat rex episcopo Linc', ut non obstante reclamacione regis quam per litteras suas fecit super presentacionem factam ad prefatam ecclesiam per Adam de Bailol, que fuit uxor Johannis filii predicti Roberti, ad presentacionem ejusdem Ade ad eandem ecclesiam personam idoneam admittat. Teste ut supra.

Pro Engelramo de Fesnes.—Rex concessit Engelramo de Fesnes x. libras redditus, quas solvere consuevit abbas de Faveresham Roberto de Gisnes [advocato Bethun', *cancelled*]; et mandatum est predicto abbati quod illas solvat predicto Engeramo, sicut illas solvere consuevit predicto Roberto [advocato *cancelled*]. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Melkesham quod in predicta foresta faciat habere Waltero de Godarvill' duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Essex' et Suff' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Rogeri de Monte Kanyso in comitatibus predictis, Agathe que fuit uxor ipsius Rogeri racionabilem dotem suam assignari faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Brehull' quod in predicta foresta faciat habere Radulfo filio Nicholai quatuor damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Waltero Bukerel.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod coram ipso et coram coronatoribus regis Norhampton' faciat Walterum Bukerel, qui evasit a prisona regis Norhampton', et est in ecclesia Fratrum Predicatorum Norht', abjurare regnum regis Anglie secundum legem et consuetudinem terre regis. Teste rege apud Clarendon' xij. die Februarii.

Pro Adam Pollard.—Rex concessit Ade Pollard, vadletto de capella regine, liberacionem duorum denariorum in die quam Albredus Aloec percipere consuevit per manus ballivorum regis Wintonie, de elemosina regis constituta; et mandatum est baronibus de Scaccario quod liberacionem illam ipsi Ade habere faciant. Teste ut supra.

Pro Engelramo de Fesnes.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod Engeramo de Fesnes de manerio de Gayton' plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro episcopo Sarrisburiensi.—Mandatum est Willelmo de Horsenden' quod in bosco de Gravelegh' faciat habere W. Sarrisburiensi episcopo xxx. caretatas clausture, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo de Ketstevene quod de terris et tenementis que fuerunt Thome le Bretun

1249. in Asewardeby, Waltero de Bromwic', vadletto regis, sine dilacione plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra. [*Cancelled, quia aliter inferius.*]

Pro Johanne Luvel.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Norff' quod habere faciat Johanni Luvel racionabile auxilium de hominibus suis de eo tenentibus in manerio de Docking', quod aliquando fuit dominicum regis. Teste rege apud Clarendon' xv. die Februarii.

De denariis liberandis in garderoba.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod de exitibus itineris justiciariorum regis ultimo itinerancium ad communia placita in comitatu predicto, liberari faciat sine dilacione in garderoba regis ccc. marcas, quas, cum illas liberaverit, rex eas ei faciet allocari ad Scaccarium suum. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est Ele, comitisse Warr', quod Willelmo de Valencia, cui rex concessit omnes terras que fuerunt Roberti de Pontdelarche, liberet manerium de Newenton', quod ipsa comitissa tenuit de ballio regis, et in escambium ejusdem manerii rex commisit predicte comitisse manerium suum de Dymmoc in comitatu Glouc', habendum et tenendum ad sustentacionem suam quandiu vixerit sine marito, quod predictum manerium de Newenton liberet predicto fratri regis, sicut predictum est. Teste ut supra. Salvis predicte comitisse catallis suis et bladis seminatis in terris predicti manerii.

Et mandatum est [Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu *cancelled*] vicecomiti Glouc' quod predictum manerium de Dymmoc cum pertinenciis liberent predicte comitisse, sicut predictum est. Teste ut supra.

De lampredis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod per visum Hurtaldi, servientis regis, emat ad opus regis omnes lampredas, alosas et salmones quos invenerit in balliva sua. Et cum rex sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur ballivis Glouc' et ballivis de Newenham. Teste ut supra.

De ponendis per ballium.—Mandatum est maiori et vicecomitibus London' quod tradant in ballium Maynetum Ispin', Augugum Giberti et Gerardum Rikebald', cives et mercatores Florencie, ita quod eos habeant coram rege ad mediam quadragesimam, ubicumque tunc fuerit in Anglia, ad standum recto super hiis que eis obiciuntur de quadam summa pecunie; et quod habeat ibidem nomina illorum qui eos manuceperunt. Teste rege apud Clarendon' xvij. die Februarii.

Pro Waltero de Bromwiz.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit quod due bovate terre et duo tofta cum pertinenciis que Thomas le Bretun tenuit in Asewardeby sunt escaeta regis, ita quod illa dare possit cui voluerit, eo quod predictus Thomas recessit a fidelitate regis et est ad fidem regis Francie, mandatum est Henrico

1249.

de Wengham et coescaetori suo de Ketstevene in comitatu Linc', quod Waltero de Bromwyz, vadletto regis, de predictis terra et toftis plenam seisinam sine dilacione habere faciant. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Parco.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Linc' quod Ricardo de Parco habere faciat racionabile tallagium de hominibus suis de eo tenentibus in manerio de Skidebroc, quod aliquando fuit dominicum predecessorum regis regum Anglie. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Vernon et Warino nepote ejus.—Rex reddidit Radulfo de Vernon et Warino de Vernon, nepoti ejus, omnes terras et tenementa que fuerunt Warini de Vernon et Alde uxoris ejus, salvo regi jure suo, si quod regi competat in terris que fuerunt predicte Alde; et mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie, quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt predictorum Warini et Alde, de quibus fuerunt seisiti ut de feodo die qua obierunt, predictis Radulfo et Warino plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Philippo de Stanton'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod, accepta bona securitate per sufficientes plegios a Philippo de Staunton', vicecomite regis Cantebr' et Hunt', quod reddet regi arreragia debitorum in quibus regi tenetur in quindena Pasche anno etc. xxxiij°, ipsum a custodia qua detinetur ad Scaccarium regis propter arreragia illa deliberari faciant. Teste ut supra.

Pro Engelramo de Feenes.—Rex cepit homagium Engelrami de Fenes de omnibus terris et tenementis que Robertus de Gisnes tenuit de rege in capite, et que idem Engelramus habuit de dono predicti Roberti, ita quod predictus Engelramus decetero tenebit de rege predicta terras et tenementa in capite eodem modo quo predictus Robertus prius ea tenuit, salvo jure regis et cujuslibet alterius in terris et tenementis predictis; et mandatum est vicecomiti Norht' quod de terris et tenementis predictis predicto Engelramo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m. 12.] *Pro abbate de Keynesham.*—Quia manifeste discussum fuit coram justiciariis regis itinerantibus ad placita foreste, quod abbas de Keynesham habere debet canes suos currentes ad wlpes et lepores in chacia regis extra Bristoll', et herbagium in propriis boscis in mense vetito, mandatum est constabulario regis extra Bristoll' quod [salvis regis feris et herbagio ejusdem chacie *cancelled*] permittat ipsum abbatem habere canes suos currentes in predicta chacia, sicut predictum est, et herbagium in propriis boscis in mense vetito. Teste rege apud Clarendon' xx. die Februarii.

Pro Johanne Mansell'.—Rex concessit per cartam suam Johanni Maunsell', preposito Beverlaci, omnes fines alienacionum factarum de terris pertinentibus ad serjantiam de Bilsinton', quam idem Johannes habet de dono heredum Hugonis quondam comitum Arundell', et quam rex ei per cartam suam confirmavit, una cum omnibus exitibus

1249.

provenientibus de finibus predictis, scilicet a tempore quo dominus rex terras illas capi precepit in manum suam. Et mandatum est Henrico de Wengham quod predictos fines ei habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Johanne Talebot et Gerardo fratre ejus.—Rex dedit Johanni Talebot et Gerardo fratri ejus tallagium manerii de Sneyth, quod ad regem pertinet; et mandatum est Thome de Stanford' et Willelmo de Axemue quod tallagium per ipsos assessum de hominibus tenentibus in predicto manerio eisdem Johanni et Gerardo sine dilacione habere faciant. Teste ut supra.

Pro Magistro Vincentio.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod de bonis que fuerunt Murielle, Judee Oxonie, faciat sine dilacione habere Magistro Vincentio, doctori Aymari de Lezinan, eunti in nuncium regis ad curiam Romanam, xxx[ta] marcas, de dono regis. Teste ut supra.

De pluribus ponendis per ballium.—Mandatum est maiori et vicecomitibus London' quod tradant in ballium Robertum filium Jordani, pelliparii, et uxorem ejus, et sororem uxoris sue, ita quod eos habeant coram rege ad mediam quadragesimam ad standum recto, una cum aliis quos rex tradi in ballium precepit super hiis que eis obiciuntur de quadam summa pecunie mercatorum. Teste ut supra.

Pro Magistro Vincentio.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod de debitis in quibus Muriella, Judea, regi tenetur sine dilacione faciat habere Magistro Vincentio, doctori Aymari, fratris regis, xxx. marcas, si in tanto regi teneatur predicta Judea; sin autem id quod infra summam predictarum xxx. marcarum fuerit, eidem Magistro habere faciat, de dono regis, et hoc cum festinacione, quia idem Magister jam est in procinctu itineris eundi in nuncium regis ad curiam Romanam. Teste ut supra.

De cappa facienda.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod fieri faciat unam capam chori de bono samitto, et unius coloris, cum lato aurifragio et magna nusca, ita quod rex illam dare possit ecclesie Sarisburiensi. Teste ut supra.

Pro Roberto le Noreys.—Rex commisit Roberto le Noreys omnes terras, tenementa et redditus que [fuerunt *cancelled*] Ricardus de Warneford' tenuit de rege in capite in balliva [sua *cancelled*] vicecomitis Suht', qui interrogatus est ad utlagandum, custodienda et habenda donec idem Ricardus utlagatus fuerit, vel ad pacem regis venerit. Et mandatum est vicecomiti Suhampton' quod eidem Roberto custodiam illam habere faciat. Teste rege apud Clarendon' xxiij. die Februarii.

Pro Aymaro de Lezinan.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampton' quod de vinis retentis ad opus regis vel aliis faciant habere Aymaro de Lezinan quatuor dolia de melioribus vinis ad denarios suos. Teste ut supra

1249.

Pro Johanne de Rures.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Leic' quod terram Johannis de Rures, quam ceperunt in manum regis, eidem Johanni reddant, si absque lesione juris regis fieri possit, vel regi significent causam quare terram illam eidem Johanni reddere non debeant. Teste ut supra.

Pro comite Warr'.—Mandatum est Willelmo de Horsenden' quod in foresta regis de Graveling' faciat habere Johanni de Plessetis comiti War', duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Furneis'.—Mandatum est Rogero Gernet quod permittat abbatem de Furneis' capere maeremium et virgas in foresta regis de Lancastr' ad reparacionem et emendacionem piscarie sue de Lancastr', sicut ea retroactis temporibus capere consuevit. Teste ut supra.

De execucione testamenti.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Devonie quod permittant executores testamenti Walteri le Deveneys habere liberam administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Walteri, ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod regi satisfacient de debitis, si que regi debuit idem Walterus. Teste ut supra.

Pro Emma que fuit uxor Walteri le Deveneys.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in in comitatu Devonie quod de omnibus terris et tenementis, que fuerunt predicti Walteri, assignari faciant Emme que fuit uxor predicti Walteri racionabilem dotem suam. Teste ut supra (*sic*), accepta ab ea securitate de heredibus predicti Walteri regi reddendis. Teste ut supra.

De scindulis faciendis.—Mandatum est J. de Monemuth', custodi Nove Foreste, quod in prefata foresta faciat habere custodibus operacionum regis de Clarendon' maeremium ad xx. milia scindularum inde faciendarum, ad domos regis de Clarendon' cooperiendas. Teste ut supra.

De rogo faciendo.—Mandatum est Willelmo de Horsenden' quod in foresta regis de Clarendon' faciat habere vicecomiti Wiltes' faggota ad quendam rogum faciendum ad operaciones regis de Clarendon'. Teste rege apud Clarendon' xxv. die Februarii.

De quercubus ad operaciones.—Mandatum est eidem quod in bosco regis de Milset faciat habere custodibus operacionum regis de Clarendon' c. quercus ad operaciones regis de Clarendon' perficiendas. Teste ut supra.

Pro uxore Radulfi filii Nicholai.—Mandatum est vicecomti Norhampt', quod illud dolium vini quod nuper remansit post regem apud Selveston', habere faciat uxori Radulfi filii Nicholai, de dono regis. Teste ut supra.

1249.

Mandatum est custodibus vinorum regis de Wodestok' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere uxori predicti Radulfi unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De denariis liberatis in garderoba.—Marcellus Scissor et Willelmus Eustacii de Waltham, die Jovis proxima post festum Beati Mathie Apostoli, apud Clarendon' liberaverunt in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem, x. libras et x. solidos, in quibus regi tenebantur pro vinis venditis apud Waltham; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra.

Prior de Dunstaplia, die Veneris proxima post festum Beati Mathie Apostoli, apud Wintoniam liberavit in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, iiij^or libras quas idem prior regi debuit de vinis regis venditis apud Dunstaplia; et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis quatuor libris ipsum priorem quietum esse faciant. Teste ut supra.

De robore dato.—Mandatum est Willelmo de Horsenden' quod recluse de Bretford' faciat habere unum vetus robur ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De quodam assignato ad vina regis capienda.—Rex assignavit Willelmum de la Rochele ad vina regis de prisa apud Suhampton' capienda et custodienda; et mandatum est maiori et ballivis Suhampton' quod ipsum ad hoc admittant, et unam de clavibus celariorum regis, et signum quod ad officium illud pertinet, ei liberari faciant. Teste rege apud Wintoniam primo die Marcii.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis Westm' quod faciant habere Roberto le Noreys unum dolium vini ad festum velacionis filie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo Bruno.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod in terra regis Wallie de novo conquestu provideat Ricardo Bruno in quinque marcatis terre, et illam ei assignet; et, si terra illa infra terram quam rex ei commisit ad firmam contineatur, predictas quinque marcatas in solucione firme sue ei faciet allocari. Et cum terram illam ei assignaverit, hoc regi significet, ut rex cartam suam ei inde fieri faciat. Teste ut supra.

De camera facienda.—Quia vicecomes Noting' significavit regi quod camera regis in castro regis Noting' stabili fundamento non potest firmari, nisi cumulus camere illius deponatur, mandatum est eidem vicecomiti quod cumulum illum deponi, et eum de novo fieri, faciat, ita quod tabulamentum lapideum decens super murum fiat, et in capitibus corbellorum qui erunt supra idem tabulamentum sculpentur capita. Et cum rex sciverit custum ejusdem camere, illud reddi faciet.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Oxonie quod Radulfo filio Nicholai, custodi terre et heredis Osberti Giffard et Alicie Murdac, de hominibus tenentibus de predicto herede in manerio de Dadington', quod

1249.

aliquando fuit dominicum predecessorum regis regum Anglie, racionabile tallagium habere faciat. Teste ut supra.

Pro regina de quadam custodia.—Mandatum est Hugoni Passelewe, custodi terrarum que fuerunt B. de Insula, quondam comitis Devonie, quod faciat habere fratri W. de Tharent', ad opus regine, custodiam omnium terrarum que fuerunt Hugonis Peverel de Ermington', cum omnibus exitibus medio tempore perceptis, que ad regem pertinet racione custodie terre et heredis predicti comitis in manu regis existentis, cui rex concessit custodiam illam, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem heredis predicti Hugonis. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Marcii.

De fustis liberandis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod in bosco regis de Digerl' faciat habere Magistro Gerardo, carpentario regis, xxv. fusta ad turrim Judeorum in castro regis Wintonie aggistandam. Teste ut supra.

Pro Horesia filia David'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Devonie quod de quatuor solidatis terre, que fuerunt Horesie filie David', quas ceperunt in manum regis eo quod alienate fuerunt de serjancia regis de Sciredun', ut dicitur, predicte Horesie eandem qualem prius habuit habere faciant seisinam, ita tamen quod ad mandatum regis veniat coram rege, vel hiis quos rex ad hoc assignaverit, responsura de alienacione predicta. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Chamberleng'.—Rex dedit Willelmo le Chamberlenc, valletto suo, terram que fuit Galfridi de Cheldingwod', qui utlagatus est pro homicidio, et que est eschaeta nostra racione custodie heredis B. de Ripariis, quondam comitis Devonie, habendam eidem Willelmo usque ad legitimam etatem predicti heredis. Et mandatum est Hugoni Passel' quod eidem Willelmo de predicta terra plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Marcii.

De terris capiendis in manum regis.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod capiat in manum regis omnes terras et tenementa cum pertinenciis, que Johannes Launcelevee quondam tenuit in Braundeston', tam in dominico quam in servicio, et que rex in curia sua recuperavit versus predictum Johannem, ut jus et escaetam regis de terris Normannorum, per defaltam Hamonis de Crevequor et Matillidis uxoris ejus, quos idem Johannes vocavit ad warantum, et qui ei warantizaverunt, et quas terras et que tenementa Ricardus Guroyl nuper in curia regis coram rege apud Clarendon' recuperavit versus regem per consideracionem ejusdem curie. Et omnes terras illas et tenementa cum pertinenciis, excepta terra illa quam Alanus Burnel de eadem terra [tenet], salvo custodias (*sic*), ita quod aliquis ibi manum non apponat, donec aliud preceptum a rege inde habuerit. Teste ut supra per W. Wintoniensem episcopum et H. de Bathonia.

1249.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex concessit Willelmo de Valencia, fratri suo, x. marcas de villata de Hertford', et xv. marcas de maneriis de Esinden' et Beyford', ad quas nuper talliata fuerunt; et mandatum est vicecomiti Hertford' quod predictum tallagium eidem fratri regis habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium x. die Marcii.

Pro priore de Lenton'.—Mandatum est Roberto de Ros quod in rifflato de Notingham sub cooperto foreste de Shirewode permittat priorem de Lenton' facere sufficientem quareram, et in ea petram fodere, ad fabricam ecclesie sue de Lenton'. Teste ut supra.

Pro comite Albe Marlie.—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Eboraci quod Willelmo de Fortibus, comiti Albe Marlie, racionabile tallagium habere faciat de hominibus suis de eo tenentibus in manerio de Poclinton', quod aliquando fuit dominicum regis. Teste ut supra.

Pro Amicia, comitissa Devonie.—Rex concessit Amicie, comitisse Devonie, quod justiciarii ad custodiam Judeorum assignati nullam districtionem fieri faciant super terras que fuerunt Radulfi de Aumerl', et sunt in custodia ipsius comitisse, pro aliquibus debitis que idem Radulfus debebat in Judaismo, usque ad etatem heredis predicti Radulfi. Et mandatum est predictis justiciariis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Isabella de Bruys.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod Isabelle de Bruys racionabile tallagium habere faciat de hominibus suis de ea tenentibus in maneriis de Writel' et Haffeld', que aliquando fuerunt dominicum regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex concessit Willelmo de Valencia manerium de Drax cum pertinenciis, quamdiu regi placuerit; et mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Ebor' quod de predicto manerio cum pertinenciis predicto Willelmo plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Marcii.

De execucione testamenti G. de Wulward'.—Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod permittat executores testamenti Galfridi de Wuleward' habere liberam administracionem de omnibus catallis bonis et possessionibus que fuerunt ipsius Galfridi in balliva sua, ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod satisfacient regi de debitis, si que idem Galfridus regi debebat. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Marcii.

De ponendo per ballium.—Jordanus forestarius, captus et detentus in prisona regis Eboraci pro morte Walteri de Halmeby, unde appellatus est, habet breve vicecomiti Eboraci quod ponatur per ballium. Teste etc.

De quodam obside.—Mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie, quod si quidam obses, diu detentus in prisona regis apud

1249.

Cestriam, quem D. filius Lewelini, quondam principis Norwall', dedit regi in obsidem, ut dicitur, datus fuerit regi obses pro ipso D., ut predictum est, tunc ipsum a prisona regis qua detinetur deliberari faciat, accepta ab eo securitate quod decetero fideliter stabit ad fidem regis. Teste ut supra.

De denariis liberatis in garderoba.—Petrus le Blund', constabularius Turris Lond', liberavit in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, triginta libras die Sabbati in crastino Sancti Gregorii apud Westmonasterium, per preceptum regis, de exitibus tallagii quod communitas Anglie regi debet; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Petrum de predictis triginta libris quietum esse faciant. Teste rege ut supra.

De terris capiendis in manum regis.—Rex vicecomiti Suff'. Precipimus tibi quod tresdecim acras terre et dimidiam et duas acras prati et dimidiam cum pertinenciis in Brandeston', quas Simon de la Salt, Ricardus capellanus, Willelmus de Keniton', Ricardus de Brandeston', et Basilla que fuit uxor Walkelini de Keniton', tenuerunt de terris Normannorum, et quas Ricardus Guryl in curia nostra per surrepticionem ejusdem curie, ut dicitur, recuperavit versus eosdem Simonem, Ricardum, Willelmum, Ricardum, et Basillam, per defaltam quam fecerunt in eadem curia versus eundem Ricardum, in manum nostram capias et salvo custodiri facias, donec aliud a nobis receperis mandatum. Teste ut supra.

Pro Thoma de Lascell'.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod demandam quam facit per summonicionem Scaccarii Thome de Lascell' de pluribus scutagiis, ponat in respectum usque a die Pasche in unum mensem; et averia sua hac occasione capta interim deliberet. Teste ut supra.

De galeys exkippandis.—Mandatum est custodibus galearum regis de Sandwico quod permittant vicecomitem regis Kancie exkippare galeas regis, sicut rex ei injunxit, ita quod rex eas mittere possit pro negociis regis quo rex voluerit. Teste ut supra.

[m. 11.] *Pro Nicholao de Eyvill' et Claricia uxore ejus.*—Quia Nicholaus de Ore tenuit de Nicholao de Eyvill' et Claricia uxore ejus feodum dimidii militis cum pertinenciis in Culing', quod vicecomes Kancie cepit in manum regis; et mandatum est predicto vicecomiti quod ipsis Nicholao et Claricie de custodia illius feodi dimidii militis plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Marcii.

De damis datis.—Mandatum est R. Passelewe, archidiacono Lewensi, quod faciat habere W. de Ferrariis, comiti Dereb', x. damas et quinque damos, de dono regis, in foresta de Geytinton'; et eos capi faciat ubi viderit expedire, et ad minus nocumentum foreste regis. Teste ut supra.

1249.

De galiis liberandis.—Mandatum est ballivis de Sandwico quod cum galie regis fuerint preparate, illas eskippari faciant et liberari Alano Burnel, servienti regis, ducendas quo rex ei injunxit. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Marcii.

Pro Philippo de Sechevill'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod unum denarium quem Johannes de Cantuaria, quondam nuncius regis, percipere consuevit de ballivo de Havering', et alium denarium de vicecomitibus regis London', de elemosina regis constituta, faciant habere Philippo de Sechevill', nuncio regis, ad se sustentandum, de dono regis. Teste ut supra.

De ponenda per ballium.—Avicia que fuit uxor Johannis le Cordewaner, capta et detenta in prisona regis pro morte predicti Johannis, unde rettata est, habet breve vicecomiti Noting' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Henrico de Paris'.—Mandatum est maiori et vicecomitibus London' quod Henrico de Paris', qui est in ecclesia Sancti Martini juxta Ludgat' pro morte Alexandri Spigun, unde rettatus dicebatur, permittant exire et venire ad pacem regis, ita tamen quod inveniat eis plegios quod stabit inde recto coram justiciariis regis ad primam assisam cum ad Turrim London' venerint, si quis versus eum inde loqui voluerit, quia rex remisit id quod ad ipsum pertinet de morte illa. Teste ut supra.

De pisce capiendo.—Rex mittit vicecomitem Stafford' ad vivaria de Stafford' ad capiendum in eis xxx. lucios, l. bremias, et c. tenchias ; et mandatum est Willelmo Wymer, custodi predictorum vivariorum, quod ipsum ad hoc admittat, et piscem predictum in eis capi permittat, et consilium et auxilium ad hoc eis (*sic*) impendat. Teste rege apud Westmonasterium xxiij. die Marcii.

Pro Hugone del Perer.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Bedef' fieri precepit, quod terra que fuit Stephani del Perer in Risle, qui utlagatus fuit propter latrocinium, extitit in manu regis per annum unum et unum diem, et quod idem Stephanus terram illam tenuit de Thoma del Perer, patre Hugonis del Perer, cujus heres ipse est, mandatum est predicto vicecomiti quod eidem Hugoni de predicta terra plenam seisinam sine dilacione habere faciat. Teste ut supra.

Pro sororibus de Rowell'.—Mandatum est Roberto Passel', archidiacono Lewensi, quod faciat habere sororibus de Rowell' sex quercus ad domos suas construendas, de dono regis, ita quod capiantur ubi melius viderit expedire et ad minus nocumentum foreste regis. Teste etc.

Pro Petro de Geneve.—Mandatum est justiciario Hybernie quod per sacramentum proborum et legalium hominum, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquirat si servicium Willelmi Badleu tantum assignatum fuit per extentores terrarum que fuerunt Walteri

1249. de Lascy ad custodiam castri de Trum, ita quod homagium ipsius Willelmi remansit Petro de Geneve in propartem suam, racione uxoris sue, unius heredum ipsius Walteri. Et si per inquisicionem illam ei constiterit quod servicium prefati Willelmi ad custodiam prefati castri tantum fuit assignatum, et quod homagium ipsius Willelmi remansit predicto Petro, sicut predictum est, tunc eidem Petro custodiam terre et heredis ipsius Willelmi habere faciat, ita quod prefato castro servicium inde fieri faciat memoratum. Teste rege apud Westmonasterium xxvj. die Marcii.

Pro Henrico de Hybernia.—Rex perdonavit Henrico de Hybernia sectam pacis sue que ad eum pertinet de morte Alexandri Spygun, quem se defendendo interfecit. Et ideo non est justum quod maiori et vicecomitibus Lond' plegios exhibeat. Et mandatum est eisdem maiori et vicecomitibus quod ipsum Henricum quietum esse permittant, non obstante priori mandato regis predictis ante pacem regis ei concessam super hoc directo. Teste ut supra.

De denariis solutis in garderoba.—Johannes de Berton' et Augerus le Rus solverunt in garderoba regis Petro Chaceporc', custodi ejusdem garderobe, decem marcas pro vinis regis que emerunt apud Bernewell'; et mandatum est vicecomiti Cantebr' quod ipsos pro predictis denariis decetero non distringat. Teste ut supra.

Pro Willelmo Russell.—Quia rex scit per testimonium rotulorum H. de Bathonia quod Willelmus filius Willelmi Russel finem fecit cum Willelmo de Horset' per centum solidos pro quadam transgressione, et quod finis ille predictum Willelmum, patrem suum, non tangebat, mandatum est vicecomiti Cantebr' et Huntedon' quod districcionem quam facit super predictum Willelmum, patrem suum, pro predictis centum solidis non exequatur. Teste ut supra.

De galiis preparandis.—Mandatum est Willelmo Beufiz quod per visum Alani Burnel, servientis regis, Henrici Buchard, Pagani le Palmer, Nicholai le Blund, et Bricii le Palmer, de denariis regis qui sunt in custodia sua preparari faciat galias regis, et bene eskippari armamentis et bonis marinellis. Et cum rex sciverit quantum ad hoc posuerit, breve suum de Allocate ei inde habere faciet. Teste rege apud Westmonasterium xxviij. die Marcii.

De bestiis capiendis.—Rex mittit Robertum de Suninges cum canibus haireiciis usque ballivam Johannis de Venoiz, ad capiendum in ea x. bestias ad opus regis contra instans Pascha; et mandatum est predicto Johanni quod ipsum ad hoc admittens, consilium et auxilium ei impendat ad ipsas capiendas et cariandas usque Westmonasterium; quarum cariagium rex ibidem faciet acquietari. Teste ut supra.

Rex mittit Reginaldum le Rus et Robertum de Stopham, vadlettos regis, usque Havering', ad capiendum in parco regis ibidem x. bestias contra instans Pascha; et mandatum est ballivo de Havering' quod ipsos ad hoc admittat, et consilium et auxilium eis impendat. Teste ut supra.

1249.

De ponendo per ballium.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Norf' fieri precepit, quod Alexander de Waketon', captus et detentus in prisona regis Norwici pro morte Galfridi de Washam, unde rettatus est, rettatus est de morte illa odio et atya, et non eo quod inde culpabilis sit, mandatum est predicto vicecomiti quod ponat ipsum per ballium. Teste ut supra.

De execucione testamenti Johannis de Baiocis.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatu Linc' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Johannis de Baiocis de debitis regi solvendis ad Scaccarium suum, si que regi debebat, ipsos executores de bonis ipsius defuncti liberam permitta[n]t habere administracionem, ad execucionem testamenti predicti inde faciendam. Teste ut supra.

Idem mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Dors'. Teste ut supra.

De pluribus ponendis per ballium.—Oliverus de Kilchampton', Thomas de Alledon', Nicholaus Molendinarius, Andreas le Berker, Gilbertus Cocus, Nicholaus de Bigedon', Joel Wytag', et Willelmus de Chansi, capti et detenti in prisona regis de Lansaveton' pro morte Galfridi de Pigesdon', unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Cornubie quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De execucione testamenti Gilberti de Saunford'.—Rex Henrico de Wengham, salutem. Mandamus vobis quod permittatis executores testamenti Gilberti de Sanford' liberam habere amministracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Gilberti, ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod de primis bonis nobis satisfacient de debitis, si que nobis debuit idem Gilbertus. Teste rege apud Westmonasterium quinto die Aprilis.

Pro Cristina que fuit uxor Ricardi de Cuthecumb'.—Rex vicecomiti Suht', salutem. Scias quod dedimus Cristine que fuit uxor Ricardi de Cuthecumb', suspensi pro felonia, id quod ad nos pertinet de terra que fuit predicti Ricardi, racione ejusdem suspencionis; et ideo tibi precipimus quod ei inde sine dilacione plenam seisinam habere facias. Teste ut supra.

De quarreatore inveniendo.—Mandatum est Edwardo filio Odonis de Westmonasterio quod faciat habere Reginaldo de Cobeham quendam quarreatorem ad inveniendum ei lapides ad portam castri Roffe reparandam. Teste ut supra.

Pro priore de Landa.—Mandatum est Roberto de Ros [Passel' *cancelled*] quod habere faciant priori de Land' quinquaginta cheverones in bosco suo infra forestam regis de Shyrewod' ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Merleberg' quod faciant habere Robergie uxori Roberti filii Pagani unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

1249.

Pro Rogero de Mortuo Mari.—Rex memoriter tenet nuper mandasse J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod non disseisiret aliquem heredum W. Marescalli, quondam comitis Penbr', de terris eisdem heredibus proporcionaliter assignatis, de hereditate que fuit dicti comitis in Hybernia, nec ipsos distringeret ad aliquam recompensacionem alicui faciendam de predictis terris, donec aliud a rege receperit in mandatis ; et quia, post suscepcionem litterarum regis, disseisivit Rogerum de Mortuo Mari de quibusdam terris ipsum contingentibus de hereditate predicti comitis, sicut rex audivit, mandatum est dicto J. quod dicto Rogero eandem qualem prius habuit seisinam habere faciat, et eundem in eadem seisina manuteneat, donec aliud a rege receperit in mandatis. Teste etc.

Pro Roberto de Quency et Elena uxore ejus.—Quia rex talliari fecit dominica sua, mandatum est vicecomiti Essex' quod habere faciat Roberto de Quency et Elene uxori ejus racionabile tallagium de hominibus de eis tenentibus in manerio de Writel', quod aliquando fuit dominicum regis. Teste rege, Petro Chaceporc et Thome de Newerc.

De ponendis per ballium.—Ricardus Bryd', Johannes filius ejus, et Willelmus filius Willelmi Thurkyl [habent breve regis de *cancelled*], capti et detenti in prisona regis de Huntedon' pro morte Nicholai de Flegg', unde rettati sunt, habent breve regis vicecomiti Hunted' quod ponantur per ballium. Teste rege apud Merton' xj. die Aprilis.

De ponendo per ballium.—Willelmus Hamich', captus et detentus in prisona regis de Cantebr' pro verberacione Cecilie uxoris Edmundi Strut, unde idem et Cecilia ipsum appellant, habent (*sic*) breve regis vicecomiti Cantebr' quod ponantur (*sic*) per ballium. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Plessetis.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod de tota terra que fuit Rogeri de Monte Canisio in Stansted', in cujuscumque manu extiterit, sine more dispendio plenam seisinam habere faciat Willelmo de Plessetis, cui concessit rex custodiam terre et heredis predicti Rogeri, omnes ejusdem terre occupatores penitus amovendo, et ipsum Willelmum in pacifica seisina sua manutenendo. Et ita se gerat in hoc mandato regis exequendo ne pro defectu ejus graviter rex se capiat ad ipsum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni filio Nigelli, forestario regis de Brehull', quod in foresta regis de Brehull' faciat habere Aymaro de Lezygnan viginti quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est constabulario de Merleberge quod in vivario regis de Merleberge faciat habere Aymaro de Lezygnan' sex bremias, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne Bone.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, et thesaurario regis parcium illarum, quod de

1249. thesauro regis Hybernie faciat habere Johanni Bone ducentas et viginti quatuor libras et quatuordecim solidos pro centum magnis lestis allecis, et septem ab eo emptis ad opus regis, de quibus quinquaginta leste liberate fuerunt in lardario regis apud Westmonasterium, et quinquaginta et septem posite fuerunt apud Novum Templum Lond' ad elemosinas regis faciendas. Teste rege ut supra.

Pro mercatoribus Wasconie.—Mandatum est justiciario Hybernie quod si ei constiterit quod Fulco de Castro Novo fidejussores constituerit Martinum Kech', Johannem le Flemeng, et alios burgenses de Tristerdermod versus Willelmum Dornum et Jordanum Johannis, mercatores Wasconie, de xij. saccis lane eis reddendis, de quibus idem Fulco, dum superstes erat, eis satisfecit de quatuor saccis, et predicti burgenses post mortem dicti Fulconis de residuis viij[to] saccis lane, pro lxv[que] marcis eisdem mercatoribus pro predicto Fulcone satisfecerint, ut dicunt, tunc de cc. marcis, quas Ebulo de Geneve regi solvit per annum de exitibus terrarum que fuerunt Roberti de Mariscis et Walteri de Rydelesford', que fuerunt in custodia predicti Fulconis, dictam pecuniam dictis burgensibus reddi faciat. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Aprilis.

De quercu data.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod in foresta regis de Windles' faciat habere priorisse et monialibus de Ankerwik' unam quercum ad faciendum quendam batellum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico filio Ricardi de Percy.—Rex concessit per cartam suam Henrico filio Ricardi de Percy, quod ipse et heredes sui imperpetuum habeant unum mercatum singulis septimanis per die (*sic*) Martis apud manerium suum de Setel', et quod habeant ibidem unam feriam singulis annis duraturam per tres dies, videlicet in vigilia in die et in crastino Sancti Laurencii, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi mercatum et feriam pertinentibus, nisi mercatum illud et feria illa fuit ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum ; et mandatum est vicecomiti Eboraci quod predictum mercatum et feriam in pleno comitatu suo legi et decetero firmiter teneri faciat. Teste ut supra.

Pro Elena que fuit uxor Johannis de Cancell'.—Mandatum est Henrico de Wengham et vicecomiti Norht' quod medietatem omnium catallorum que fuerunt Johannis de Cancell', et que Elenam que fuit uxor ejusdem Johannis contingit de parte sua, una cum tercia parte alterius medietatis catallorum que fuerunt prefati Johannis, quam prefate uxori ejus legavit in ultima voluntate sua, eidem Elene integre sine dilacione habere faciant, ne super hoc iteratus clamor ad regem perveniat, pro quo oporteat ipsum ad hoc aliter manum correccionis apponere. Teste ut supra.

De galiis eskippandis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de exitibus comitatus sui faciat habere sine dilacione Alano Burnel denarios ad galias regis exkippandas. Et cum rex sciverit quantum

1249.

ei ad hoc liberaverit, breve suum de Allocate inde ei habere faciet. Teste ut supra.

Rex Roberto Passel' [*unfinished*].

De bosco scindendo.—Mandatum est Roberto Passel' quod per visum legalium hominum scindi faciat boscum monialium de Campeseye de Dyham, ita quod ex utraque parte vie latus transitus appareat et securus, et dicte moniales boscum prostratum habeant, et inde faciant quod voluerint. Teste ut supra.

De execucione testamenti Ricardi de Saunford'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Salop' quod permitta[n]t executores testamenti Ricardi de Saunford' liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Ricardi, ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod quod (*sic*) regi satisfacient de debitis, si que idem Ricardus regi debuit. Teste ut supra.

[m. 10.] *De clericis liberandis.*—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod omnes clericos ordinatos qui sunt in prisonis regis de Norwico et Gyppewico, vel alias in ballia sua, liberet officiali Norwicensis episcopi, nomine ipsius episcopi, una cum terris et catallis suis in quorumcumque manibus fuerint, ita quod idem episcopus inde regi respondeat, si ad regem pertineant. Teste rege apud Westmonasterium xxiij. die Aprilis.

De archiepiscopo Rothomagensi memorandum.—Memorandum quod Odo Rygaut, archiepiscopus Rothomagensis, venit coram rege apud Westmonasterium die Sabbati in crastino Sancti Georgii anno etc. xxxiij°, et fidelitatem regi fecit et sacramentum prestitit quod fidelis erit regi et heredibus suis, et si humanitus de rege contingat herede suo infra etatem existente, eandem fidelitatem servabit domine regine, custodi predicti heredis usque ad legitimam etatem predicti heredis. Teste ut supra.

De pannis ad opus regis.—Mandatum est ballivis de Staunford' quod, sicut se et omnia sua diligunt, sine dilacione faciant habere Willelmo de Plessetis ad opus regis sex pannos de scarletto, xij. de burnetto, et xij. de bludo de villa sua, ad liberacionem suam supplendam contra instans festum Pentecostes. Et cum rex custum inde sciverit, illud eis in firma ville sue faciet allocari ad Scaccarium suum. Teste ut supra.

De provisione boum et multonum.—Mandatum est Henrico, carnifici de Wyntonia, quod provideat ad opus regis de quinquaginta bobus et L[a] multonibus grassis et x. braonibus, ita quod ipsos promptos habeat, sicut se ipsum et omnia que habet diligit, regi mittendos quando rex pro eis miserit; et rex, cum sciverit custum, illud ei reddi faciet. Teste ut supra.

1249.

Pro priore de Chartus'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit quod terra prioris Chartus' in Menedep [Henton' *cancelled*] est extra regardum, quamvis sit infra metas foreste regis, mandatum est baronibus de Scaccario quod districcionem quam faciunt per summonicionem Scaccarii pro regardo de terra predicta penitus remittant. Teste ut supra.

Pro priore et canonicis de Finnesheved'.—Rex concessit priori et canonicis de Finnesheved' et eorum successoribus inperpetuum quod una cum assarto illo undecim acrarum, quod habent de concessione regis, habeant unam acram et dimidiam et unam rodam que per extentam de eisdem xj. acris factam easdem undecim acras excedere reperiebantur, quietas de regardo, vasto, et de omni consuetudine et demanda; et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et irrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Ernaldo Cotin.—Rex concessit Ernaldo Cotin, vadletto regis, quod terram quam tenet de ballio regis in insula Oleron' dimittere possit ad firmam usque in sex annos completos; et mandatum est S. de Monte Forti, comiti Leic', quod sic fieri permittat. Teste ut supra.

Pro archiepiscopo Rothomagensi.—Mandatum est Willelmo Gulafr' quod quinquaginta marcas, que restant solvende de firma manerii de Kylum, habere faciat archiepiscopo Rothomagensi, de dono regis. Teste ut supra.

Pro magistro Willelmo salsario.—Rex concessit magistro Willelmo, salsario regine, quinque marcas, ad quas homines de manerio de Brechton', quod idem magister habet de ballio regis, talliati fuerunt, et mandatum est baronibus de Scaccario quod eidem magistro predictas v. marcas hac vice habere faciant, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xxvij. die Aprilis.

Pro archiepiscopo Rothomagensi.—Mandatum est H. de Wengham et coeschaetori suo in comitatu Suht' quod inquirant diligentur quos exitus perceperunt de manerio de Buterworth' (*sic*) post consecracionem O. Rotomagensis archiepiscopi, et id quod de predictis exitibus in manu habuerint, liberent eidem archiepiscopo, de dono regis. Et rex illud eis, cum sciverit summam, faciet allocari. Super hoc autem quod inde liberaverint ad Scaccarium regis regi certificent. Teste ut supra.

De escaetore substituendo.—Quia rex non vult quod Willelmus le Rus decetero intendat officio escaetarie sue una cum Henrico de Wengham in comitatu Norff', rex substituit Willelmum de Stalham una cum predicto Henrico ad excaetas suas in comitatu predicto custodiendas; et mandatum est vicecomiti Norff' quod in presencia dicti Henrici recipiat sacramentum ab ipso Willelmo de Stalham de excaetis regis et hiis que ad excaetas regis pertinent fideliter custodiendis. Teste ut supra.

Et mandatum est predicto Willelmo quod officio illi diligenter intendat. Teste ut supra.

1249.

Pro Roberto de Quarentom.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum, per quos rei veritas melius sciri poterit, extendi faciant terram Roberti de Quarentuem, que est vadium Jacobi filii Joscei, Vivi filii Isaac, Peytevini de Bedeford', et Isaac filii Peytevini, Judeorum Norht', quantum valeat per annum in omnibus terre exitibus, et secundum valorum ejusdem terre et quantitatem debiti in quo predictis Judeis tenetur, racionabilem finem et racionabiles terminos predicto Roberto habere faciant. Teste ut supra.

Pro episcopo Herefordensi de mercato et feria.—Rex concessit per cartam suam quod P. Herefordensis episcopus et successores sui, episcopi Herefordenses, imperpetuum habeant unum mercatum singulis septimanis per diem Veneris apud manerium suum de Ledebur' North', et quod habeant ibidem unam feriam singulis annis, duraturam per tres dies, in vigilia in die et in crastino Decollacionis Sancti Johannis Baptiste, nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod predictum mercatum et feriam per totam ballivam suam clamari et decetero firmiter teneri faciat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Salop' de predicto mercato et feria clamandis ut supra.

Pro S. de Monte Forti, comite Leic'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam a vicecomite Suff' fieri precepit, quod manerium de Sprouton' est de feodo Leyc', mandatum est eidem vicecomiti quod S. de Monte Forti, comiti Leyc', cui rex concessit omnes terras Normannorum que sunt de feodo suo, de predicto manerio plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro comitissa Lincoln'.—Cum Margareta comitissa Linc', que fuit uxor W. Marescalli, quondam comitis Pembr', dotata sit de terris que fuerunt ipsius comitis quondam comitis (*sic*) viri sui in Hybernia, scilicet de tercia parte predictarum terrarum integra per consideracionem curie regis, et assumpta sit illa tercia pars unde dotata est de porcionibus hereditatis predicte contingentibus Willelmum de Vescy et Agnetem uxorem ejus, Reginaldum de Moun et Isabellam uxorem ejus, Johannem de Moun et Johannam uxorem ejus, Agatham de Ferr', que est in custodia regis, Rogerum de Mortuo Mari et Matillidem uxorem ejus, unde prenotati participes suis porcionibus penitus sunt destituti, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario regis Hybernie, quod omnes terras castra et omnia tenementa cum feodis omnibus pertinentibus, que fuerunt predicti comitis Marescalli in Hybernia, de quibus idem comes fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, excepta dote predicta que integra remaneat, partiri faciat sine omni dilacione per convenientes porciones inter omnes heredes predicti comitis Marescalli, ita quod unusquisque predictorum heredum secundum legem et consuetudinem terre Hybernie, et secundum magis et minus, suam habeat porcionem, eatenus se habens in hac divisione hereditatis et porcionum assignacione quod nulli predictorum heredum derogetur, et rex ipsum inde habere debeat merito commendatum; nec hoc

1249.
mandatum regis exequi pretermittat occasione alicujus mandati regis quod ei inde prius direxerit. Teste ut supra.

Pro N. quondam Dunolmensi episcopo.—Mandatum est P. Chaceporc et Thome de Newerc, custodibus episcopatus Dunolmensis, quod si venerabilis pater N. quondam Dunolmensis episcopus recepit et tenuit sokas de Welleton', de Rykenhal', et de Clif et Herdewik' et Shotton', cum maneriis de Houeden', de Stocton' et de Esinton', tamquam menbra eorumdem maneriorum, ex assignacione provisorum suorum, que cepistis in manus nostras, ut dicitur, tunc ei seisinam suam sine dilacione rehabere faciatis. Et si quid inde ceperitis, id ei reddi faciatis. Teste rege apud Westmonasterium xxviij. die Aprilis.

Pro archiepiscopo Rothomagensi.—Quia rex cepit fidelitatem Odonis Rotomagensis archiepiscopi de manerio de Binterworth' in comitatu Suht' [Ebor' *cancelled*], et ei reddidit predictum manerium, mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo quod eidem archiepiscopo, vel ejus certo procuratori, de predicto manerio et eidem adjacentibus plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium xxv. die Aprilis.

Eodem modo mandatum est Thome de Stanford' et coeschaetori suo in comitatu Ebor', de manerio de Killum.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis in villa Sancti Albani quod faciant habere Laurencio de Sancto Albano unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xxix. die Aprilis.

Pro P. Herefordensi episcopo.—Rex concessit et licenciam dedit P. Herefordensi episcopo quod curare possit fossata circa civitatem regis Hereford', et pisces in ea ponere ad opus suum, quamdiu vixerit, salvis regi et heredibus suis medio tempore piscacionibus in eisdem; et mandatum est vicecomiti Hereford' quod ipsum episcopum sic facere permittat. Teste ut supra.

De pannis ad opus regis.—Mandatum est maiori et probis hominibus Linc' quod, sicut se ipsos diligunt, capi faciant ad opus regis in villa sua sex bonos pannos de scarlatto et quatuor bonos pannos de morretto in grano, et illos cariari faciant usque London' contra instans festum Pentecostes, liberandos ibidem W. de Plessetis, custodi garderobe regis. Et custum et cariagium dictorum pannorum, cum rex illa sciverit, eis in firma ville sue faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Theophania que fuit uxor Petri Dagun.—Rex concessit Theophanie que fuit uxor Petri Dagun quod de lx. doliis vini que recipiet per manum Willelmi de Monte Revelli pro debitis in quibus Bernardus de Bruce ei tenebatur, ex quibus recipiet xxx. dolia vini hoc anno, et xxx. dolia anno sequenti, nichil capiatur ad opus regis; et mandatum est camerario London' quod ipsam de prisa regis quo ad vina predicta quietam esse permittat. Teste rege apud Westmonasterium primo die Maii.

1249.

De ccc. marcis recipiendis et ponendis in firmacione ville et castri de Cardigan.—Rex constituit Johannem Blakeneye, Robertum Cayphas, Johannem Walensem et Willelmum Slebech', homines suos de Kardigan, ad recipiendum a Reso Juveni et Reso Cadugan' trescentas marcas, per quas finem fecerunt cum rege. Et mandatum est predictis Reso et Reso quod per visum et testimonium Roberti Walerand' predictas ccc. marcas prefatis hominibus regis solvant ad terminos ad quos illas regi solvere tenebantur ad Scaccarium. Et de solucione facta testimonii litteras ipsius Roberti Walerand' penes se capiant, et rex solucionem illam secundum tenorem earundem litterarum eis faciet allocari. [Et mandatum est predictis *cancelled.*] Teste ut supra.

Et mandatum est predictis Johanni, Roberto, Johanni et Willelmo, quod predictam pecuniam ab eis recipiant, et per visum ipsius Roberti de eadem pecunia ponant c. libras in firmacione ville de Cardigan, et alias centum libras in firmacione castri ejusdem ville. Teste ut supra.

Et mandatum est Roberto Walerand' quod operam diligentem apponat, ut memorata pecunia sagaciter recipiatur et fideliter expendatur, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Monte Revelli.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod de bonis assignatis ad debita Fulconis de Castro Novo acquietanda, pro maritagio ei in Hybernia a rege concesso, et quod postea rex dedit Ebuloni de Genevr', habere faciat Willelmo de Monte Revelli, vel ejus certo nuncio, octies xx. marcas, in quibus idem Fulco eidem Willelmo tenebatur, et quas rex ei solvere tenetur pro eodem. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Rex concessit abbati et monachis Westmonasteriensibus quod omnia assarta que ipsi et homines sui, exceptis comitibus baronibus, fecerunt infra forestas regis de boscis suis propriis, et que inposterum fient assensu regio, quieta sint inperpetuum de vasto et regardo et visu forestariorum, et omnibus que ad forestam et forestarios pertinent; et mandatum est Johanni de Cormayles quod libertates illas in bosco de Whatewiche, qui est Alani de Haweman, tenentis ipsorum abbatis et conventus, firmiter observari faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum est ballivo de Havering' quod in forinseco bosco de Havering' faciat habere Roberto Passelewe, archidiacono Lewensi, x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Henrico de Hasting'.—Rex concessit Henrico de Hasting' quod habeat tallagium quod Thomas de Staunford' et Willelmus de Axemue, clerici regis, assiderunt super homines maneriorum suorum de Osewardebec et Leyrton'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod tallagium illud ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro Petro filio Hascuill' de Nevill'.—Rex cepit homagium Petri filii et heredis Hasculfi de Nevill' de balliva quam idem Hasculfus

1249.

tenuit in foresta regis de Roteland'; et mandatum est Roberto Passel' quod eidem Petro de ballia illa plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro comitissa Lincoln'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod permittat Margaretam comitissam Linc', habere easdem libertates in omnibus terris suis, quas habet in dotem de hereditate W. quondam comitis Penbr', viri sui, in Hybernia, quas heredes ipsius comitis habent in terris suis eis proporcionaliter et jure hereditario assignatis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est Willelmo de Plessetis, camerario Lond', et Ernaldo Gerdun quod capi faciant apud London' unum dolium vini ad opus Godefridi de Lyston', custodis foreste de Windles', et illud liberent eidem Godefrido, de dono regis. Teste ut supra apud Westmonasterium vj. die Maii.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Benedicto Azonis et Willelmo de la Rochel', custodibus vinorum regis de Suhampton', quod sine dilacione capi faciant ad opus regis apud Suhampton' lxvj. dolia vini, et illa ballivis regis Suht' liberari faciant, carianda quo rex eis injunxit. Teste ut supra.

De denariis liberandis in garderobam.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod, sicut se ipsum diligit, solvat in garderobam regis in crastino Pentecostes lxxvij. libras, quas Rogerus filius Theobaldi, Henricus filius Roberti, Adam vinetarius, et Ranulfus de Blossevill', burgenses Norht', regi debent pro vinis regis eis venditis; et corpora predictorum debitorum habeat coram rege die predicto, ubicunque tunc fuerit in Anglia, ostensura quare dictos denarios non solverunt termino eis statuto. Teste ut supra.

Pro Alienora que fuit uxor Ricardi de Saunford'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Stafford' quod de terris et tenementis que fuerunt Ricardi de Saunford', que sunt in manu regis et in custodia sua, Alienore que fuit [uxor] predicti Ricardi racionabilem dotem suam faciat assignari. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod tallagium nuper assessum super manerium de Drax, cujus custodiam Willelmus de Valencia habet de dono regis, habere faciant eidem Willelmo, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passel' quod faciat habere Philippo Basset decem quercus in foresta regis de Cestrewaud' in Kingeswod', ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Norhampton'.—Mandatum est Ricardo de Munfichet quod permittat Robertum de Norhampton' extrahere iij^{or} quercus et lx. fusta de Husso a foresta regis Essex', que Andreas le Blund ei dedit in bosco suo, qui est infra metas ejusdem foreste, sine occasione cheminagii et impedimento. Teste ut supra.

1249.

De tallagio terrarum Godefridi de Craucumb'.—Rex illas xvj. libras et dimidiam marcam, ad quas homines qui fuerunt Godefridi de Craucumb' de Pydinton', Amenel, Pinnoksir', Pytene et Werne, nuper talliati fuerunt, assignavit ponendas per visum Hugonis Gargat', custodis predictorum maneriorum, in predictis maneriis instaurandis; et mandatum est vicecomiti Oxonie quod homines de predicto manerio de Pydinton' pro predicto tallagio decetero non distringat. Teste rege apud Westmonasterium ix. die Maii.

De vino dato.—Mandatum est W. de Plessetis, camerario London', et Ernaldo Geredun' quod capi faciant unum bonum dolium vini, et illud liberent Claricie uxori Galfridi de Childewik', de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passel' quod in foresta regis de Sappel' faciat habere Jeremie de Caxton' sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Windes' xj. die Maii.

De damis capiendis.—Rex mittit Willelmum Luvel et Warinum fratrem ejus usque ballivam Jacobi Hoes' ad capiendum in ea xv. damos contra instans Pentecostem; et mandatum est predicto Jacobo quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De pane contra Pentecostem.—Mandatum est ballivis Wintonie quod provideant quod rex habeat de villa sua in castro regis Wintonie in vigilia Pentecostes ad ultimum x. marcatas panis. Et de custo eis respondebitur ibidem. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Andevr' de quinque marcatis panis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis regis Suht' de quinque marcatis panis. Teste ut supra.

De compoto ponendo in respectum.—Quia Drogo de Barentin tanta corporis egritudine detinetur, quod coram baronibus de Scaccario non potest comparere ad computandum, mandatum est eisdem baronibus quod compotum suum ponant in respectum usque ad festum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Pro Johanna de Couiz.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Johanne de Couiz in Drewmeston', que est vadium Abrahe filii Salomonis, Judei de Merleberg', videlicet quantum valeat per annum in dominicis, redditibus, villenagiis, et omnibus aliis exitibus terre, et secundum valorem ejusdem terre et quantitatem debiti in quo predicto Judeo tenetur dicte Johanne racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciant. Teste ut supra.

Pro Laurencio de Wendleswrth'.—Eodem modo mandatum eisdem justiciariis de terra Laurencii de Wendlesworth' in Todenham et Pendesham, que est vadium Mossei Crespin, Judei Lond', et Isaac de Wygornia, Judei. Teste ut supra.

1249.

De ponendis per ballium.—Edwardus filius Thedulfi et Willelmus Aylwini, capti et detenti in prisona regis de Cocham pro morte cujusdam hominis extranei occisi in foresta de Windles', unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Berk' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Pro Petro, pistore regine.—Rex dedit Petro, pistori regine, mesuagium illud in Wintonia, quod fuit Johannis le Cuver, qui pro latrocinio excecatus fuit et ementulatus, tamquam eschaetam suam ; et mandatum est vicecomiti Suht' quod eidem Petro inde plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m. 9] *Pro Johanne de Bailol.*—Quia rex talliari facit dominica sua, mandatum est vicecomiti Linc' quod Johanni de Bailoll' racionabile talligium habere faciat de hominibus suis de eo tenentibus in manerio de Thorkeseya, quod aliquando fuit dominicum regis, et quod eidem Johanni et Deforguille uxori ejus fecit rex assignari in partem porcionis ipsam contingentis de comitatu Cestrie. Teste rege apud Windes' xij. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Eboraci quod faciat habere eidem Johanni racionabile tallagium etc. de manerio de Driffeud' etc. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod faciat habere eidem Johanni etc. de hominibus suis de Ludingeland' etc. Teste ut supra.

Pro abbate Westmonasteriensi.—Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod districcionem quam facit abbati Westmonasteriensi pro catallis que fuerunt Thome de Bray, fugitivi, ponat in respectum usque ad proximum adventum justiciariorum regis in comitatum suum, ut coram eisdem justiciariis discutiatur quis ipsa catalla debeat habere ; et si qua averia hac occasione ceperit, ipsa interim faciat deliberari. Teste ut supra.

Pro Matheo filio Galfridi.—Mandatum est ballivis de Lenn' quod, non obstante mandato regis quod eis fecit de non permittendis aliquibus navibus carcatis blado et aliis victualibus exire portum suum versus partes transmarinas extra regnum Anglie, permittant Matheum filium Galfridi cum navi sua, quam carcari fecit blado vino et aliis victualibus, portum suum libere et sine impedimento exire hac vice, et divertere quo voluerit ad faciendum inde comodum suum. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Johannes filius Willelmi Maleshuveres, captus et detentus in prisona regis apud Norht' pro morte Henrici Mannory, unde apellatus est, habet literas regis quod ponatur per ballium : et mandatum est vicecomiti Norht' [*unfinished*].

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod duos prisones, quos ballivi de Kingeston' ei liberabunt, recipiat et salvo custodiat, donec aliud rex ei preceperit. Teste etc.

1249.

Pro Philippo de Columbariis.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod si Philippus de Columbariis talliari consueverit maneria sua de Staweye et Chefdemunt, quando rex talliari fecit dominica sua, tunc ipsum ad presens de hominibus suis maneriorum predictorum racionabile tallagium habere faciat. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod habere faciat Roberto de Lacy, valetto regis, robam contra instans festum Pentecostes, sicut uni de aliis valettis suis. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est eidem Willelmo quod faciat habere dilecto et fideli suo Johanni de Munemuth', se quarto militum, robas contra instans festum Pentecostes, sicut pater ipsius Johannis percipere consuevit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex perdonavit dilecto fratri suo Willelmo de Valencia sexcies xx. et iiij. libras x. solidos et duos denarios et obolum de prestitis ei factis in magna garderoba regis, ut in robis et aliis ; et mandatum est Willelmo de Plessetis quod ipsum Willelmum inde quietum esse permittat. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Waltero de Neuport robam, scilicet tunicam et supertunicam, sicut uni de clericis Cancellarie regis. Teste ut supra.

De libris emendis et ponendis in capella de Windles'.—Rex Edwardo filio Odonis de Westm', salutem. Mandamus vobis quod emi faciatis duo antiphonaria cum impnario capitulari et collectario, et duo grad[u]alia cum tropario, et unum missale, duo psalteria, et unum breviarium de usu Sarisburiensi, et ea liberetis constabulario castri nostri Windes', ut per manum suam tradat ea capellanis nostris nove capelle nostre de Windes' deservientibus ad divina officia, per ea exercenda, ita quod iidem capellani eidem constabulario de librario illo respondeant. Et nos, cum custum illorum librorum sciverimus, illud vobis solvi faciemus. Teste rege apud Rading' xvj. die Maii.

Pro Johanne le Estereis.—Mandatum est ballivis de Lenn' quod, non obstante precepto regis eis directo quod non permitterent aliqua blada cariari extra regnum Anglie, permittant Johannem le Estereys abducere in duabus navibus centum treyas bladi una cum aliis mercimoniis in eis contentis. Teste rege ut supra.

Pro mercatoribus Alemannie.—Mandatum est eisdem ballivis quod cum Simon de Staver' et socii sui, mercatores Alemannie, pro mercimoniis suis blada receperint, licet inviti prefatos mercatores cum bladis suis et quatuor navibus hac vice libere et sine impedimento portum suum exire permittant, non obstante mandato regis quod non permitterent aliqua blada extra regnum Anglie abduci. Teste ut supra.

Pro Ricardo le Curteis.—Cum Ricardus le Curteys quandam duxisset in uxorem in Hibernia, et eidem post mortem suam reliquisset

1249.

in dotem quasdam possessiones et redditus in villa Bristolli, quam dotem ipsa mulier dimisit ad firmam Ricardo filio et heredi prefati Ricardi le Curteys pro xl. solidis annuis, et postea idem Ricardus junior mutuo cepit pecuniam in Judaismo, propter quod prefate possessiones et redditus capti sunt in manus Judeorum, tamquam vadium eorumdem, et quia vivente muliere cujus dos esse dinoscuntur non potuit idem Ricardus eos alicui pignori obligare, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod prefatas possessiones et redditus ab obligacione Judeorum deliberent, et eos prefato Ricardo tamquam firmario mulieris predicte restitui faciant. Teste ut supra.

De roba data.—Rex [mandat] Willelmo de Plessetis quod faciat habere Bertramo, ingeniatori, unam robam, de dono regis. Teste ut supra.

De profugis interrogandis.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod Robertum de Basing' et Johannem Verins, profugos pro homicidio et aliis malefactis, secundum consuetudinem civitatis Lond' in hustengo suo interrogari faciant, et inde fieri quod postea fuerit faciendum. Teste ut supra.

De bosco vendendo.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod per visum quatuor proborum et legalium hominum de Kocham et de Bray, vendi faciat vetera robora in boscis nostris ibidem, usque ad sumam xx. marcarum, et ipsas xx. marcas ponat in rogo quem ei rex injunxit apud Windes' facere. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Arnaldo de Say robam de panno decenti, de dono regis. Teste ut supra.

De Judeo residendo ad Scaccarium.—Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Sciatis quod volumus quod Aaron filius Abraham de Lond', resideat ad Scaccarium nostrum eisdem condicionibus quibus ibi residet Elias le evesque, Judeus; et ideo vobis mandamus quod ipsum ad residendum ibidem tanquam socium predicti Elie, sicut predictum est, admittatis. Teste ut supra.

Pro servientibus regis.—Mandatum est Ricardo Ruffo, clerico, quod de centum marcis quas thesaurarius et camerarii regis ei liberabunt faciat habere xij. servientibus regis Flandr' singulis eorum xliiij^or^ solidos, et xj. servientibus regis de Gannok' singulis eorum xl. solidos. Nomina servientium eidem Ricardo missa sunt litteris regiis interclusa. Mandatum est eidem Ricardo quod de eisdem centum marcis faciat habere Martino balistario et socio suo viginti marcas, et Egidio de Caumbray centum solidos super vadia sua. Et mandatum est eidem Ricardo quod non compellat aliquem predictorum servientium ad aliquid solvendum creditoribus suis de pecunia predicta. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Ricardo de Fontenay, Martino de Vivar', Thome de Sancto

1249.

Laudo, Martino balistario, et Martino socio ejus, Johanni Blome, Willelmo de Grantmolin, Willelmo de Rusham', Michaeli de Hedinel, Thome fratri ejus, Johanni de Turnay, Roberto de la Barre, Roberto de Marken', Persevallo, Simoni de Caleys, Celardo de Saumer et Jakemino de Cingham, cuilibet ipsorum, unam robam contra instans festum Pentecostes, de gracia regis. Teste ut supra.

Pro comite Cornubie.—Rex concessit R. comiti Cornubie quod de gracia sua habeat hac vice omnia amerciamenta que provenient de itinere justiciariorum comitatus Cornubie, et quod habeat similiter amerciamenta que provenient de hundredo de Lyfton' et civitate Exonie in justicia in comitatu Devonie, sicut ea habuit in ultimo itinere justiciariorum itinerancium in eodem comitatu Devonie. Et mandatum est Rogero de Thurkelby et sociis justiciariis itinerantibus in eisdem comitatibus quod predicta amerciamenta de comitatu Cornubie et de predicto hundredo et civitate ei habere faciant. Teste rege apud Rading' xvij. die Maii.

De panno mittendo.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod sine more dispendio mittat pannum de scharletto ad tunicam supertunicam et pallium cum scendallo ad opus cujusdam militis de Ispania qui nuper venit ad regem in nuncium. Teste rege apud Wintoniam xix. die Maii.

De fustis datis.—Mandatum est ballivo de Meleburn' quod in bosco regis de Meleburn' faciat habere custodi Pontis Cordi x. fusta ad quandam capellam super eundem pontem construendam. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Elye Munjoye, nuncio Ekemundrini de Burgo, robam, de dono regis. Teste ut supra.

De quercu data.—Mandatum est Ade de la More quod in foresta regis de Penber' faciat habere priori de Schireburn' unam quercum ad fenestras in camera regine faciendas ibidem, et unum robur ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Muscegros.—Rex concessit dilecto et fideli suo Roberto de Mucegros pro se et heredibus suis quod illas tres acras terre et dimidiam, quas idem Robertus assartari fecit in manerio suo de Cherleton', infra metas foreste regis de Selewod', imperpetuum teneat sibi et heredibus suis quietas de vasto, regardo, visu forestariorum et viridariorum, et de omnibus consuetudinibus et serviciis vel redditibus et omnibus aliis demandis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Robertum et heredes suos inde quietos esse faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod faciat habere dilecto et fideli suo Radulfo filio Nicholai juniori, duos cervos in foresta regis de Wirhal', de dono regis. Teste ut supra.

1249.

Pro Johanne Russel.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod, si Johannes Russel, captus et detentus in prisona de Neugat' pro transgressione facta Roberto de Chaur', clerico regine, invenerit eis securitatem de xx. marcis, reddendis eidem Roberto in proximo adventu regis Lond', tunc ipsum Johannem a prisona regis sine dilacione deliberent. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Willelmo [Johanni *cancelled*] de Plessetis quod faciat habere Johanni de Cormayles unam robam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Helmino de Estrich'.—Mandatum est ballivis de Lenn' quod permittant Helminum de Estrich' sine impedimento abducere quandam navem suam quo voluerit, quam carcari fecit blado et aliis mercimoniis in portu de Lenn'. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto de Ros quod in foresta regis de Langwath' faciat habere Ricardo Maunsel tres quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam xxvj. die Maii.

Pro Johanne filio Joscei.—Mandatum est justiciariis regis ad custodiam Judeorum assignatis quod terras et redditus Johannis filii Joscei infra Lond' et extra qui sunt vadia Benedicti Bonentfaunt, Peytevini de Wintonia, et Deulecresse filii Aaron, Judeorum, extendi faciant, quantum scilicet valeant in omnibus exitibus et proficuis terre et redditus, et secundum extentam illam, et quantitatem debitorum in quibus eisdem Judeis tenetur, ipsi Johanni racionabilem finem et competentes terminos habere faciant. Teste ut supra.

Pro Roberto Walerand'.—Quia manerium de Stanfordeham, quod dilectus et fidelis regis Robertus Walerand' tenet de ballio regis, non est de dominico regis, sed eschaeta regis de terris Normannorum, mandatum est baronibus de Scaccario quod tallagium dimidie marce quod assideri fecit super homines ejusdem manerii, eisdem hominibus remittatis et eosdem inde penitus quietos esse faciatis. Teste ut supra.

Pro quodam Judeo.—Rex vult quod Aaron filius Abrahe, Judeus Lond', resideat ad Scaccarium regis Judeorum, tamquam unus de justiciariis suis Judeorum; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum ad hoc admittant. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Nicholaus de Norton', captus et detentus in prisona regis de Bruges pro morte Thome de la Hull', unde appellatus est, habet literas regis quod ponatur per ballium directas vicecomiti Stafford'.

De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod in pleno comitatu et per assensum tocius comitatus sui eligi faciat quatuor coronatores in comitatu predicto de fidelioribus et discreciori-bus militibus ejusdem comitatus, qui prestito sacramento, sicut fieri

1249.

solet, ex tunc faciant et conservent ea que ad coronam regis pertinent in eodem comitatu ; et tales eos ad hoc eligi faciat qui ad hoc melius sciant et possint intendere ; et nomina illorum regi scire faciat. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Thome de Muleton' quod in foresta regis de Englewod' faciat habere dilecto et fideli regis Johanni de Bayloll' duos cervos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido Ravien et Roberto Benedicti.—Mandatum est ballivis de Lenn' quod permittant Galfridum Ravien et Robertum Benedicti de Witton' abducere duas naves vinis bladis, ad victualia nautarum tantum, et aliis mercimoniis oneratas, quo voluerint, non obstante mandato regis eis directo quod non permitterent aliqua mercimonia extra regnum regis abduci. Teste rege apud Wintoniam xxix. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passel' quod in foresta regis de Dereslegh' [Rokingh' *cancelled*] faciat habere Magistro Willelmo de Rupell' duas [bonas *cancelled*] quercus ad maeremium, ubi commodius capi possint ad opus ejusdem Magistri in eadem foresta, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Wodestok' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere dilecto fratri suo, Ademaro de Lezignan', sex dolia vini, de dono regis.

Pro Margeria de Rokesburg'.—Rex concessit Margerie de Rokesburg' quod terram illam quam tenuit in villa de Andevr', et quam dederat cuidam domui religiose, et quam ballivi de Andevr' ceperunt in manum regis ut dominicum regis, toto tempore vite ipsius Margerie teneat per idem servicium per quod illam prius tenuerat ; et mandatum predictis ballivis de Andevr' quod eandem terram eidem Margerie committant tenendam ut predictum est. Teste ut supra.

De cappa facienda.—Mandatum est Edwardo filio Odonis de Westmonasterio quod sine omni dilacione fieri faciat quandam cappam de rubeo samitto cum una nuscha argentea bene deaurata et cum tintunabulis (*sic*) in circuitu, et illam sine more dispendio ad regem mittat, ita quod illam offerre possit super magnum altare Sarisburie in primo adventu suo ibidem. Et cum rex sciverit custum, illud reddi faciet. Teste ut supra.

Pro Galfrido Dispensario.—Quia rex non vult quod Galfridus le Despenser distringatur ad sectas faciendas ad comitatum vel hundredum occasione terrarum que fuerunt Roberti Lupi, quarum custodiam dictus Galfridus habet de concessione regis, licet dictus Robertus ad eas teneretur in vita sua ; mandatum est vicecomiti Linc' quod de predictis sectis tam comitatus quam hundredorum eidem Galfrido usque ad legitimam etatem heredis predicti Roberti pacem habere permittat. Teste rege apud Wintoniam xxxj. die Maii.

1249.

De fustis captis ad operaciones regis.—Mandatum est custodi foreste de la Bere quod in eadem foresta faciat habere Magistro Gerardo, ingeniatori regis, xl. fusta ad maeremium, ad quandam cameram in castro Wintonie inde construendam. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste regis de Finkeleg' quod in eadem foresta faciat habere Magistro Gerardo, ingeniatori regis, xl. fusta ad maeremium, ad quandam cameram in castro Wintonie inde construendam. Teste ut supra.

De fustis extrahendis de bosco.—Mandatum est ballivo foreste de la Bere quod permittat Fratres Minores Suhampton' extrahere sex quercus, quas Nicholaus de Shirl' eis dedit in bosco suo qui est infra metas ejusdem foreste, sine impedimento et occasione cheminagii. Teste ut supra.

De passu de Auuelton'.—Rex vicecomiti Suht', salutem. Precipimus tibi quod [sine dilacione *cancelled*] boscum de Aulton' prope passum ejusdem bosci ex utraque parte vie succidi facias, ita quod latus sit ibi transitus, et boscum succisum vendas, et exitus illius ponas in usus operacionum castri nostri Wintonie. Teste rege apud Clarend' iij. die Junii.

De roba data.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod faciat habere Willelmo Bluet ad opus cujusdam filie sue que maritari debet, unam robam integram, scilicet tunicam, supertunicam et pallium, de viridi vel burnetto, cum penula de bissis et furrura competenti, de dono regis. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Willelmus de Mangrene [Winter *cancelled*], captus et detentus in prisona regis de Norwico pro morte Roberti Wynter, unde apellatus [est], habet breve regis vicecomiti Norf' directum quod ponatur per ballium. Teste etc.

Pro Magistro Roberto de Shardelawe.—Cum Magister Robertus de Shardelawe paratus sit solvere Aaron de Eboraco, Aaron filio Abrahe, Jacobo filio Florie, Elye de Bedeford', Matheo de London', Aaron le Blund', et Elye leveske, Judeis, singulis annis valorem terrarum suarum, que sunt vadia predictorum Judeorum pro debito quod eis debet, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terras predicti Magistri faciant extendi per probos et legales homines, et valore earumdem terrarum solvendo singulis annis eisdem Judeis per manum predicti Roberti, vel certi attornati sui, predictos Judeos faciant esse contentos, et hoc sicut predictum est irrotulari. Teste ut supra.

De tallagio assignato.—Rex assignavit tallagium, quod nuper assideri fecit super maneria de Pitten' et de Werne, que fuerunt Godefridi de Craucumb', ponendum per manus Hugonis Gargat, custodis predictorum maneriorum, ad ipsa maneria instauranda ; et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de predicto tallagio in nullo se intromittat. Teste ut supra.

1249.

De quercubus datis.—Mandatum est Avicie de Columbers quod in foresta regis de Cet faciat habere abbatisse de Werwell' xij. quercus ad maeremium, sparsim per loca ubi capi possint ad minus nocumentum foreste regis predicte, ad reparacionem domorum suarum, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 8.] *Pro Henrico et Gilberto de Hauvill'.*—Mandatum est vicecomiti Norht' quod distringat Simonem filium et heredem Alani de Maydewell', quondam vicecomitis regis Norht', per terras et catalla sua, ad reddendum Henrico de Havill' iiij. marcas, et Gilberto de Hauvill' duas marcas, que eis restant reddende de liberacionibus girofalconum regis, et quas predicto Alano rex fecit allocari. Teste rege apud Clarend' iiij. die Junii.

Mandatum est Avicie de Columbers quod permittat abbatissam de Werewell' capere xij. quercus sparsim per loca ad maeremium in bosco suo proprio, qui est infra metas foreste regis de Cet, ad reparacionem domorum suarum. Teste ut supra. [*Cancelled*, '*quia aliter superius.*']

De cervo et damis datis.—Mandatum est custodi Nove Foreste quod in eadem foresta permittat Amiciam, comitissam Devonie, capere sex damos et unum cervum, de dono regis. Teste ut supra.

De probatoribus recipiendis.—Mandatum est custodi gayole de Neugat' quod duos probatores [prisones *cancelled*] regis, quos vicecomes Kancie ei liberabit, in gayolam regis predictam recipiat et salvo custodiat, donec aliud inde rex ei preceperit. Teste ut supra.

De vinis emendis.—Mandatum est Benedicto Azon' de Suht' et Willelmo de Rupella, emptoribus vinorum regis, quod in villa sua emant ad opus regis sexcies xx. dolia vini, una cum vinis regis de prisa que sunt in custodia sua, et ea liberet ballivis Suht', carianda quo rex eis preceperit. Teste rege apud Clarend' vj. die Junii.

De urso mittendo regi.—Mandatum est maiori Norht' quod unum ursum quem habet ad opus regis per dilectum valettum suum Robertum de Mares, cum pro eo miserit rex, sicut se ipsum diligit, regi mittere non omittat. Teste ut supra.

De providencia ad opus regis.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod emat ad opus regis in balliva sua x. cignos, xij. pavones, v. braones, vij. porcos pingues, et ij. grues, provisuri (*sic*) quod cum rex pro eis miserit, omnia premissa prompta habeat, sicut se ipsum diligit. [Teste ut supra *cancelled.*] Et rex, cum sciverit custum omnium predictorum, ei faciet allocari. Teste etc.

Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod de x. cignis, xij. pavonibus, d. gallinis, cc. pulcinis, iij. millibus ovorum, vij. braonibus, ij. gruibus, et x. porcis pinguibus, sibi provideat, ubicunque ea in balliva sua perquirere possit, emenda ad opus regis, ita quod ea prompta habeat cum rex pro eis miserit. Et rex, cum sciverit custum etc., ei faciet allocari. Teste ut supra.

1249.

Mandatum est vicecomiti Surr' et Sussex' quod de x. cignis, xij. pavonibus, d. gallinis, cc. pulcinis, v. millibus ovorum, vij. porcis pinguibus, sibi provideat, ubicunque etc., ut supra. Et rex, cum sciverit custum, etc. faciet allocari. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Linc' quod de gruibus, heyruncellis, et butoribus, quantum perquirere poterit, et de uno urso, statim sibi provideat ad opus regis, ita quod ea prompta habeat, cum rex pro eis miserit. Et custum etc. ut supra.

Mandatum est vicecomiti Berk' et Oxon' quod de x. cignis, x. pavonibus, ccc. gallinis, ij. gruibus, vij. porcis pinguibus, pastis de grano, et v. braonibus, sibi provideat ad opus regis, ubicunque etc., ita quod ea prompta habeat etc. ut supra. Et rex, cum sciverit custum, ei faciet allocari. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Buk' et Bed' quod emat in balliva sua x. cignos, xij. pavones, d. gallinas, cc. pulcinos, iij. millenaria ovorum, vij. braones, duas grues, et x. porcos pingues, ita quod ea prompta habeat etc. ut supra. Et rex cum precium inde sciverit, ei faciet allocari. Teste etc. ut supra.

Mandatum est vicecomiti Cant' quod de xij. cignis, xij. pavonibus, iiij. gruibus, et de heiruncellis et butoribus, quantum perquirere poterit, sibi provideat ad opus regis, ita quod ea prompta habeat etc. Et rex cum scierit custum etc. faciet allocari. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod emat ad opus regis in balliva sua unum ursum pinguem, ita quod, sicut se ipsum diligit, promptum habeat cum pro ipso rex miserit. Et cum rex precium sciverit, ei faciet allocari. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod emat ad opus regis in balliva sua x. cignos, xx. pavones, d. gallinas, cc. pulcinos, iij. millenaria ovorum, v. braones, iiij. grues, et vij. porcos pingues, ita quod ea habeat prompta cum rex pro eis miserit etc. Et custum etc. ei faciet allocari. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomitibus Lond' et Middelsex' quod de decem cignis, xij. pavonibus, x. braonibus, xxv. bobus pinguibus, xxv. porcis pinguibus, l. multonibus, d. gallinis, ccc. pulcinis, v. milia (*sic*) ovorum, iij. gruibus, mille aucis pinguibus, et de uno urso, regi providea[n]t ad opus ipsius regis, ita quod ea prompta habea[n]t cum rex pro eis miserit. Et cum rex custum sciverit, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

De vinis regis vendendis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod per visum et testimonium proborum et legalium hominum de comitatu suo vendi faciat vina regis in balliva, nec permittat aliqua alia vina in balliva sua, donec vina regis vendantur, et denarios inde provenientes salvo custodiat, donec aliud inde rex ei preceperit. Teste ut supra.

De providencia panis.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod provideant sibi de xxv. libratis boni panis, iiij. scilicet ad denarium, ita quod eas habeant promptas cum rex necesse habuerit, et eis in firma ville sue faciet allocari.

Eodem modo mandatum est ballivis de Sancto Albano quod de x. marcatis boni panis regi providea[n]t, ita quod eas promptas

1249. habea[n]t ad liberandum servienti regis, quem pro eis miserit, et denarios illos eis competenter reddi faciet. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis de Kingeston' quod de quinque marcatis boni panis (*sic*), ita quod eas promptas habeant cum rex pro eis miserit. Et rex eis in firma sua faciet allocari. Teste etc.

Eodem modo mandatum ballivis de Waltham de l^{ta} solidatis panis boni; et rex denarios illos competenter reddi faciet. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum ballivis de Wycumb' de decem marcatis boni panis, ita quod promptas eas habeant etc. Et rex denarios illos ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis Hertford' de l^{ta} solidatis boni panis, ita quod eas promptas habeant etc. ut supra.

Eodem modo mandatum ballivis de Dunstapl' de v. marcatis boni panis, ita quod promptas etc. Teste ut supra.

De providencia boum, porcorum, et multonum.—Mandatum est Henrico le Matecrt (*sic*) de Wintonia quod de xxv. bobus pinguibus, et xxv. porcis pinguibus, l^{ta} multonibus pinguibus, et quinque braonibus sibi provideat, ita quod ea prompta habeat cum rex pro eis miserit; et precium eorundem ei reddi faciet. Teste ut supra.

De vinis emendis ad opus regis.—Mandatum est camerario regis Lond' quod de melioribus vinis que Lond' invenire poterit venalia emi faciat cc. et xl. dolia, et ea liberet vicecomitibus Lond', carianda quo rex eis preceperit, et si vina illa venalia non invenerit, apud Sanctum Botulfum, vel apud Sandwicum, vel alibi ubi melius viderint expedire, de predictis vinis regi provideat. Teste ut supra.

Mandatum est camerario regis Lond' quod apud Sandwick' emi faciat xx. dolia vini, et liberari vicecomiti Kancie, karianda quo ei rex precepit. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod habere faciat Willelmo de Bueles robas suas, sicut eas percipere consuevit. Teste ut supra.

De vinis reddendis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Suht' quod de vinis regis de empto que sunt in custodia sua, vel que empturi sunt in proximo, reddi faciant uxori Michaelis Pincerne duo dolia, Magistro Ricardo Coco unum dolium, Willelmo le Specer, maiori Wintonie, unum dolium, et Albino Blundo duo dolia, que ab eis nuper rex mutuo accepit, et ea liberent ballivis Suht', carianda usque Wintoniam ad opus eorundem. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod de duodecim bovatis terre cum pertinenciis in Fridaytorp, quas ad mandatum regis cepit in manum regis, occasione custodie terre et heredum Roberti de Chancy, quam Robertus de Crepping' habet de dono et concessione regis, priori de Kircham talem seisinam habere faciat, salvo jure cujuslibet, qualem de ea prius habuit, cum omnibus inde medio tempore perceptis. Teste ut supra. Quia predicta terra capta fuit in manum regis ad

1249. sugestionem predicti Roberti nulla inquisicione precedente. [*In margin*] Quia suggestum fuit regi quod Margeria Basset tenuit predictam terram de Roberto de Chancy per servicium militare, et eadem Margeria tenuit eandem terram de Roberto de Elkinton' ut idem prior dicit.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta regis de Blakemor' faciat habere Willelmo de Fortibus quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Germano scissore.—Rex concessit servienti suo, Germano scissori, custodiam terre et heredis Ricardi de Saunford', habendam et tenendam usque ad legitimam etatem predicti heredis, una cum maritagio ejusdem heredis ; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Salopie quod ei de predicta custodia plenam seisinam habere faciant, salva uxori predicti Ricardi racionabili dote sua de terra predicta. Teste rege apud Clarendon' viij. die Junii.

Pro Waltero de la Forde.—Rex concessit Waltero de la Forde quod in itinere justiciariorum in comitatu Sumers' hac vice habeat hanc libertatem, quod non ponatur in aliquibus assisis, juratis, vel recognicionibus ; et mandatum est justiciariis proximo itineraturis in comitatu predicto ipsum Walterum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere dilecto et fideli suo Johanni de Frethorn' unum dolium vini, de dono regis, quod per ballivos regis Suht' rex precepit acquietari. Teste ut supra.

Pro Johanna de Gouiz.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Johanne de Gouiz in Durewmeston', quam emit de Rogero de Esse, que est vadium Abrahe filii Salomonis, Judei de Merleberge, extendi faciant, videlicet quantum valeat per annum in dominicis, redditibus, villenagiis, et omnimodis exitibus terre, et secundum valorem ejusdem terre, et quantitatem debiti in quo predicto Judeo tenetur, eidem Johanne racionabilem finem et racionabiles terminos habere, et predicto Rogero et munimenta que prefatus Judeus ab eo habet pro predicto debito restitui faciant. Teste ut supra.

De cervis capiendis ad opus regis.—Rex mittit ad Aliciam de Columbariis Ricardum de Candevr' et Philippum de Candevr', mandans quod permittat eos capere tres vel quatuor cervos ad opus regis in balliva sua de Chet, ad mittendum eos regi usque Rading'. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Rex Roberto de Stopham, salutem. Precipimus tibi quod in bosco nostro de Graveling' facias habere dilecto et fideli nostro Henrico de Bathonia xij. robora ad focum suum, de dono nostro. Teste ut supra.

1249.

De ponendo per ballium.—Robertus Akerman, captus et detentus in prisona regis de Gyppewico pro morte Simonis filii Roberti de Semer', unde appellatus est, habet literas regis vicecomiti Suff' directas quod ponatur per ballium. Teste etc.

De honore Peverel commisso.—Rex commisit dilecto et fideli suo, Roberto le Vavasur, honorem Peverel cum omnibus pertinenciis tam in comitatibus Buk' et Bed' quam in aliis comitatibus quamdiu regi placuerit, ad respondendum inde ad Scaccarium regis; et mandatum est predicto vicecomiti quod in nullo quod ad predictum honorem pertinet in balliva sua decetero se intromittat, nec ulterius manum apponat. Teste rege apud Clarend' x. die Junii.

Eodem modo mandatum vicecomitibus Warr' et Leyc', Norht', Oxon' et Roteland'.

Pro Elizabeth que fuit uxor Ricardi filii Radulfi.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Devonie quod de terris que fuerunt Ricardi filii Radulfi, que sunt in custodia regis, et in manu regis, assignari faciant sine dilacione Elizabet que fuit uxor predicti Ricardi racionabilem dotem suam. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Robertus filius Roberti de la Lee, captus et detentus in prisona regis Lanc', unde rettatus est, habet literas regis directas vicecomiti Lanc' quod ponatur per ballium pro morte Ade fil' Johannis. Teste ut supra.

Martinus de Bodekesham et Nicholaus frater ejus, capti et detenti in prisona regis Cantebr' pro morte Nicholai Fleg, unde rettati sunt, habent literas regis vicecomiti Cantebr' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De tallagio prioratus Coventr'.—Ponatur in finem [in margin].—Rex tallagium quod Henricus de Wengham et coescaetores sui in comitatibus Warr' Leyc' et Glouc' super tenentes prioratus de Coventr' assideri fecerunt, remisit usque l^{ta} marcas; et mandatum est predictis Henrico et coescaetoribus quod, accepta securitate a monachis predicti prioratus de predictis l^{ta} marcis regi solvendis ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxxiij^{o}, tallagium predictum relaxent, ut predictum est. Teste rege apud Wherewell' xij. die Junii.

Pro Nicholao de Molis.—Mandatum est probis hominibus suis Suht' quod illas c. libras, in quibus regi tenentur de tallagio quod rex assideri fecit super villam suam, liberent Nicholao de Molis in partem recompensacionis arreragiorum suorum de tempore quo fuit senescallus Wasconie, et quas rex ei reddidisse debuit ad Scaccarium suum ad Natale Domini proximo preteritum, et non reddidit. Et cum ipsas ei liberaverint, rex breve suum de allocacione eis inde habere faciet. Teste ut supra.

Pro Rogero de Sumery.—Quia rex talliari fecit dominica sua, mandatum est vicecomiti Stafford' quod Rogero de Sumery faciat habere racionabile tallagium de tenentibus suis in manerio de Mere, quod tenet de rege ad feodi firmam. Teste ut supra.

1249.

Pro Isabella que fuit uxor Petri, pistoris regine.—Rex domum illam in Wintonia, que fuit Johannis le Cuver, qui pro felonia excecatus fuit et ementulatus, et quam rex concesserat in eschaetam suam Petro, pistori regine, tenendam ad vitam suam, concessit Isabelle que fuit uxor ipsius Petri, tenendam quamdiu vixerit, faciendo regi servicium inde debitum. Et mandatum est vicecomiti Suht' quod de predicta domo eidem Isabelle plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Windes' xvj. die Junii.

Pro comite Cornubie.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' et Dors' quod omnes denarios quos habere poterit de itinere justiciariorum itinerancium in comitatibus predictis, colligat et faciat habere dilecto et fideli regis R. comiti Cornubie, infra quindenam Sancti Michaelis, in recompensacionem debitorum in quibus rex ei tenetur, ita quod de eisdem denariis nichil liberet ad opus alicujus alterius occasione alicujus mandati regis ei dirigendi, et de denariis quos habere fecerit eidem comiti litteras ejus patentes penes se retineat, per quas rex scire possit quantum ei liberaverit. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Devonie. Teste ut supra.

De vinis capiendis.—Mandatum est ballivis de Sandwico quod illos quos Willelmus de Plessetis, camerarius Lond', et Ernaldus Geraud' mittent ad villam suam de Sandwico ad vina capienda ad opus regis ad hoc admittant, permittentes eosdem vina capere prout melius viderint expedire. Teste ut supra.

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum est custodi foreste de Wytlewod' quod in bosco regis de Pokesle faciat habere Roberto Passel' xx. copulas ad fabricam ecclesie sue de Swaneburn', de dono regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere priori et canonicis de Bradel', ubi corpus Margerie Biset sepelitur, unum dolium vini, de dono regis, ad faciendum inde anniversarium predicte Margerie, quod per ballivos Suht' rex precepit acquietari. Teste ut supra.

[m. 7.] *De eleccione prioris Coventr'.*—Rex eleccioni facte de fratre Willelmo de Brichwalton', monacho Coventr', in priorem ejusdem domus, adhibuit assensum et favorem ; et ideo mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Warr' et Leyc' et Glouc' quod de predicto prioratu et de omnibus terris et possessionibus ad predictum prioratum spectantibus eidem priori plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Windes' xvij. die Junii.

Et habet litteras patentes directas omnibus militibus, liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de prioratu Coventr' quod ei tamquam domino suo intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Pro Bertramo de Crioyl.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod faciant habere dilecto et fideli suo Bertramo de Crioill' omnia

1249.

que ad ipsum pertinent et habere debet de manerio de Middelton', et de custodia castri regis de Roffa, de tempore quo dictum manerium et castrum prefatum fuerunt in custodia regis, ita tamen quod rex habeat de dicta custodia et predicto manerio ea que ad regem pertinent de tempore predicto. Teste ut supra.

Pro Thoma de Lascellis.—Rex concessit Thome de Lascellis, cui rex vendidit custodiam terre et heredis Radulfi de Hodeng', omnia fena spectancia ad heredem predictum, dum custodia predicta fuit in manu regis ; et mandatum est Henrico de Wengham' et coescaetoribus suis in comitatibus Buk' et Essex' quod predictum Thomam ad predicta fena regi reddenda non distringant, set ipsum inde quietum penitus esse permittant. Teste ut supra.

Pro abbate de Oseneya.—Rex eleccioni facte de fratre Ada de Berners, canonico Oseneye, in abbatem ejusdem domus adhibuit assensum et favorem ; et ideo mandatum est Henrico de Wengham quod eidem abbati de omnibus ad predictam abbaciam spectantibus plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et habet litteras patentes directas omnibus tenentibus de abbacia Osen' quod eidem Ade tamquam domino suo intendant et respondeant. Teste ut supra.

Pro Roberto de Cantuaria.—Quia rex concessit Roberto de Cantuaria, clerico capelle regis, decem libratas terre in escaeta, cum acciderit, vel wardam competentem, mandatum est Henrico de Wengham quod quamcito talis eschaeta acciderit, vel competens warda regi acciderit, nullatenus omittat quin hoc scire faciat Johanni Maunsel, cui rex dedit potestatem assignandi aliquam illarum prefato Roberto. Teste ut supra.

De ponendis per ballium. Ebor'.—Alexander de Rivill', captus et detentus in prisona regis pro morte Johannis de Neusum, habet litteras regis vicecomiti Ebor' quod ponatur per ballium. Teste etc.

Linc'.—Avicia que fuit uxor Rogeri filii Emme, capta et detenta in prisona regis Linc' pro morte Reginaldi le Tollere, habet litteras regis vicecomiti Linc' quod ponatur per ballium.

Pro viridariis de Windles'.—Mandatum est vicecomiti Surr' et Sussex' quod Ricardum Russel, Radulfum de Thorp, et Jordanum de Perefrich', viridarios foreste regis de Windes', non ponat in assisas, juratas vel recogniciones quamdiu fuerint viridarii regis foreste predicte. Teste ut supra.

Memorandum de Hugone Anselm' et sociis de robis et aliis ad miliciam suam. [*Marginal note.*]

De quercu data.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod in foresta regis de Windles' faciat habere Johanni le Passur' unam magnam quercum cum omnibus escaetis, ad quoddam batellum inde faciendum ad passagium de Dachet, de dono regis. Teste rege apud Windles' xxij. die Junii.

1249.

De execucione testamenti.—Mandatum est Henrico de Wengham et Radulfo de Merston', coescaetori suo in comitatu Bedef', quod, si executores testamenti Alienore que fuit uxor Johannis de Pabenham fecerint regi securitatem de satisfaciendo ei super debitis, si que ei ipsa debuit, ipsos de bonis que fuerunt dicte Alienore liberam amministracionem habere permitta[n]t. Teste ut supra.

Pro Johanne de Lexinton'.—Quia rex evidenter perpendit per inspeccionem rotulorum suorum, quod in concessione quam rex fecit dilecto et fideli suo Johanni de Lexinton' de custodia terre et heredis Johannis de Pabenham, per finem quem idem Johannes de Lexinton' fecit cum rege, insimul rex concessit ei custodiam terre quam Alienora, que fuit uxor predicti Johannis, tenuit de rege in capite de hereditate sua propria, si de ipsa Alienora humanitus contingeret ; et jam, ut audivit rex, predicta Alienora diem clauserit extremum, mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Bed' quod de custodia hereditatis predicte Alienore, quam de rege tenuit in capite, eidem Johanni plenam seisinam habere faciant usque ad legitimam etatem heredis predicte Alienore. Teste ut supra.

De damis datis.—Quia rex dedit abbati Westmonasteriensi duos damos in foresta sua de Hinholt, mandatum est Ricardo de Muntfichet quod illos quos pro eisdem capiendis ad eum miserit ad hoc admittat. Teste rege apud Westmonasterium xxvij. die Junii.

Pro Galfrido de Grantmund.—Rex concessit Galfrido de Grantmunt terram quam Petrus de Genevr' tenuit in Beyseby cum pertinenciis, habendam et tenendam quamdiu regi placuerit, faciendo regi servicium inde debitum ; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Linc' quod de predicta terra eidem Galfrido, vel ejus attornato, plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Galfrido de eadem terra plenam seisinam etc. ut supra. Teste etc.

Pro quodam Judeo.—Rex vult quod Abraham filius Vives sit clericus regis in Scaccario suo Judeorum, et quod sit cyrographarius arche regis cyrograforum Judeorum apud London', loco Abrahe filii Murielle. Et ideo mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod acceptis ab eodem Abraha filio Vives sufficientibus plegiis de fidelitate, ipsum ad premissa officia admittant, et clavem arche cyrographorum, quam Abraham filius Murielle habet eidem liberari faciant. Teste rege apud Westmonasterium xxix. die Junii.

De ponendo per ballium.—Robertus de Isecumb', captus et detentus in prisona regis apud Lewes' pro morte Fulconis de Horsted', unde rettatus est, habet litteras regis vicecomiti Sussex' directas quod ponatur per ballium. Teste etc.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passel' quod in foresta nostra de Passehal' et la Ferme faciat habere Hugoni de Clifford' decem quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium secundo Julii.

1249.

Pro Margeria que fuit uxor Theobaldi le Botiller.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod, accepta securitate a Margeria que fuit uxor Theobaldi le Butiler, quod se non maritabit sine licencia regis, permittat eam tenere dotem suam in pace ; et si nondum dotem suam habeat ei racionabilem dotem suam assignet. Teste ut supra.

De execucione testamenti.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Buk' quod, si executores testamenti Willelmi Basset invenerint eis securitatem sufficientem de reddendo regi debito, si dictus Willelmus in aliquo regi tenebatur, tunc eos de catallis et bonis que fuerunt ipsius Willelmi liberam aministracionem habere permittant, et de securitate illa baronibus de Scaccario constare faciant. Teste ut supra.

Pro Johanne de Bailol.—Quia rex concessit Johanni de Bayllol' tallagium quod nuper rex assideri fecit super homines de Ludingland', mandatum est vicecomiti Norf' quod predictos homines ad predictum tallagium regi reddendum non distringat. Teste ut supra.

De cervis et damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Willelmum Luvel et Warnerum fratrem ejus cum canibus ad ballivam Ricardi de Muntfichet, ad capiendum in ea xij. damos, et Philippum de Candeur', venatores regis, ad capiendum in eadem balliva quimque cervos ad opus regis ; et mandatum est Ricardo de Muntfichet predicto quod ipsos ad hoc admittat, et consilium et auxilium eis impendat. Teste rege apud Westmonasterium vj. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passel' quod habere faciat Ademaro, fratri regis, quatuor damos in foresta regis de Brehull', et duos damos in foresta que vocatur Cauda Alicie, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Hereford' [*unfinished*].

Pro Mereduc filio Griffini.—Rex cepit homagium Mereduc filii Griffini de terris et tenementis que Morgan de Karleun, consanguineus suus, de rege tenuit in capite, et que ipsum Mereduc jure contingunt hereditario ; et mandatum est Waleramo Teutonico quod de predictis terris et tenementis eidem Mereduc plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Cyrencestria.—Quia rex talliari fecit dominica sua, mandatum est vicecomiti Glouc' quod abbati Cyrencestrie faciat habere racionabile talliagium de hominibus suis de eo tenentibus in maneriis de Cyrencestria et de Minthy, que aliquando fuerunt dominicum predecessorum regis, regum Anglie, et que idem abbas tenet de rege ad feodi firmam. Teste rege apud Westmonasterium xxx° die Junii.

Pro priore Novi Loci.—Quia rex talliari fecit dominica sua per Angliam, mandatum est vicecomiti Notingham' quod habere faciat

1249.

priori Novi Loci racionabile tallagium de hominibus suis de Wakeringh', Heyton' et Misterton', que quidem maneria dictus prior tenet de dominico predecessorum regis Anglie, ut dicit. Teste etc. ut supra.

Pro Radulfo Burnel.—Mandatum est Drogoni de Barentin', custodi Insularum, vel ballivis suis, sicut alias eis mandatum fuit, quod singulis annis habere faciant Radulfo Burnel septem quarteria frumenti, que Robertus Legat recepit, et que nunc sunt escaeta regis, eodem modo quo idem Robertus illa percipere consuevit. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Julii anno etc.

De monacho restituendo.—Rex monachum illum de Thefford' qui captus est et in prisona regis de Norwico detentus pro morte prioris sui, quem interfecit, ut dicitur, reddidit priori suo noviter substituto ; et mandatum est vicecomiti Norf' quod monachum illum eidem priori liberet sine dilacione, et ipsum iterato recipiat per manum ipsius prioris in prisonam regis, quam rex ad opus ipsius monachi dicto priori commodavit. Teste ut supra.

Pro Petro de Burton'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod decetero solvat Petro de Burton', commoranti in municione castri regis Dovor', liberaciones suas singulis terminis, sicut eas retroactis temporibus percipere consuevit, una cum arreragiis ei debitis de tempore preterito. Teste ut supra.

De terra Johannis de Sandwico in Bilsinton'.—Quia terram Johannis de Sandwico in Bilsinton', que capta est in manum regis eo quod est de serjantia regis, ut dicitur, rex replegiari fecit J. Maunsell' et B. de Crioyl, usque ad quindenam Sancti Michaelis, mandatum est vicecomiti Kancie quod eisdem Johanni et Bertramo de terra illa interim sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est custodi foreste de Melkesham quod in predicta foresta faciat habere Elyoni de Rabayn unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Michaele de Feenes et hominibus suis.—Mandatum est ballivis portus Dovor' quod permittant Michaelem de Feenes et homines suos in transfretacione sua in portu predicto quietos esse de thelonio et de consuetudine danda, sicut quieti esse debent et hactenus quieti esse consueverunt. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passel' quod in foresta regis de Salseto faciat habere Philippo Luvel quinque quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro Judeis.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod non permittant quod aliquis Judeus habeat aliquam ballivam ad Scaccarium Judeorum preter Jacobum episcopum, Abraham filium Vives, et Jacobum filium Flurye ; et si Elyas episcopus, qui prius fuit ad dictum Scaccarium, resideat ad idem Scaccarium

1249.

per preceptum regis, tunc rex vult quod recipiant Aaron filium Abrahe tamquam socium suum. Teste ut supra.

Pro scolaribus Cantebr'.—Mandatum est vicecomiti Cantebrug' quod, occasione litterarum regis anno etc. xxvj^{to} directarum vicecomiti Cantebr' de scolaribus ibidem commorantibus, malefactoribus, ad mandatum cancellarii universitatis ejusdem ville capiendis et incarcerandis atque deliberandis, nichil faciat donec aliud inde rex ei preceperit. Teste ut supra.

Pro Johanne de Warenna.—Quia Johannes de Warenn' de nullo est heres Matillidis, quondam comitisse Warenn', matris sue, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem non distringant pro aliquibus debitis predicte comitisse. Teste ut supra.

Pro Jacobo de Sancto Martino.—Mandatum est Ebulo de Genevr' quod cxvj. libras vij. solidos et x. denarios, quos regi debet pro catallis que fuerunt Fulconis de Castro Novo, que Jacobus de Sancto Martino ei liberavit per preceptum regis, habere faciat eidem Jacobo in partem solucionis cxl^{ta} et quinque librarum xviij. solidorum et xj. denariorum, quos prefatus Fulco eidem Jacobo debet de compoto, quem idem Jacobus reddidit de tempore quo fuit senescallus terrarum que fuerunt predicti Fulconis in Hybernia. Teste ut supra.

Pro R. le Bigot, comite Norff'.—Quia rex accepit ex tenore mandati J. filii Galfridi, justiciarii Hybernie, quod comites Marescalli semper consueverunt habere custodias terrarum in Leynestr' cum accidissent, sive terre ille de rege in capite tenerentur sive de aliis, et cum de hujusmodi custodiis heredes W. Marescalli, quondam comitis Pembr', preterquam R. le Bigod, comes Norff' et Marescallus Anglie, in plena existant possessione, rex vult quod idem comes de villa de Tulak' cum castro et aliis pertinenciis et aliis custodiis, cum acciderint in proparte sua, plenam habeat seisinam; et mandatum est predicto justiciario quod illam ei habere faciat. Hanc autem concessionem tali condicione fecit rex eidem comiti, quod tam ipse quam participes sui a die Sancti Michaelis in xv. dies regi per cartam vel alio modo ostendent, quare de jure hujusmodi habere debeant custodias. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Julii.

Et mandatum est Petro de Bermingham quod de predicta villa de Tulak' cum castro et aliis pertinenciis eidem comiti plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro priorissa de Ambrebur' et hominibus suis.—Quia priorissa de Ambresbur' et homines sui quieti sunt per cartas predecessorum regis, regum Anglie, de sectis comitatuum et hundredorum, ita quod nunquam consueverint hactenus participari cum aliis de comitatu in communibus finibus vel amerciamentis coram justiciariis itinerantibus, ut dicunt, mandatum est vicecomiti Wyltes' quod ipsam priorissam vel homines suos de cetero non distringat ad contribuendum vel participandum cum aliis de comitatu tuo (*sic*) in communibus finibus vel amerciamentis factis coram justiciariis regis qui ultimo

1249.

itineraverunt in comitatu predicto, aliter quam facere debent et facere consueverunt. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur vicecomiti Suht' pro eadem priorissa et per eadem verba. Teste ut supra.

Pro magistro Paulino et uxore ejus.—Quia terra, quam dominus J. rex, pater noster, dedit Thome le Esquier, patri Johanne uxoris Magistri Paulini, emptoris nostri, cujus heres ipsa est, in Tydeswell' et Weston', quam terram dictis Paulino et Johanne confirmavit rex per cartam suam, fuit escaeta dicti patris regis de honore Peverel de Notingham, et non de dominico corone regis, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos Paulinum et Johannam de tallagio occasione predicte terre quietos esse faciant. Teste ut supra.

De execucione testamenti.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Sussex' quod permittant executores testamenti Petri de Genevr' liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Petri, ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste rege apud Wodest' xvij. die Julii.

Eodem modo scribitur eidem Henrico et coescaetori suo in comitatu Hereford'. Teste ut supra.

[m. 6.] *De ponendo per ballium.*—Willelmus le Ireys, captus et detentus in prisona regis de Gippewico pro morte Henrici de Ponte, unde appellatus est, habet literas regis vicecomiti Suff' directas quod ponatur per ballium. Teste rege apud Wodest' xvij. die Julii.

Pro hominibus de Roffa.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod homines regis de Roffa, detentos in prisona de Flete pro quodam fure invento et capto in predicta villa cum computatoribus Scaccarii regis, statim liberent ab ipsa prisona, ita tamen quod libertates ipsius ville capiant in manum regis, et quod unusquisque eorum sit plegius alterius ad respondendum regi a die Sancti Michaelis in xv. dies, ubicumque tunc etc. super transgressione ibi facta, et tresdecim libras xij. solidos et xj. denarios, inventos in manibus ipsorum, retineant ad opus regis; et dictos computatores mittant ad Scaccarium, ubi prius fuerunt. Teste rege ibidem xix. die Julii.

De ponendo per ballium.—Gilbertus Red, quem Adam de Neusum apellat de morte Johannis de Neusum, habet litteras regis directas vicecomiti Eboraci quod ponatur per ballium.

Rex concessit Elye episcopo, Judeo London', et Aaron' filio Abraham, quod ad pristinum officium suum justiciariorum, quod prius habuerunt ad Scaccarium regis Judeorum, integre restituantur; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predicta officia eis restitui, et predicto Elye officium presbiteratus, quod habet per cartam regis, similiter restitui, faciant, et eundem Elyam in eodem officio manuteneant. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

1249.

Pro priore de Briweton'.—Monstravit regi prior de Briweton' quod H. de Wengham' et coescaetor suus in comitatu Sumers', racione vacacionis prioratus sui, ceperunt in manum regis hundredum suum de Briweton', et illud adhuc detinent, et non alia de causa; et mandatum est eisdem H. et coescaetori suo quod, si ita est, predicto priori de predicto hundredo plenam seisinam sine dilacione habere faciant. Et si alia de causa illud ceperint in manum regis, illam regi significent. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod in foresta regis de Fekeham faciat habere Magistro Simoni de Wauton' quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex dedit licenciam R. comiti Cornubie, fratri suo, capiendi in foresta regis de Nova Foresta et in foresta regis de Porecestria quater xx. damos ad opus regis; et mandatum est custodi Nove Foreste quod ipsum ad hoc admittat, et partem predictarum ferarum usque de numero predicto ipsum in balliva sua capere permittat. Et hoc idem rex custodi foreste sue de Porecestria significavit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur custodi foreste de Porecestria de quater xx. damis captis in foresta predicta ad opus regis per eundem comitem, ita quod summa ferarum non excedat iiij^{xx} damos. Teste ut supra.

Rex concessit Elie episcopo, Judeo Lond', quod ipse restituatur ad officium presbiteratus secundum tenorem carte sue ad Scaccarium regis Judeorum. Concessit eciam Aaron filio Abrahe quod ad pristinum officium suum ejusdem Scaccarii, quod ex precepto regis prius habuit ad idem Scaccarium, integre restituatur. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predicta officia modo predicto eisdem restitui faciant. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Adhuc aliter inferius.*

De roboribus datis.—Mandatum custodi foreste regis de Salceto quod in predicta foresta faciat habere Fratribus de ordine Minorum de Norht' sex robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Willelmi Lungesp'.—Rex dedit licenciam Willelmo filio Willelmi Lungesp' quod xx. quercus, quas idem Willelmus pater ejus ei dedit ad maeremium in bosco suo de Sheperug', qui est infra metas foreste regis de Windes', prosterni, et cariari faciat quo voluerit; et mandatum est Godefrido de Lyston' quod ipsum illas xx. quercus sine impedimento et occasione cheminagii ab eadem foresta extrahere permittat. Teste ut supra.

Pro Judeis London'.—Rex restituit Elyam episcopum, et Aaron filium Abrahe, Judeos London', ad pristina officia sua, que prius habuerunt ad Scaccarium regis Judeorum, et concessit eidem Elye quod habeat officium [suum *cancelled*] presbiteratus sui secundum tenorem carte regis, quam inde habet, et eodem modo quo illud officium habere consuevit secundum ejusdem carte tenorem. Et mandatum

1249. est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictos Judeos ad predicta officia admittant, sicut predictum est. Teste rege apud Wodest' xxj. die Julii.

Pro Copino de Bruges.—Licet per inquisiciones factas domino regi dentur intelligi contraria, per unam, scilicet, quod Copinus de Bruges, captus et detentus in prisona regis Eboraci pro morte Alani de Gringeley, sicut fugit versus ecclesiam, interceptus fuit cum quedam pars corporis sui esset intra septa ecclesie; per aliam autem, quod totaliter extra septa ecclesie fuit deprehensus; de mera et speciali gracia rex concessit quod dictus Copinus ecclesie predicte restituatur, deducendus postea secundum legem et consuetudines regni Anglie. Et mandatum est maiori et ballivis Eboraci quod ipsum ecclesie predicte restitui faciant, sicut predictum est, ita quod hec mera liberalitas regis in consequenciam postmodum non trahatur. Teste ut supra.

Pro Philippo Marmiun.—Quia rex commisit Philippo Marmiun comitatus suos Warr' et Leyc' custodiendos quamdiu regi placuerit, mandatum est Baldewino de Paunton' quod rotulos et brevia eorundem comitatuum ei liberet. Teste etc.

De damis datis.—Mandatum est R. Passel' quod faciat habere abbati Westmonasteriensi octo damos in balliva sua, ubi commodius capi poterunt, quos rex ei concessit singulis annis per cartam suam percipiendos. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Shyrewod' quod in eadem foresta faciat habere Ricardo filio Ricardi de Notingh' sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Philippo de Couele.—Johannes de Plessetis, comes Warr', J. Maunsel et Nicholaus de Saunford', manuceperunt pro Philippo de Couel', capto et detento in prisona regis de Flet' pro transgressione quam fecit coram justiciariis, ut dicitur, quod liberatus a prisona ipsa satisfaciet regi de transgressione ipsa citra festum Nativitatis Beate Marie, alioquin tunc reponent eum in prisona prefata; et mandatum est custodibus gaiole regis de Flet' quod predictum Philippum taliter ab ipsa prisona sine dilacione liberent. Teste ut supra.

De homine replegiando.—[Si] Adam de Berkinges, captus et detentus in prisona regis de Colecestria pro raptu Emme filie Johannis de Kereshull', invenerit vicecomiti Essex' xij. liberos et legales homines, qui eum manucapiant habere coram rege a die Sancti Michaelis in unum mensem, ad standum recto de transgressione illa, tunc ipsum eisdem xij. tradat interim in ballium, ut predictum est, et diem predictum scire faciat Radulfo filio Stephani, qui sibi queritur de predicto raptu esse injuriatum. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est custodi Foreste Nove regis, quod in predicta foresta faciat habere Willelmo Chabbeneys unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

1249.

Pro Ingelberto, mercatore de Bruges.—Mandatum est ballivis regis et maiori Eboraci quod omnia catalla Ingelberti, mercatoris de Bruges, que arestari fecistis (*sic*) pro morte Alani de Gringeley, pro qua Copinus serviens ipsius Ingelberti detentus fuit in prisona regis Eboraci, eidem Ingelberto, vel ejus nuncio has litteras regis deferenti, sine dilacione integre restitui faciant, ne hac occasione oporteat ipsum mercatorem ad regem denuo reverti. Teste ut supra.

Pro Hamone Aschetot'.—Rex, quantum ad ipsum pertinet, perdonavit Hamoni Aschetot transgressionem, quam dicebatur fecisse in parco Gilberti Mauduit; et mandatum est vicecomiti Essex' quod terras et catalla ipsius Hamonis hac occasione capta ei plenarie restituat. Teste ut supra.

Pro R. comite Norff'.—Quia ex tenore mandati regis accepit rex quod comites Marescalli semper consueverunt habere custodias terrarum in Leynest', cum accidissent, sive terre ille de nobis tenerentur in capite sive de aliis, et cum de hujusmodi custodiis heredes W. Marescalli, quondam comitis Penbrok', preterquam R. le Bygod, comes Norf' et Marescallus Anglie, in plena existant possessione, rex vult quod idem comes de villa de Tulak', cum castro et pertinenciis suis in proparte sua, plenam seisinam habeat; et mandatum est Petro de Burmingham quod illam ei habere faciat, ita tamen quod tam ipse quam participes sui a die Sancti Michaelis in xv. dies regi per cartam suam ostendant de jure suo predicto. Teste ut supra.

Pro Stephano de Salinis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod Stephano de Salinis faciat habere unum lectum pulcrum et tria paria robarum decencium et alia necessaria, que sunt de officio vestro, ad se militem faciendum in festo Assumpcionis Beate Marie proximo futuro, ita quod nichil ei desit que ad miliciam suam pertinent quantum ad officium suum. Teste rege apud Wodest' xxvj° die Julii.

[*On a schedule annexed to this membrane are the two next entries.*] Henricus Dei gracia rex Anglie etc. baronibus suis de Scaccario, salutem. Quia accepimus per inquisicionem quam per vicecomitem nostrum Notingham' fieri precepimus quod prior et conventus de Semp' non tenent nisi decem bovatas terre de serjancia nostra in Trowell', et medietatem unius molendini in eadem villa que non est de serjancia, unde prius distringi consueverunt pro sexdecim bovatis terre et duabus partibus unius molendini per summonicionem Scaccarii nostri, ut dicunt, vobis mandamus quod ipsos decetero non distringatis vel distringi permittatis, nisi pro predictis decem bovatis terre, quarum quelibet valet per annum quinque solidos, sicut per predictam inquisicionem accepimus. Teste me ipso apud Wodestok' xxiij. die Julii anno regni nostri xxxiij.

Rex dilectis et fidelibus suis Roberto Passelewe et Henrico de Wengham, salutem. Quia accepimus per inquisicionem quam per vicecomitem nostrum Notingh' fieri precepimus quod prior et conventus de Semp' non tenent nisi decem bovatas terre de serjancia nostra in Trowell' et medietatem unius molendini in eadem villa,

1249.

que non est de serjancia, unde prius distringi consueverunt pro sexdecim bovatis terre et duabus partibus unius molendini per summonicionem Scaccarii nostri, ut dicunt, mandavimus baronibus Scaccarii nostri quod predictos priorem et conventum non distringant vel distringi permittant decetero, nisi pro predictis decem bovatis terre, quarum quelibet valet per annum quinque solidos, sicut per predictam inquisicionem accepimus. Et ideo vobis mandamus quatinus a predictis priore et conventu pro predictis decem bovatis terre sicut ab aliis viris religiosis finem capiatis. Teste me ipso apud Wodestok' xxiij. die Julii anno regni nostri xxxiij.

Pro Johanne filio Alani.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod si Johannes filius Alani solverit regi ad Scaccarium suum illas centum libras, quas regi solvisse debuit ad festum Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxxiij°, tunc districcionem, quam pro illis c. libris rex fieri precepit, penitus relaxari faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Willelmo de Sancto Audoeno quod in balliva sua extra parcum regis de Wodest' faciat habere Stephano Bauzan quatuor quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Periton' quod in foresta regis de Braden' faciat habere Patricio de Chaurces duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De execucione testamenti.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Norf', Linc' et Ebor' quod permittant executores testamenti Roberti de Tateshal' habere liberam administracionem de omnibus bonis et catallis que sua fuerunt in comitatibus predictis, ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod solvent regi debita in quibus idem Robertus regi tenebatur. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod in foresta regis de Kanok' faciat habere Egidio de Erdinton' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Ricardus filius Stephani (*sic*).

De cervo dato.—Mandatum est Hugoni de Vivon' quod in warenna regis de Porbik' faciat habere Robergie uxori Roberti filii Pagani unum cervum, de dono regis. Teste rege apud Wodest' xxiiij. die Julii.

De quodam attachiando.—Quia rex accepit per inquisicionem quam ab eo fieri precepit, quod Robertus filius Leticie culpabilis est de combustione domorum Simonis de Metton', clerici, in Metton', mandatum est vicecomiti Norf' quod predictum Robertum capiat et in prisona regis custodiat salvo, donec aliud inde rex ei preceperit. Teste ut supra.

1249.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod in foresta regis de Fekeham faciat habere Willelmo de Bello Campo de Wygornia duos damos, de dono regis. Teste rege apud Wodest' xxvij. die Julii.

Mandatum est Galfrido filio Warini quod in foresta regis de Kanoc faciat habere Magistro Willelmo de Kilkenny duos damos et unum cervum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Galfrido quod in foresta regis de Kanoc faciat habere Ernaldo de Bosco duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod in forestis regis in comitatu Salop' faciat habere dilecto et fideli suo J. de Plessetis, comiti Warr', duos cervos, de dono regis. Teste rege apud Wod' ut supra.

Pro Albreda que fuit uxor Hugonis de Cudinton'.—Rex catalla que fuerunt Hugonis de Cudinton' die quo se ipsum interfecit, et que vicecomes Oxonie et coronatores ejusdem comitatus ceperunt in manum regis pro hujusmodi morte sua, dedit Albrede que fuit uxor ejusdem Hugonis et pueris suis, ad sustentacionem suam ; et mandatum est predictis vicecomiti et coronatoribus quod catalla predicta eidem Albrede liberari faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro episcopo Bathoniensi.—Quia rex accepit per inquisicionem quam vicecomes Sumers' fecit, quod Johannes de Lambroc et antecessores sui semper a conquestu Anglie tenuerunt in capite de episcopis Bathoniensibus dimidiam hidam terre cum pertinenciis in Kingesbir' que capta fuit in manum regis occasione suspensionis Eustachii Durevill', de quo predictus Johannes aliam terram tenuit, rex concessit W. Bathoniensi episcopo seisinam illius dimidie hide terre cum pertinenciis, salvo imposterum jure quod unicuique inde competierit ; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Sumers', quod eidem episcopo de predicta terra plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro R. comite Norff'.—Rex inspexit quandam cartam confectam inter Willelmum filium Ade de Henigham et R. le Bygod' quondam comitis (*sic*) Norf', in qua continetur quod, si predictus comes aliquo casu contingente non posset warantizare predicto Willelmo totam terram que fuit Roberti de Vileres in Sprouton', daret eidem Willelmo decem libratas terre in escambium in Norf' vel Suff' ubi eidem comiti placuerit. Et quia idem Willelmus detulit vicecomiti Suff' breve regis de judicio quod faceret ei warantizacionem de terris Rogeri le Bigod', comitis Norf', ad valenciam tocius terre predicte ; et mandatum est vicecomiti Suff' quod warantizacionem illam ponat in respectum usque in xv. Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Quia ex tenore mandati J. filii Galfridi, justiciarii Hybernie, rex accepit quod comites Marescalli semper consueverunt habere custodias terrarum in Leynest', cum accidissent, sive terre ille de rege tenerentur

1249.

in capite, sive de aliis, et cum de hujusmodi custodiis heredes W. Marescalli, quondam comitis Penbr', preterquam R. le Bygot comes Norf' et Marescallus Anglie, in plena existant possessione, rex eidem R. comiti Marescallo custodiam ville de Tulac, cum castro et pertinenciis suis in proparte sua, hac condiccione concessit, quod ipse et participes sui, heredes W. quondam comitis Marescalli, a die Sancti Michaelis in xv. dies, per cartam predecessorum regis, regum Anglie, vel alio modo qui eis secundum consideracionem curie regis valere debeat, regi ostendant quod hujusmodi custodias habere debeant; et mandatum est Petro de Bermigham quod predicto R. comiti, seisinam ville de Tulac et (*sic*) aliis pertinenciis suis cum castro taliter habere faciat. Teste rege apud Wodest' xxx. die Julii.

De querelis baronum et communitatis Cestr'.—Querelas baronum et communitatis Cestresir' nuper regi delatas per Walkelinum de Ardern' et Willelmum de Boydel' rex audivit.

In primis quod terram suam Cestr' tradidit ad firmam quod antea nunquam fieri consuevit.

Item quod wardas, eschaetas, viride et venacionem rex infra comitatum Cestr' alii commisit quam justiciario suo custodienda, ita quod homines de predicto comitatu Cestr' facimus atachiari ad respondendum extra comitatum illum, quod fieri non consuevit.

Item quod vicecomes Cestrensis de singulis disseisitoribus contentis in uno brevi nove disseisine capit singulos boves ubi non capi consuevit de omnibus disseisitoribus, nisi bos unus vel quinque solidi.

Item quod vicecomes misericordias capit de plegiis eorum qui sibi conquesti fuerunt de injuriis sibi factis, si de querelis suis se retraxerint, cum hoc fieri non consueverit, nisi solam misericordiam capere de ipso conquerente.

Item de fossato quod R. de Monte Alto levavit in comuna pasture, ad nocumentum vicinorum, ut dicitur, et de consimilibus manuum operibus.

Item de itinere justiciariorum alibi quam ad comitatum.

Item quod homines terras et boscos habentes infra Limam commodum suum facere non possunt de boscis suis propriis ibidem.

Ad primum articulum rex respondet, quod si comitatus Cestr' regis sit, bene licet regi illum ad firmam ponere, licet ante tempus regis hoc fieri non consueverit. Et, si in firma illa Johanni de Grey, justiciario Cestrie, commissa exceperit rex wardas, escaetas, viride et venacionem regis in predicto comitatu, et quedam alia, bene potest rex, et licitum est ei alium custodem ibi ponere, nec rex vult quod per hoc aliquibus dampnum aut gravamen g[ra]veretur Ad tercium articulum, scilicet quod de transgressionibus factis infra comitatum predictum non vult rex quod extra eundem comitatum trahatur aliquis in placitum, sed ibi coram justiciario suo qui pro tempore fuerit, vel aliis quos illuc rex miserit, respondeat, et secundum legem terre deducatur. Item rex vult quod sicut fieri consuevit tempore comitis Rannulfi de bobus capiendis a disseisitoribus, ita decetero teneatur. Item licet conquerens retrahat se de loquela sua, rex non vult quod plegii sui pro misericordiis distringantur aliter quam fieri consuevit tempore predicti comitis Rannulfi. Ad articulum contingentem predictum fossatum et consimilia manuum opera,

1249.

respondet rex, quod leges sue et consuetudines usitate vult rex quod a dictis baronibus firmiter teneantur, ita tamen quod de fossato illo fiat quod inde prius ordinavit rex, et quod dictus Rogerus inde postea deducatur secundum quod fieri debet per leges supradictas. Quia in tempore predicti comitis non consuevit justiciarius Cestrie itinerare per comitatum illum, sed de comitatu in comitatum apud Cestriam residere ad placitandum de omnibus placitis; wlt eciam quod hec consuetudo secundum quod fieri consuevit teneatur. Item rex vult et concedit quod quicunque terras et boscos habuerint infra bosco de Lyma extra dominicos boscos regis et forestam suam [de Maclefeud' *cancelled*] pro voluntate sua de boscis et terris illis disponant. Et mandatum est predicto Johanni, justiciario Cestrie, quod predictos articulos secundum quod dictum predictis baronibus et communitati teneri faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus et communitati Cestrensibus quod super premissis articulis eis in libertatibus suis et aliis non derogetur. Teste etc.

De capellano deliberando.—Mandatum est vicecomiti Wyltes' quod Petrum capellanum, captum et detentum in prisona regis apud Sarr' pro transgressione facta Johanni Maunsel et hominibus suis, liberet episcopo Sarrisburiensi quietum. Teste ut supra.

[m. 5.] *Pro Godardo le Mazeler'.*—Mandatum est abbati de Faversham quod catalla Godardi le Mazeler de London', quem arestari fecit occasione cujusdam incendii facti apud Cantuariam, eidem Godardo sine dilacione faciat deliberari, cum maior regis Lond' paratus sit habere eum ad standum inde recto ubi debuerit. Teste rege apud Norht' xxxj. die Julii.

De ponendis per ballium.—Ricardus Gos, Alexander et Johannes, filii ejus, et Robertus de Capella, capti et detenti in prisona regis Glouc' pro morte Hugonis filii Johannis, unde rettati sunt, habent literas regis vicecomiti Glouc' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De maeremio capiendo ad operaciones regis.—Mandatum est Roberto de Stopham quod permittat vicecomitem Wylt' cariare maeremium per ballivam suam ad operaciones regis de Clarend' et Sarr' faciendas, et quod faciat habere eidem vicecomiti buscam in balliva sua ad rogum regis Sarr' infra ballium castri faciendum. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passel' quod in foresta regis de Wytlewod faciat habere priori de Luffeud' xv. quercus a[d] fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne le Porter.—Quia rex accepit per inquisicionem quam a vicecomite suo Oxonie fieri fecit, quod Ricardus de Haverberge, qui corruens de quadam caretta obiit, fuit nativus regis et tenuit mesuagium unum cum pertinenciis de Johanne le Porter in Wodest';

1249.

mandatum est Willelmo de Sancto Audoeno, ballivo de Wodest', quod predicto Johanni de predicto mesuagio cum pertinenciis plenam seisinam sine dilacione habere faciat. Teste rege apud Norht' secundo die Augusti.

De maeremio ad operaciones regis.—Mandatum est Roberto Passel' quod in bosco regis de Pokesle faciat habere vicecomiti Norht' cheverones, et in bosco regis de Hanleg' grossum maeremium, ad quandam capellam apud Selveston' ad opus regis inde construendam. Teste ut supra.

Pro priore de Briweton.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit per vicecomitem Sumerset', quod Henricus de Wengham et coescaetor ejus in comitatu predicto ceperunt in manum regis hundredum prioris de Briweton', quod de rege tenet ad feodi firmam, racione vacacionis predicti prioratus; mandatum est predicto Henrico et coescaetori suo in comitatu predicto quod predictum hundredum prefato prioratui restitua[n]t, et, si quid inde receperint, postquam provisum fuit de predicto prioratu [per preceptum regis *cancelled*], eidem reddi faciant sine mora. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi Nove Foreste quod in predicta foresta faciat habere Johanni de Wyvill' duos damos, de dono regis. Teste rege apud Geytinton' v. die Augusti.

Mandatum est P. custodi foreste de Roteland' quod in predicta foresta faciat habere Rogero de Thurkelby quinque damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi parci de Eleham quod in predicto parco faciat habere B. de Crioll' duos damos, de dono Edwardi filii regis. Teste ut supra.

Mandatum est Ade de Periton', custodi foreste de Braden', quod in predicta foresta faciat habere Matheo Bethill' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Rex dedit Radulfo filio Nicholai omnes exitus provenientes de terris que fuerunt Willelmi de Esseb', Alicie Murdac et Osberti Giffard', tempore quo terre predicte fuerunt in manu regis, antequam custodiam earumdem terrarum concesseramus eidem Radulfo; et mandatum est baronibus de Scaccario quod districcionem quam fieri faciunt per summonicionem Scaccarii pro exitibus terrarum predictarum de tempore predicto, penitus remittant. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Kaygnes.—Rex cepit homagium Ricardi de Kaynes, filii et heredis Ricardi de Kaynes, de omnibus terris et tenementis que predictus Ricardus tenuit de rege in capite, et ei reddidit omnes terras et tenementa predicta; et mandatum est vicecomiti Sussex' quod de omnibus terris et tenementis, que predictus Ricardus tenuit de rege in capite, et de quibus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit, predicto Ricardo plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra.

1249.

Pro Fratribus Predicatoribus Norht'.—Mandatum est Roberto Passel' quod in balliva sua, ubi ad minus detrimentum foreste fieri possit, habere faciat Fratribus Predicatoribus Norht' xxx[ta] quercus cum omnibus escaetis, ad scindulas inde faciendas, ad ecclesiam suam cooperiendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Simonis de Sutton' Holagrave.—Willelmus filius Simonis de Sutton' Hograve, captus et detentus in prisona regis Eboraci pro morte Thome Jopi et Willelmi filii ejus, habet litteras regis directas vicecomiti Eboraci quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Roberto de Mares.—Mandatum est custodibus vinorum regis Norht' quod de vinis que sunt in custodia sua faciant habere Roberto des Mares unum dolium vini ad quoddam festum tenendum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priorissa de Catesby.—Mandatum est Roberto Passel' quod in foresta regis de Wytlewod' faciat habere priorisse de Katesby quinque quercus, de dono regis.

Pro comite Dereb'.—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod permittat W. de Ferrariis, comitem Dereb', unum heredum Ranulfi, quondam comitis Cestrie, avunculi sui, gaudere et uti eisdem libertatibus in terra sua inter Rybbel et Mers', quibus prefatus comes Cestrie juste usus fuit in predicta terra anno et die quibus obiit, et pater ipsius comitis Derb' similiter ; et ipsum comitem in eisdem libertatibus protegat et manuteneat. Teste ut supra.

Pro comite Dereb' predicto.—Rex inspexit cartam Cecilie que fuit uxor Savarici de Bohun, per quam se et sua mobilia et inmobilia W. de Ferrariis, comiti Dereb' obligavit ad ccl. marcas, eidem certis terminis solvendas, sub pena c. marcarum regi solvendarum pro quolibet termino predicto comiti non observato, ita quod, si quid humanitus de prefata Cecilia infra prefatos terminos accidisset, executores testamenti ejusdem nullam haberent administracionem de bonis ipsius Cecilie, donec prefato comiti super predicto debito et regi de pena, si forte committeretur, ad plenum esset satisfactum. Et quia prefata Cecilia, terminis predictis non observatis, nuper in fata concessit, mandatum est vicecomiti Sussex' quod prefatos executores et Thomam Maskerel, qui eisdem condicionibus, pactis et penis quibus predicta Cecilia comiti memorato et regi est astrictus, distringat ad c. et x. marcas, que prefato comiti restant solvende, et ad c. marcas regi debitas pro pena commissa sine dilacione reddendas. Teste ut supra.

Pro Elya de Ekingham.—Rex ad voluntatem suam commisit Elye de Ekingham' totam terram que fuit Willelmi Burnel in comitatu Salopie, quam capi fecit in manum suam propter feloniam quam idem Willelmus fecit occidendo duos homines, ut dicitur, habendam et tenendam eidem Elye ad sustentacionem suam quamdiu regi placuerit ; et mandatum est vicecomiti Salopie quod de predicta terra predicto

1249. Elye plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Geytinton' vij. die Augusti.

Eodem modo scribitur Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu predicto, pro eodem. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Oclandserd'.—Willelmus de Oclandserd', captus et detentus in prisona regis Sarr' pro morte Ricardi Edrich', unde rettatus est, habet litteras regis vicecomiti Wyltes' directas quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Katerina filia Walteri Passeavant.—Monstravit regi Walterus Passavant quod, cum Katerina filia ejus, etatis quatuor annorum, veniens ad domum Nicholai Schorie in villa Sancti Albani, aperiendo hostium per infortunium inpulit Editham filiam ipsius Nicholai, juniorem se, in quandam lagenam plenam aque calide, ita quod cito postea decessit, et propter hoc prefata Katerina carceri abbatis Sancti Albani est mancipata ; et mandatum est vicecomiti Hertford' quod, si ita sit, tunc prefatam Katerinam a prefato carcere sine dilacione faciat deliberari, quia rex totum sibi perdonavit. Teste ut supra.

Pro Petro de Culturis.—Mandatum est Willelmo de Plessetis quod sine dilacione faciat habere Petro de Culturis robam suam de festo Pentecostes proximo preterito ; et Elye de Bone, clerico, faciat habere unam robam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro magistro Milicie Templi.—Mandatum est Roberto Passel' quod in foresta regis de Braden' faciat habere magistro Milicie Templi in Anglia decem damos, quos habet singulis annis per cartam domini J. regis, patris regis, ad capitulum suum tenendum, de dono J. regis. Teste ut supra.

Pro Johanne le Engleys.—Quia per testimonium quorumdam servientium regis [nostrorum *cancelled*] fidelium in Hybernia, accepit rex quod Johannes le Engleys fuit in Hybernia cum eis in servicio regis, tempore quo quedam roberia facta fuit in comitatu Essex', pro qua idem Johannes captus et in prisona Margarete que fuit uxor H. de Burgo, quondam comitis Kancie, apud Estwod' est detentus, habet idem Johannes litteras regis vicecomiti Kancie directas quod ponatur per ballium. Teste rege ut supra.

Pro Reginaldo de Cornhull'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Reginaldi de Cornhull', que est vadium Elye episcopi, Judei Lond', Hake filii Aaron le Blund', Judeorum Lond', et Aaron le Blund', Lond', Salle de Cantuar', Judei, et uxoris que fuit Manasseri de Linc', Judei, videlicet quantum valeat per annum in dominicis, redditibus, villenagiis, et omnibus exitibus terre ; et secundum valorem ejusdem terre et quantitatem debiti in quo predictis Judeis tenetur racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciant. Teste rege ut supra.

1249.

Pro Isabella de Mortuo Mari de damis.—Mandatum est Petro de Nevill' quod in foresta regis de Roteland' faciat habere Isabelle de Mortuo Mari tres damos, de dono regis. Teste rege apud Geytinton' ix. die Augusti.

De vinis regis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod xx. dolia vini, que vicecomes Linc' ei liberabit apud Eboracum per preceptum regis, ab eo recipiat, et illa in celario archiepiscopi, vel alibi in loco tuto in eadem villa deponi faciat et salvo custodiri, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Matillide uxore G. de Langel'.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Bradene faciat habere Matillidi uxori Galfridi de Langel' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Langel'.—Galfridus de Langel' liberavit apud Geytinton' regi unum espervarium, quem regi debet de redditu anni presentis, de terris quas de rege tenet in capite in Mulecot' super Avenam, Mulecot' super Sture et Dersinton'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Reginaldo filio Petri.—Mandatum est Johanni de Cormailles quod in foresta regis de Pember' faciat habere Reginaldo filio Petri tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro servientibus regis ad arma.—Rex mittit usque villam regis Norhampton' servientes suos ad arma, ut ibi morentur donec pro eis miserit; et mandatum est maiori et ballivis Norhampt' quod eisdem creanciam habere faciant super stipendia sua usque ad summam xx. libras; et si illas non solverint, rex illas solvi faciet pro eisdem [ante recessum eorundem a villa memorata *cancelled*] vel in firma ville sue allocari. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Rogeri filii Johannis.—Manerium de Eynho cum pertinenciis assignatum est Isabelle que fuit uxor Rogeri filii Johannis in partem dotis sue de terris que fuerunt predicti Rogeri, quondam viri sui; et mandatum est H. de Wengh' et coescaetori suo in comitatu Norht' quod de predicto manerio cum pertinenciis predicte Isabelle plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est, una cum fenis presentis anni de manerio predicto. Teste ut supra.

Manerium de Acclinton' cum pertinenciis, quod fuit ejusdem Rogeri, et tercia pars foreste de Robur' assignata sunt predicte Isabelle in partem dotis sue; et mandatum est Thome de Stanford quod de predicto manerio et tercia parte predicte foreste cum pertinenciis plenam eidem Isabelle seisinam habere faciat; et quia adhuc restant predicte Sibille de dote sua ad perficiendum ei dotem suam vj. librate iiij. solidate et vij. denariate et unius (*sic*) obolata terre, mandatum est eidem Thome quod una cum Roberto de Crepping' in festo Nativitatis Beate Marie in loco competenti de terris que sunt predicti Rogeri, ad valenciam vj. librarum iiij. solidorum et vij. denariorum et j. oboli terre predicte Isabelle faciat

1249.

assignari; et si idem Robertus presens non fuerit ad terminum illum, predictus Thomas, non expectata presencia ipsius Roberti, terram illam ei assignet. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex concessit Willelmo de Valencia custodiam terre que fuit predicti Rogeri usque ad legitimam etatem ipsius Rogeri (*sic*); et mandatum est Thome de Stanford et coescaetori suo in comitatu Norhumb' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Rogeri in comitatu predicto plenam ei seisinam habere faciat, salvis Isabelle que fuit uxor predicti Rogeri manerium (*sic*) de Acclinton', preter parcum, cum pertinenciis et sex libratis quatuor solidatis et vij. denariatis et unius (*sic*) obolata terre, que rex assignari fecit in dotem, et que assideri faciant una cum Roberto de Crepping', cum ad ipsos venerit, in loco competenti, et salva tercia parte de Robur' que assignata est eidem Isabelle in partem dotis sue. Teste ut supra.

Pro Hugone de Bussey.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod Hugonem de Bussey, quem rex ei mittit, captum pro foresta regis recipiat et in libera prisona regis Norht' custodiat, donec aliud inde rex ei precipiat. Teste rege apud Clive xij. die Augusti.

Pro Ricardo de Alenzun.—Rex concessit Ricardo de Alencun custodiam terre et heredis Alexandri de Nevill', habendam et tenendam usque ad legitimam etatem ipsius heredis, una cum maritagio ejusdem; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Linc' quod eidem Ricardo de predicta custodia plenam seisinam habere faciant, ut predictum est, una cum fenis anni presentis existentibus in terra predicta. Teste rege apud Burgum xiij. die Augusti.

Eodem modo scribitur Thome de Stanford et coescaetori suo in comitatu Eboraci, de custodia terrarum ipsius Alexandri in comitatu predicto. Teste ut supra.

Pro Johanne de Stutevill'.—Mandatum est custodi foreste de Shirewod' quod in predicta foresta regis faciat habere Johanni de Stutevill' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro executoribus Alexandri de Nevill'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Linc' quod permittant executores testamenti Alexandri de Nevill' habere liberam administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Alexandri in comitatu predicto, accepta ab eis securitate quod de primis bonis regi satisfacient de debitis, si que regi debuit. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Eboraci pro eisdem executoribus. Teste ut supra.

Pro Mabilia que fuit uxor Galfridi de Nevill'.—Quia rex cepit homagium Mabilie que fuit uxor Galfridi de Nevill' de terris et tenementis, que predictus Galfridus tenuit de rege in capite de

1249.

hereditate predicte Mabilie, mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Linc' quod de omnibus terris et tenementis predictis, una cum bonis et catallis, que de predictis terris receperunt post mortem predicti Galfridi, eidem Mabilie plenam seisinam sine dilacione habere faciant. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Thome de Stanford et coescaetori suo in comitatu Eboraci pro eadem Mabilia, de eodem. Teste ut supra.

Pro Rogero de Lokinton.—Mandatum est custodi foreste de Sancto Briavello quod permittat Rogerum de Lokinton' extrahere quatuor quercus de foresta regis predicta, quas J. de Plessetis comes Warr', ei dedit in bosco suo infra predictam forestam, sine impedimento cheminagii. Teste ut supra.

De mercato de Clyve et feria ibidem.—Rex vult quod unum mercatum teneatur singulis septimanis per diem Martis in manerio suo de Clyve, et quod una feria teneatur ibidem singulis annis duratura per tres dies, videlicet in vigilia et in die et in crastino Beati Jacobi apostoli; et mandatum est vicecomiti Norhampt' quod predicta mercatum et feriam clamari et teneri faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Burgum xv. die Augusti.

Pro Hugone de Bussey.—Hugo de Bussey liberavit in garderoba regis in crastino Assumpcionis Beate Marie apud Burgum Sancti Petri c. marcas, per quas finem fecit cum rege pro transgressione foreste ; et mandatum est vicecomiti Roteland' quod ipsum de predictis c. marcis quietum esse permittat et averia sua deliberet. Teste ut supra.

Eodem modo scribitur pro eo vicecomiti Noting'. Teste ut supra.

Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum Hugonem de predictis c. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Roberto de Lexinton'.—Mandatum est custodi foreste de Shirewode quod in predicta foresta faciat habere Roberto de Lexinton' duos damos, de dono regis. Teste rege apud Burgum, xvj. die Augusti.

De operacionibus de Geytinton' et de Clive.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in forestis regis de Geytinton' et de Clyve faciat habere custodibus operacionum regis predictorum maneriorum maeremium quantum necesse fuerit, ad predictas operaciones faciendas, ubi ad minus detrimentum predictarum forestarum capi poterit, per talliam inter ipsos factam de numero quercuum. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus de Stanford'.—Mandatum est eidem Roberto quod in foresta regis prope Stanford' faciat habere Fratribus Predicatoribus Stanford' vj. quercus ad maeremium, de dono regis, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi poterunt. Teste ut supra.

1249.

Pro comite Glouc'.—Mandatum est custodi foreste de Dene quod in predicta foresta faciat habere R. comiti Glouc' duos cervos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro comite Warr'.—Mandatum est custodi foreste de Kanok' quod in predicta foresta faciat habere J. de Plessetis, comiti Warr', unum cervum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Bructon'.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam fieri precepit, quod Jacobus de Bructon' vendidit Willelmo de Bructon', fratri suo, dimidiam virgatam terre cum pertinenciis in Bructon' per unum annum et amplius, antequam idem Jacobus commisisset feloniam, propter quam fuit utlagatus, mandatum est vicecomiti Linc' quod eidem Willelmo de predicta dimidia virgata terre cum pertinenciis plenam seisinam habere, et omnes exitus inde perceptos a tempore quo idem Jacobus commisit feloniam predictam eidem Willelmo reddi faciat. Teste ut supra.

[m. 4] *Pro Johanne de la Garston'*.—Rex dedit Willelmo de Trublevill' illas sex marcas quas Johannes de la Garston' mutuo accepit ab Aaron filio Abrahe pro ix. marcis ; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictum Johannem de predicto debito quietum esse, et cartam suam inde confectam sibi restitui faciant, et predictas vj. marcas eidem Judeo faciant allocari in debitis in quibus regi tenetur. Teste ut supra.

Pro Elyensi episcopo et abbate Rames'.—Mandatum est R[oberto] Passel' quod in foresta regis Huntindon' faciat habere H. Elyensi episcopo quinque damos, et abbati Rames' quatuor damos, de dono regis, ubi ad minus dampnum ejusdem foreste capi poterunt. Teste ut supra.

Pro Roberto Passel'.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Clyve quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Roberto Passelewe unum dolium vini de prestito. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex concessit Willelmo de Valencia custodiam omnium terrarum, que fuerunt Rogeri filii Johannis, usque ad legitimam etatem heredum predicti Rogeri, et mandatum est H. de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Essex' et Hertford' quod de omnibus terris et tenementis, que fuerunt predicti Rogeri in comitatibus predictis, una cum exitibus medio tempore de predictis terris perceptis, eidem Willelmo plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Magistro Rogero de Ravelingh'.—Mandatum est R. Passelewe quod faciat habere Magistro Rogero de Raveningham duas quercus in foresta nostra de Wauberge, et unam quercum in bosco de Sapelegh', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne le Butiler et Hawisia uxore ejus.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam fieri fecit, quod Ricardus filius Radulfi tenuit

1249.

feodum unius militis cum pertinenciis in Syllingeford' et Farendon' de Johanne le Botiler et Hawisia uxore ejus, racione terrarum quas ipsi tenent in dotem ipsius Hawisie, de dono Ricardi le Spek, quondam viri sui, et non de Baldewino, quondam comitis Devonie ; mandatum est vicecomiti Devonie quod de custodia feodi illius militis cum pertinenciis, quod ballivi de Plumpton' ceperunt in manum regis occasione secte quam predictus Ricardus fecit ad curiam ipsius comitis de Plumpton', ipsis Johanni et Hawisie plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Lond' et Martha uxore ejus, conversis.—Rex dedit Ricardo de Lond' et Marthe, uxori ejus, conversis, xxx. marcas, quas Josc' filius Sampsonis, Judeus, pater predicte Marthe, et parentes ejus, Judei Cantuarie, ipsi Marthe dederunt in maritagium, dum fuit Judea, et quas ab ea postea baptizari volente abstulerunt ; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictas xxx. marcas eisdem Ricardo et Marthe habere faciant. Teste ut supra.

Pro abbate de Burgo.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Clyve quod de vinis regis, que sunt in custodia sua, faciant habere abbati de Burgo unum dolium vini pro uno dolio vini, quod apud Burgum ab eo captum fuit ad opus regis. Teste ut supra.

Pro Rogero de Trehampt' et liberis hominibus de Rydelint'.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam fieri fecit, quod placea de Halh' pertinet ad dominicum Rogeri de Trehampton' et ceterorum liberorum hominum de Rydelinton', et non ad parcum regis ibidem, neque ad aliquod aliud dominicum regis, mandatum est vicecomiti Roteland' quod ipsi Rogero et ceteris liberis hominibus ejusdem ville de placea illa plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Crioyll' et Johanne filio Hugonis.—Eodem modo mandatum est eidem vicecomiti de terra placee de Heleweis, que pertinet ad dominicum Nicholai de Crioyl et Johannis filii Hugonis de Warleye.

Mandatum est custodibus vinorum regis de Clive quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere abbati Rames' unum dolium vini pro uno dolio vini quod ab eo captum fuit apud Rames' ad opus regis. Teste ut supra.

Pro Gwidone capellano Ademari de Lezignan'.—Mandatum est Roberto Passelewe, archidiacono Lewensi, quod in foresta regis de Clive, ubi ad minus detrimentum fieri possit, habere faciat Widoni capellano Aymari de Lezinan, quatuor quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Paulino Peyvr'.—Mandatum est eidem quod in foresta regis de Salceto faciat habere Paulino Peyvre sex quercus ad maremium, de dono regis. Teste ut supra.

1249.

Pro Radulfo filio Nicholai.—Mandatum est Johanni filio Nigelli custodi foreste de Bernewode, quod in predicta foresta faciat habere Radulfo filio Nicholai quinque damos, de dono regis. Teste rege apud Huntindon' xxj. die Augusti.

Pro Hugone Dispensatore.—Mandatum est Johanni de Grey, Justiciario Cestrie, quod in foresta regis de la Mare faciat habere Hugoni Dispensatori unum cervum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne Maunsel'.—Mandatum est eidem quod in foresta regis de Wyrhale faciat habere Johanni Maunsell' sex cervos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Gilberto filio Thome.—Gilbertus filius Thome solvit regi in garderoba sua per preceptum regis in vigilia Pasche anno etc. xxxiij° P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, xvj. libras, per quas finem fecit cum rege pro quadam warenna habenda; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Gilbertum de predictis xvj. libris quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Petro Abusun.—Rex contulit Petro de Abusun, consanguineo suo, prebendam illam, que fuit Willelmi de Plesseto in libera capella regis de Brug'; et mandatum est constabulario de Brug' quod Magistrum Thomam de Chabbeham, procuratorem suum, nomine ipsius Petri, in possessionem dicte prebende sine dilacione inducat, et ei, sicut moris est, stallum in choro et locum in capitulo assignet. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Ricardi de Norhampt'.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam per vicecomitem Norhampt' fieri precepit, quod unum mesuagium cum pertinenciis in Dudinton', quod fuit Thome Cotwaleys, qui fugit pro latrocinio, exstitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod idem Thomas illud tenuit de Roberto filio Ricardi de Norhampton'; mandatum est vicecomiti Norhampt' quod eidem Roberto de eodem mesuagio plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Jacobo de Alditheleg'.—Rex cepit homagium Jacobi de Alditheleg' de tota terra de Kynardesl' et Eierdesl' cum pertinenciis, et rex rogat Griffinum filium Wenunwin' quod permittat predictum Jacobum reparare castrum suum de Kynardesl', molestiam super hoc eidem non inferens, vel ab aliquo suorum inferri permittens. Teste ut supra.

Pro Petro de Wattevill'.—Petrus de Whatevill' finem fecit per quater viginti et quinque marcas cum pluribus Judeis de debitis in quibus eis tenetur; et mandatum est vicecomiti Wigornie quod de terris ipsius Petri, quas eisdem Judeis habere fecit, ut vadium suum pro debitis memoratis, eidem Petro plenam seisinam habere faciat, et, si quid inde captum fuerit, sine dilacione restitui faciat eidem. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Hereford'. Teste ut supra.

1249.

Pro priore de Huntedon'.—Mandatum est Roberto Passel' quod in foresta regis de Wauberg' faciat habere priori Huntindon' tres quercus, et in foresta de Sappeley tres quercus, ad maeremium, ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Sanctum Neothum xxiiij. die Augusti.

De vinis regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Stanford' quod sex dolia vini que habent in custodia sua habere faciant Petro, clerico regis, latori presencium, liberanda quo rex ei precepit. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto Passelewe quod faciat habere priorisse monialium Sancti Jacobi extra Huntindon' tria robora in foresta de Sappeleg', ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Licoricia que fuit uxor David Oxonie.—Rex concessit Licoricie que fuit uxor David de Oxonia, Judei, quod Johannes Mautravers, Galfridus Camerarius et ceteri debitores sui, solvant de cetero ipsi Licoricie debita in quibus tenebantur predicto David, Judeo, sicut ea reddere consueverunt ad Scaccarium regis, et quod id, quod predicti Johannes, Galfridus et ceteri debitores sui reddiderunt ad Scaccarium regis de debitis predictis, postquam ipsa finem fecerat cum rege reddendi regi xxv. marcas per annum pro tallagio suo, allocetur ipsi Licoricie in primis terminis finis sui de tallagio suo. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Philippo Luvel.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Whitlewod' faciat habere Philippo Luvel tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Philippo Marmiun.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod in foresta regis de Kanok' faciat habere Philippo Marmiun duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Norhumbr' quod omnes exitus duarum parcium terrarum, que fuerunt Rogeri filii Johannis, quos perceperunt de terris predictis in comitatu predicto, dum custodia predictarum terrarum fuit in manu regis, habere faciant Willelmo de Valencia, de dono regis. Teste ut supra.

De bonis Willelmi de Plessetis capiendis in manum regis.—Quia Willelmus de Plessetis, quandam clericus regis, tenebatur regi in pluribus debitis, mandatum est vicecomiti Essex' quod omnia bona et catalla, que fuerunt ipsius Willelmi in balliva sua, in manum regis capiat et salvo custodiat, ita quod nullus ad ea manum apponat, donec a rege aliud habuerit preceptum. Teste rege apud Dynesle xxvi. die Augusti.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Kancie, Eboraci, Roteland', Cantebr' et Salopie.

1249.

Pro Willelmo de Chesney.—Mandatum est custodi foreste de Gillingham quod in predicta foresta faciat habere Willelmo de Chenay duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo Rydel.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Cruce Roesie quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Ricardo Rydel unum dolium vini pro uno dolio vini quod ab eo captum fuit apud Sanctum Neothum ad opus regis. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Hertford quod in pleno comitatu suo, et per assensum ejusdem comitatus, eligi faciat unum alium coronatorem in comitatu suo, qui una cum Johanne de Gatesbur', coronatore regis in comitatu predicto, faciat et conservet ea que ad coronam regis pertinent, prestito ab eo sacramento, sicut fieri debet et solet ; et talem eum ad hoc eligi faciat qui melius sciat et velit ad hoc intendere, et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Stephano Lungesp' et Emelina uxore ejus. Hybernia.—Rex J. filio Galfridi, justiciario suo Hybernie, salutem. Monstravit nobis Stephanus Lungesp' quod cum ipse in curia nostra coram justiciariis nostris in Hybernia recuperasset manerium de Melok cum pertinenciis pro warantia tercie partis quinque cantredorum terre cum pertinenciis tamquam dotem Emeline uxoris sue, que fuit uxor Hugonis de Lacy, quondam comitis Ulvester', versus Ricardum de Burgo, et idem Ricardus pro eodem manerio fecisset ei excambium de manerio de Tristelaurent' cum pertinenciis, vos occasione mandati nostri quod nuper vobis direximus, de assignando Alesie que fuit uxor ipsius Ricardi terras quas Egidia mater ejus tenuerat in dotem, eundem Stephanum de dicto manerio disseisivistis, et illud predicte Alesie in dotem assignastis ; et ideo vobis mandamus quod de terris que fuerunt ipsius Ricardi, et que sunt in custodia nostra, predictis Stephano et Emeline uxori ejus pro dicto manerio de Tristelaur' racionabile excambium fieri, ad majus commodum ipsorum et ad minus nocumentum heredis prefati Ricardi, et dampna que dictus Stephanus et Emelina sustinuerunt hac occasione post dictam disseisinam factam, eis de nostro restitui, faciatis. Teste rege apud Hertford' xxvij. die Augusti.

Pro electo de Pritewell', monacho Clunien'.—Rex electioni facte de Petro, monacho Cluniacensi, in priorem de Pritewell' regium adhibuit assensum et favorem ; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Essex' quod de predicto prioratu de Pritewell' et de omnibus rebus et possessionibus ad predictum prioratum spectantibus, eidem priori plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Waltham xxix. die Augusti.

Pro abbate et monachis juxta Dublin' in Hybernia.—Quia rex comperit per inquisicionem factam per justiciarium regis Hybernie quod una carucata et xiiij. acre terre cum pertinenciis in tenemento regis de Novo Castro, quam predictus justiciarius providit assignare

1249.

abbati et monachis Sancte Marie juxta Dublin' in recompensacionem dampni quod sustinere dicuntur per molendina regis de novo levata prope castrum regis Dublin', est de dominico corone regis, rex non vult quod eadem terra eis assignetur; set de alia terra, que sit de excaeta vel aliter, ita quod non sit de hujus modi dominico regis, vult etiam rex eis provideri secundum quod rex alias ei mandavit; et mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod terram aliam quam de dominico regis, que valeat annuatim x. marcas, eis assignetis (*sic*) quamcito poterit; quo facto, regem inde certificet ut rex terram illam eis confirmare possit: et interim x. marcas de Scaccario regis Dublin' assignet. Teste ut supra.

Pro Licoricia que fuit uxor David Oxonie, Judei.—Rex concessit Licoricie, que fuit uxor David de Oxonia, Judei, quod omnes cartas et omnia munimenta de debitis que fuerunt predicti David, pro quibus ipsa finem fecerat cum rege reddendi regi xxv. marcas per annum, ubicumque carte ille et munimenta fuerint inventa, sive in thesauro regis London' vel alibi, ipsi Licoricie liberentur; et quia rex vult quod ipsa Licoricia solvat regi per manum suam tallagium suum pro quo finem fecit cum rege reddendi regi xxv. marcas per annum, qui quidem finis Judeis regis in tallagio suo est allocatus, rex concessit quod ipsa non ponatur in summonicione pro aliquo tallagio de Judaismo regis quamdiu tenuerit terminos suos; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod cartas et munimenta predicta ei habere, et sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro Ingeramo de Fednes.—Mandatum est Galfrido de Lucy quod in foresta regis de Porecestria faciat habere Ingelramo de Feenes xxx. bonas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Rosa de Ditton', Rogerus de Shoford' et Radulfus filius predicte Rose, capti et detenti in prisona regis de Roffa pro morte Ricardi de Capella, unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Kancie quod ponantur per ballium.

Pro Ricardo filio Girardi et socio ejus.—Ricardus filius Girardi et Wydo de Sancto Edmundo, capti et detenti in prisona regis Linc' pro morte Gerardi mercatoris de Colonia, unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Linc' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De pannis captis ad elemosynam regis.—Mandatum est baillivis nundinarum Abbindon' quod in predictis nundinis capiant ad opus regis duo milia ulnarum de vilibus pannis Griseng' de precio septem vel octo denariorum ad elemosinam regis, et illa sine omni dilacione cariari faciant usque Lond', liberanda ibidem custodi garderobe regis; et de custo et cariagio ibidem rex satisfieri faciet. Teste ut supra.

De bonis pannis ad opus valettorum regis.—Mandatum est baillivis Colecestrie quod in villa Colecestrie capi faciant ad opus regis viginti bonos pannos de russetto ad vestiendum vadlettos nostros contra instans festum Sancti Michaelis, cujus ulne precium sit circiter xiiij. vel xv.

1249.

denarios, et predictos pannos cariari faciant usque Lond', liberandos ibidem custodi garderobe regis ; et custum et cariagium inde ibidem rex reddi faciet.

De linea tela ad opus regis.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod in villa Wilton' capiant (*sic*) ad opus nostrum duo milia ulnarum linee tele, et ea cariari faciant Lond', liberanda ut supra. Teste ut supra.

Pro Hugone le Porter.—Rex concessit Hugoni le Porter annum et diem, qui ad regem pertinent, de terris et catallis que fuerunt Willelmi le Toek', utlagati pro morte hominis, ita scilicet quod boscos, domos et gardina earundem terrarum extirpari faciat, secundum consuetudinem regni regis ; et mandatum est vicecomiti Sumers' quod de omnibus terris et catallis que fuerunt predicti Willelmi in balliva sua eidem Hugoni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est, exceptis terris et catallis que idem Willelmus habuit in libertate Bathoniensis episcopi de maritagio uxoris sue. Teste rege apud Westmonasterium iiij. die Septembris.

Pro Matillide de Lacy.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod omnia debita regi soluta de debitis, in quibus Walterus de Lacy regi tenebatur, allocari faciat ad Scaccarium, et diligenter inquirat quantum de predictis debitis regi restat solvendum, et de omnimodis demandis debitorum Matillidi de Lacy pacem habere permittat, donec aliud a rege receperit in mandatis. Teste ut supra.

Pro Johanne Silvestr'.—Mandatum est custodi foreste Norhumbr' quod in prefata foresta faciat habere Johanni Silvestr' unum cervum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto Walerand'.—Mandatum est custodi foreste de Dene quod in eadem foresta faciat habere Roberto Walerand' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Stopham quod in bosco de Bocholte faciat habere eidem Roberto Walerand' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Simone de Weseham.—Simon de Weseham, appellatus de morte Radulfi filii Claricie, habet litteras vicecomiti Norf' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De austurco regis.—Mandatum est Johanni de Frethorn quod recipiat ad opus regis a Roberto de Tateshal' unum austurcum, quem regi dedit, et illum custodiat, donec aliud a rege habuerit mandatum. Teste (*unfinished*).

[m. 3.] *Pro Petro de Sabaudia.*—Mandatum est Ricardo de Herterugg' quod austurcum regi mutatum, quem habet in custodia sua, liberet latori presencium ad opus Petri de Sabaudia. Teste rege apud Westmonasterium ix. die Septembris.

1249.

Pro Willelmo de Trublevill'.—Mandatum est Johanni filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod in manerio de Balimacdon' assignet Willelmo de Trublevill' xxv. marcatas redditus pro annuo feodo suo xxv. marcarum quod percipit ad Scaccarium Lond', ita quod de residuo extente illius manerii per manum suam vel attornati sui singulis annis regi respondeat ad Scaccarium suum Dublin', quamdiu regi placuerit. Teste ut supra.

Pro Ademaro de Lezignan.—Mandatum est Johanni filio Nigelli quod in bosco regis de Shotovr', ubi ad minus nocumentum fieri possit, faciat habere Ademaro de Lezignan' xx. robora, et in bosco de Pancehal' xxx[a] robora, ad focum suum hac hyeme apud Oxoniam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro leprosis de Ileford'.—Mandatum est ballivis de Havering' quod in forinseco bosco regis de Havering' faciat (*sic*) habere leprosis de Ileford' duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est custodi foreste de Hatfeud' quod permittat Willelmum de Valencia vel homines suos capere xii. damas et tres damos vivos in predicta foresta ad instaurandum parcum suum de Clavering', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Mereduc' filio Ricardi.—Mandatum est Henrico de Wingham quod de exitibus excaetarum regis, que sunt in custodia sua, faciat habere Mereduc' filio Ricardi xv. marcas, de dono regis; et rex faciet ei allocari. Teste ut supra.

De vinis regis cariandis.—Mandatum est Ernaldo Geraudon, camerario regis Lond', quod de vinis regis de prisa, que sunt in custodia sua, liberet maiori et vicecomitibus Lond' xxx[a] dolia vini, carianda quo rex eis injunxit. Teste ut supra.

Pro Reginaldo filio Petri.—Mandatum est custodi foreste regis de Den' quod in predicta foresta faciat habere Reginaldo filio Petri contra festum suum de uxore sua ducenda, decem damos, de dono regis. Teste rege apud Guldeford' xiiij. die Septembris.

Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Wichewud' faciat habere Reginaldo filio Petri ii. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Lucia que fuit uxor Thurstani Dispensatoris.—Rex commisit Lucie que fuit uxor Thurstani Dispensatoris manerium de Ewelme, habendum in tenenciam, donec racionabilis dos ei fuerit assignata de terris que fuerunt predicti Thurstani; et mandatum est Henrico de Wengham et coeschaetori suo in comitatu Oxonie quod eidem Lucie de predicto manerio plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Windes' xviij. die Septembris.

Pro Agnete Spirewig'.—Rex ob reverenciam et veneracionem festi Exaltacionis Sancte Crucis, apud Guldeford, anno regni etc.

1249.

xxxiii° remisit et perdonavit Agneti Spirewig' transgressionem quam fecit pro receptamento filii sui, unde rettata et incarcerata fuit apud Guldeford; et mandatum est vicecomiti Surr' quod ipsam Agnetem a carcere predicto deliberet, et eam quo voluerit libere abire permittat. Teste ut supra.

De cappis de samito ad opus regis.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod duas cappas de samito cum campanellis, quam (*sic*) fieri precepit, et quam dedit ecclesie de Sarr', regi sine dilacione habere faciat, ita quod eas rex habeat hac die Dominica proxima apud Windes'. Teste ut supra.

Pro Agatha que fuit uxor Rogeri de Monte Caniso.—Quia rex concessit Willelmo de Plessetis custodiam terre et heredum Rogeri de Monte Caniso, et idem Willelmus dum vixit non assignavit dotem Agathe que fuit uxor ipsius Rogeri de terris que (*sic*) tenuit in balliva vicecomitis Essex', mandatum est eidem vicecomiti quod de eisdem terris eidem Agathe racionabilem dotem suam sine dilacione assignet. Teste ut supra.

Pro Ademaro de Lezignan'.—Mandatum est Roberto Passel' quod in balliva sua, ubi ad minus dampnum fieri possit, capi faciat xx. damos ad opus Ademari de Lezignan', fratris sui, de dono regis. Teste rege apud Wind' xix. die Septembris.

Pro uxore Rogeri de Lokinton'.—Mandatum est Willelmo Luvel, venatori regis, quod de venacione, quam cepit in foresta regis de Dene ad opus regis, faciat habere uxori Rogeri de Lokinton' unum bonum damum, de dono regis, ita quod nichil decidat de numero [predicto *cancelled*] c. damorum. Teste ut supra.

De scutagio pro Matillide de Lacy.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu predicto, per quos etc., diligenter inquirat qui tenuerit terras quas Matillis de Lacy modo tenet ad firmam, tempore auxilii regi concessi ad sororem regis maritandam, et tempore quo scutagium Wasconie cucurrit; et omnes illos, qui terras illas tunc temporis tenuerunt, distringat ad illud auxilium et scutagium reddendum; et quod idem vicecomes manuteneat et protegat ipsam Matillidem quantum permittitur a justicia. Teste ut supra.

Pro Matheo Bezill'.—Mandatum est Willelmo Luvel et Warnero, socio ejus, quod de centum damis, quos rex capi precepit ad opus suum in foresta de Den', faciat habere Matheo Bezill' duos bonos damos cum caudis levatis, ita quod nichil decidat de numero predicto. Teste ut supra.

De cera regis mittenda.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod una cum Andrea Poynant, clerico regis, eat ad Turrim Lond', et a garderoba regis extrahat unum miliare cere, et illud liberet eidem Andree, regi deferendum ad expensas suas (*sic*) regis, et claves

1249.

quas rex ei mittit sub sigillo suo ei remittat sub sigillo suo per eundem Andream. Teste rege apud Wind' xxj. die Septembris.

De plumbo ad operaciones regis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod de plumbo regis, quod habet in custodia sua, liberet custodibus operacionibus (*sic*) regis Wind' quatuor carratas plumbi ad operaciones regis ibidem inde perficiendas. Teste ut supra.

Pro Willelmo Benedicti.—Mandatum est Roberto Passel' quod in foresta regis de Wicchewod faciat habere Willelmo Benedicti, clerico regis, duas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore de Coventria.—Mandatum est custodi foreste de Kannoc quod in predicta foresta faciat habere priori de Coventria xx. quercus ad maeremium, ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled*] quia aliter in anno sequenti.

Pro episcopo Londoniensi.—Mandatum est custodi foreste de Braden' quod in eadem foresta faciat habere episcopo Londoniensi tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro fratre Thoma de Sancto Antonio.—Mandatum est custodi foreste de Axiholt quod in eadem foresta faciat habere fratri Thome de Sancto Antonio decem quercus [fusta *cancelled*] ad maeremium, ad fabricam capelle Sancte Marie, que fuit sinagoga Judeorum Londonie, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Sinago.—Mandatum est eidem quod in eadem foresta capi faciat duos damos, et eos habere faciat uxori Willelmi de Sinago, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod de vinis regis que sunt in custodia eorum faciant habere eidem uxori unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanna que fuit uxor Willelmi Pope.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod de catallis que fuerunt Willelmi Pope de Awelton', qui abjuravit regnum pro receptamento latrocinii, habere faciat Johanne uxori ipsius Willelmi unum quarterium frumenti, de dono regis. Teste [etc.].

Pro fratre fratris W. Bataille.—Mandatum est Johanni Walensi [custodi *cancelled*] ballivo parci de Havering', quod in eodem parco faciat habere fratri fratris Willelmi Bataille unam quercum ad unum postem inde faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

De apris capiendis ad opus regis.—Mandatum est Willelmo Luvel et Warnero, fratri ejus, venatoribus, quod in foresta de Dene capiant xx. apros, ita quod octo vel x. illorum rex habeat apud Westmonasterium in festo Sancti Edwardi. Teste rege apud Wind' xxiii. die Septembris.

Et mandatum est custodi predicte foreste quod ipsos in eadem foresta dictos capros (*sic*) capere permittat. Teste ut supra.

1249.

De pictura Westmonasterii.—Rex injungit Magistro Johanni de Sancto Omero, quod garderobam camere regis apud Westmonasterium perpingi faciat, sicut pictura illius garderobe inchoatur; et quod faciat unum lectrinum ponendum in novo capitulo Westmonasterii ad similitudinem illius quod est in capitulo Sancti Albani, vel decentius et pulcrius, si fieri poterit; et ad hoc faciendum, colores et maeremium et necessarias liberaciones usque ad adventum regis Lond' ei inveniri faciat. Et custum ad hoc appositum, cum rex illud sciverit, reddi faciet. Et mandatum est abbati Westmonasteriensi, Edwardo filio Odonis et Philippo Luvel quod liberaciones et alia necessaria ut supra inveniri faciant. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus Bristolli.—Mandatum est ballivo Sancti Briavelli quod permittat Fratres Predicatores Bristolli sine impedimento cheminagii extrahere xii. quercus, quas comes Warr' eis dedit in dominico bosco suo, qui est infra forestam regis de Dene. Teste ut supra.

Pro Alano de Guldeford'.—Quia tempore quo rex concessit Alano de Guldeford' custodiam terre et heredis Roberti de Alneto, idem Robertus tantum habuit duas filias, et Geretruda uxor ipsius Roberti pregnans fuit, et postea peperit quendam filium, Robertum nomine, qui succedere debet patri suo in hereditatem, mandatum est vicecomiti Suff' quod custodiam predicti heredis eidem Alano sine dilacione habere faciat. Teste rege apud Wind' xxiiij. die Septembris.

De operacionibus castri Dovor'.—Rex multo miratur et movetur quod vicecomes Kancie non solvit B. de Crioll', constabulario Dovor', xl. marcas ad operaciones castri Dovor', sicut ei pluries injunxit; unde mandatum est eidem vicecomiti quod easdem xl. marcas ei liberari faciat, sicut seipsum voluerit servare indempnem; et per sacramentum etc. inquirat qui venditores et emptores vinorum regis que ultimo vendita fuerunt apud Roffam tempore quo Nicholaus de Halo fuit vicecomes Kancie, et illos distringat ad precium vinorum ei sine dilacione reddendum, et denarios inde provenientes, quorum summam regi scire faciat, cum illos receperit, liberet eidem constabulario ad operaciones predictas faciendas. Teste ut supra.

Pro Aniano episcopo de Sancto Asapho.—Rex cepit homagium venerabilis patris Anniani episcopi de Sancto Asapho, et mandatum est Johanni de Grey, justiciario Cestrie, quod de omnibus terris et tenementis, que ad prefatum episcopatum pertinent, et que idem Johannes cepit in manum regis per preceptum suum, eidem episcopo plenam seisinam habere faciat. Et habeat litteras regis clausas de proteccione eidem Johanni directas sine termino. Teste rege apud Wind' xxvii. die Septembris.

Eodem modo scribitur Fulconi de Orreby de eodem, de seisina habenda de terris que fuerunt in manu sua. Teste ut supra.

De gaiola Norht' prestita Lincolniensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod faciat habere episcopo Lincolniensi gaiolam

1249.

regis in castro suo Norht' ad imponendum clericos suos prisones, de prestito regis. Teste rege apud Wind' xxviii. die Septembris.

De custodia abbacie Cestrie commissa.—Quia rex commisit Fulconi de Orreby abbaciam Cestrie vacantem custodiendam, ita quod de exitibus omnium terrarum ejusdem abbacie regi respondeat ad Scaccarium, mandatum est Thome de Stanford' et choescaetori suo in comitatu Noting' quod de omnibus terris et tenementis spectantibus ad predictam abbaciam in comitatu predicto eidem Fulconi plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro Artaldo de Sancto Romano.—Rex concessit Artaldo de Sancto Romano, clerico suo, custodiam terre et heredum Rogeri de Monte Caniso, una cum maritagio eorundem heredum, quam prius rex concesserat Willelmo de Plessetis, clerico suo, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem predictorum heredum; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Essex' et Suff' quod eidem Artaldo de predicta custodia plenam seisinam habere faciant, ut predictum est, cum exitibus medio tempore perceptis. Teste rege apud Wind' xxx. die Septembris.

Pro priore de Merseya.—Quia datum est regi intelligi quod abbas Rotomagi in fata concessit, propter quod, pro fidelitate regi debita a futuro abbate, capi precepit rex in manum suam prioratum de Merseya, que est cella abbacie Rotomagi, et postea comperit rex suggesta ei de premissis veritate carere, mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Essex' quod capcionem predicti prioratus penitus remittant, et, si quid inde receperint, eidem prioratui restituant. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Willelmus Tuk', captus et detentus in prisona regis de Ivelcestria pro morte Matillidis sororis sue, unde rettatus est, habet literas regis quod ponatur per ballium, ita quod duodecim manucaptores habeant ipsum coram rege in crastino Sancti Edwardi apud Westmonasterium ad standum inde recto etc. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod non permittat gardinas ipsius Willelmi extirpari, vel pratum suum arari, vel alia bona sua devastari, donec aliud inde rex ei preceperit. Teste ut supra.

Et mandatum est similiter Hugoni le Porter quod devastacionem et extirpacionem ponat in respectum, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro N. quondam Dunolmensi episcopo.—Quia per litteras patentes venerabilium patrum W. Eboracensis archiepiscopi F. Londoniensis et W. Bathoniensis et Wellensis episcoporum, rex intellexit evidenter socas de Weleton', de Clif' et de Rikenhal' ad manerium de Haueden, et Herdewic' ad manerium de Stocton', et Shotton' ad manerium de Esinton', tamquam menbra eorundem, pertinere, et eadem maneria cum eisdem menbris et pertinenciis suis per eosdem archiepiscopum et episcopos N. Dunolmensi episcopo in taxacione moderate provisionis ac congrue pro ejus sustentacione assignata fuisse; mandatum est custodi episcopatus Dunolmensis quod eidem episcopo de predictis

1249.

sokis et menbris sine dilacione plenam seisinam habere faciat, et si quid inde ceperit, id ei reddat plene. Teste rege apud Wind' primo die Octobris.

Pro Simone Potyn.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod Simonem Potin, detentum in prisona regis Roffe pro eo quod una cum sociis suis permisit quendam latronem, qui Scaccarium regis fregerat et bisancios regis asportaverat, abire, sine dilacione ab eadem prisona deliberari faciat quietum. Teste ut supra.

Pro W. Sarisburiensi episcopo.—Quia rex cepit per inquisicionem quam fieri fecit, quod Robertus bone memorie quondam Sarisburiensis episcopus obiit seisitus de una carucata terre cum pertinenciis in Bissopeston', et una carucata terre cum pertinenciis in Beydon', tanquam de jure ad ecclesiam suam spectantibus, quas post mortem predicti episcopi contulerat rex Willelmo Chubbe, rex eam reddidit W. Sarisburiensi episcopo, successori dicti Roberti, tamquam jus suum et ecclesie sue; et mandatum est vicecomiti Wyltes' quod eidem episcopo de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro comite Cornubie.—Cum rex jamdudum concesserit R. comiti Cornubie fines et ammerciamenta de ultimo itinere justiciariorum regis in comitatibus Sumers' et Dors', in partem solucionis debitorum, in quibus rex eidem comiti tenetur, mandatum est baronibus de Scaccario quod sine dilacione summonicionem Scaccarii regis fieri faciant pro finibus et ammerciamentis predictis, ut vicecomes regis eorundem comitatuum fines et ammerciamenta predicta liberari faciat sine dilacione eidem comiti, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Petro de Ryvall'.—Mandatum est Johanni de Venuz, custodi foreste de Axiholt, quod in eadem foresta faciat habere Petro de Ryvall' vj. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Elya de Geytinton'.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod sine dilacione significet regi ob quam causam Elyas de Geytinton' qui per ipsum ejectus est de terra sua, ut dicitur. Teste rege apud Wind' iij° die Octobris.

Pro Henrico piscatore.—Mandatum est Johanni filio Nigelli quod Henricum piscatorem, quem atachiari fecit pro venacione, non occasionet vel molestet aut gravet, set ipsum et plegios suos quietos inde esse permittat, quia Ademarus de Lezignan, frater regis, advocavit coram rege se dictam venacionem prefato Henrico dedisse apud Brehull' in vigilia Sancti Laurencii. Teste ut supra.

Pro Petro de Sabaudia de austurco dato.—Mandatum est Roberto de Radinghal' quod aucipitrem regis, quem habet in custodia sua, liberet latori presencium ad opus Petri de Sabaudia, de dono regis. Teste ut supra.

1249.

Pro Ademaro de Lezignan'.—Rex pro cc. marcis, per quas Ademarus de Lezignan' finem fecit cum rege, concessit ei custodiam terrarum que fuerunt Thurstani Dispensatoris, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem heredis predicti Thurstani. Et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Wyltes', Surr', Glouc', Oxonie, Wygornie quod ei de predicta custodia plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro abbate Cestrie.—Mandatum est Fulconi de Orrebi quod de bonis abbacie Cestrie, cujus custodiam rex ei commisit, nichil omnino amoveat aut amoveri permittat, set ea salvo et ipsam abbaciam custodiatis (*sic*), sicut consuevit custodiri tempore Rannulfi, quondam comitis Cestrie, quando vacavit et fuit in manu sua. Teste etc. ut supra.

De sale regi annuatim debito.—Rex miratur quam plurimum et movetur quod triginta et duo quarteria salis, que singulis annis de balliva Johannis de Munemuth' mitti debent usque Clarendon, hoc anno non misit, sicut rex ei precepit; et mandatum est ballivo ejusdem Johannis de Munemuth' de Nova Foresta quod, sicut se et dominum suum indempnes velit conservare, illa ibidem venire faciat sine mora. Teste ut supra.

[m. 2.] *Pro Petro Abusun.*—Mandatum est Rogero le Taylur quod de garderoba regis faciat habere Petro de Abuzun et magistro suo robas et cappas furratas, de dono regis. Teste rege apud Wind' iiij^to die Octobris.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod omnes prisones, quos Godefridus de Liston' ei liberabit, ab eo recipiat et in prisona regis de Guldeford' salvo custodiat, donec aliud rex inde preceperit. Teste ut supra.

De foresta de Clarendon' agistanda.—Mandatum est Roberto de Stopham, custodi foreste de Clarendon', quod agistari faciat racionabiliter predictam forestam regis de porcis, ita quod porci anulos habeant in naribus, ne possint pasturam effodere bestiarum. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Octobris.

Pro magistro et fratribus hospitalis Sancti Petri Eboraci.—Quia rex concessit magistro et fratribus hospitalis Sancti Petri Eboraci quod Galfridus de Cumpton' det eis sexaginta acras more in Lexemer' juxta Esingwald', et tres acras terre cum pertinenciis in Hoppeweyt, quas idem Galfridus habuit de dono regis, reddendo inde per annum ad Scaccarium regis unam marcam, mandatum est baronibus de Scaccario quod ab eisdem magistro et fratribus predictam marcam recipiant ad idem Scaccarium singulis annis, sicut illam prius ab eodem Galfrido recipere consueverunt. Teste ut supra.

Pro priore de Coventr'.—Prior de Coventr' liberavit in garderobam regis P. Chaceporc', custodi ejusdem garderobe, lxiiij. marcas et xij. denarios die Veneris proxima ante festum Sancti Dionisii apud

1249. Westmonasterium per preceptum regis [de exitibus prioratus Coventr' dum vacans fuit et in manu regis *cancelled*], videlicet l. marcas de tallagio quod assideri fecit super tenentes ejusdem prioratus in vacacione ejusdem prioratus, et xiiij. marcas et xij. denarios de exitibus ejusdem de tempore predicto ; mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum priorem de predictis lxiiij. marcis et xij. denariis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Warr' ut infra. [*In margin.*]

Pro priore Sancti Petri de Gyppewico.—Rex ea, que ad regem spectabant de prioratu Sancti Petri de Gyppewico tempore quo nuper vacabat, remisit priori ejusdem loci, et mandatum est Henrico de Wengham quod ei inde pacem habere permittat. Teste [*unfinished*].

Pro Johanne de Frethorn'.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Rading' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Johanni de Frethorn' unum dolium vini, de dono regis.

De ponenda per ballium.—Cecilia de Strafford', capta et detenta in prisona regis Lanc' pro morte Thome de Strafford', unde rettata est, habet litteras regis vicecomiti Lanc' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro priore de Coventr'.—Eodem modo ut supra continetur, mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Warr' pro priore de Coventr' cum hac adjeccione, quod si quam obligacionem a predicto priore receperint, eidem priori sine dilacione restituant. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Petrus de Locsted, captus et detentus in prisona regis Linc' pro morte Roberti Crok', unde rettatus est, habet litteras regis vicecomiti Linc' directas quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Waltero Ferebraz.—Rex concessit Waltero Ferebraz quod quandocumque contigerit tallagium assideri in civitate Lond' non tallietur ultra dimidiam marcam sine speciali precepto regis. Et mandatum est maiori et vicecomitibus London' quod predictum Walterum ultra dimidiam marcam non tallient vel talliari permittant. Teste rege apud Westmonasterium, xxviij° die Decembris anno etc. xxxij°.

De prioratu Merton' commisso.—Rex commisit Willelmo de Axemuth' prioratum de Merton', custodiendum quamdiu regi placuerit. Et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Surr' quod de predicta custodia in nullo se intromittant. Teste apud Westmonasterium xij. die Octobris.

Pro Galfrido de Baggepuz et Emmecina uxore ejus.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam per vicecomitem Notingh' fieri precepit, quod Willelmus de London' tantum tenuit de socagio regis

1249.

de Mamefeud' quatuor bovatas terre, et custos honoris de Tikehull', occasione illarum quatuor bovatarum terre, cepit in manum regis totam aliam terram, quam idem Willelmus tenuit per servicium militare de Galfrido de Bagepuz et Emmecina uxore ejus, mandatum est predicto custodi quod de omnibus terris et tenementis, que idem Willelmus tenuit de predictis Galfrido et Emmecina, eisdem sine dilacione plenam seisinam habere faciat, et si quid inde ceperit, id eis restitui faciat. Teste ut supra.

Pro Petronilla et Agnete nutricibus Edmundi filii regis et Beatricis sororis ejus.—Rex de ix. marcis et xx. denariis, quos Elena, nutrix regis, percipere consuevit singulis annis per manum vicecomitis Essex' de elemosina regis constituta, concessit Petronille, nutrici Edmundi filii regis, et Clementi Folyot, viro suo, octo marcas et xx. denarios, percipiendos toto tempore vite ipsius Petronille, et unam marcam residuam concessit Agnete, nutrici Beatricis filie regis, et Bartholomeo de Everesl', viro suo, habendam eisdem Petronille et Clementi toto tempore vite ipsius Petronille, et eisdem Agnete et Bartholomeo toto tempore vite eorum, sicut predicta Elena eos percipere consuevit, sicut predictum est. Et mandatum est predicto vicecomiti quod de predictis ix. marcis et xx. denariis predictis Petronille et Clementi, viij. marcas et xx. denarios, et predictis Agnete et Bartholomeo unam marcam residuam singulis annis liberari faciat. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Octobris.

Rex concessit Agnete, nutrici Beatricis filie regis, et Bartholomeo de Eversl', viro suo, illas ix. marcas et xx. denarios, quos Elena, nutrix nostra, percipere consuevit singulis annis per manum vicecomitis Surr' de elemosina regis constituta, habendos eisdem Agnete et Bartholomeo toto tempore vite eorum, sicut predicta Elena illas percipere consuevit. Et mandatum est predicto vicecomiti quod illas ix. marcas et xx. denarios eisdem Agnete et Bartholomeo singulis annis liberari faciat. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Alexander Kake, captus et detentus in prisona Cantuariensis archiepiscopi pro morte Ricardi de Capella, unde rettatus est, habet litteras regis vicecomiti Kancie directas quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro priore de Shelford.—Mandatum est Isabelle de Everingeham quod in foresta regis de Sirewud' faciat habere priori de Schelford x. quercus ad maremium ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

De assensu regis in eleccionem.—Rex electioni facte de fratre Eustachio, canonico de Merton', in priorem ejusdem domus, regium assensum adhibuit et favorem; et mandatum est Willelmo de Axemuth' quod de predicto prioratu et omnibus ad ipsum pertinentibus eidem priori plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Octobris.

De ponendo per ballium.—Willelmus le Serjant, captus et detentus in prisona regis Roffe pro morte Ricardi de Capella, unde rettatus est,

1249.

habet breve vicecomiti Kancie quod ponatur in ballium. Teste ut supra.

Memorandum quod die Veneris proxima post festum Sancti Edwardi anno etc. xxxiij° suscepit J. de Lexinton' custodiam sigilli.

Pro executoribus Hugonis de Vivon'.—Quia executores testamenti Hugonis de Vivon' fecerunt regi securitatem per Petrum Chaceporc et Willelmum de Fortibus quod satisfacient regi de debitis, si qua prefatus Hugo regi debebat, mandatum est Henrico de Wengham quod de omnibus bonis que fuerunt prefati defuncti eosdem executores liberam administracionem habere permittat. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Octobris.

Pro comite Cornubie.—Rex concessit Ricardo, comiti Cornubie, fratri suo, in recompensacionem partis debitorum in quibus rex ei tenetur, omnes exitus comitatuum Sumerset' et Dors' de itinere justiciariorum regis ultimo itinerantium in eisdem comitatibus. Et mandatum est vicecomiti predictorum comitatuum quod predictos exitus colligat quamcito poterit, et eos integre predicto fratri regis, vel ejus certo attornato, habere faciat, sicut alias eidem vicecomiti preceptum fuit; et summam predictorum exituum per talliam et per litteras regi fideliter scire faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Rus, capellano.—Quia venerabilis pater P. Herefordensis episcopus manucepit habere coram rege Willelmum le Rus, capellanum, quem rex capi precepit ad standum recto, si quis versus eum loqui voluerit, mandatum est vicecomiti Midd' quod prefatum Willelmum liberet episcopo memorato. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Octobris.

Pro Alicia que fuit uxor Roberti Tuschet.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Salopie quod de omnibus terris et tenementis, que Robertus Tuschet tenuit de rege in capite in comitatu predicto, et de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, Alicie que fuit uxor ipsius Roberti racionabilem dotem faciant habere. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Fulconi de Orreby, de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Roberti in balliva sua. Teste ut supra.

Pro Amicia de Ripariis.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod faciat habere Amicie de Ripariis, custodi terrarum que fuerunt Baldewini, quondam comitis Devonie, retorna brevium regis de Insula de Whit, ad faciendum summoniciones et attachiamenta brevium eorundem, salvis regi placitis de eisdem brevibus provenientibus. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod habere faciant R. Lincolniensi episcopo denarios subscriptos, ad quos homines sui de Lidinton' amerciati fuerunt coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu Roteland' ad placita foreste pro defalta, videlicet, de

1249.

Willelmo filio Johannis de Lidinton' dimidiam marcam ; de Willelmo de Presteley et Ricardo fratre ejus, dimidiam marcam ; de Galfrido de Presteley, dimidiam marcam ; de Galfrido filio Alexandri de Lidinton' dimidiam marcam ; de Willelmo forestario de Lidinton' dimidiam marcam ; de Willelmo, clerico de Kaldecot', unam marcam ; de Petro fratre ejus xx. solidos. Teste ut supra. [*Cancelled*] Quia aliter inferius.

Pro Ricardo de Grey.—Quia rex talliari fecit dominica sua per Angliam, mandatum est vicecomiti Kancie quod Ricardo de Grey faciat habere racionabilem tallagium de hominibus suis de eo tenentibus in maneriis de Elleford' et Ho, que aliquando fuerunt dominicum regis. Teste ut supra.

Pro Lincolniensi episcopo et hominibus suis.—Quia rex accepit per inspeccionem rotulorum suorum de Scaccario, et per libertates quas venerabilis pater R. Lincolniensis episcopus habet per cartas predecessorum regis, regum Anglie, et confirmacionem suam, quod predictus episcopus et homines sui quieti esse debent de communi summonicione coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste, mandatum est baronibus de Scaccario quod defaltam quam idem episcopus fecit coram justiciariis ultimo itinerantibus ad placita foreste in comitatu Roteland', et similiter demandam quam iidem barones faciunt per summonicionem Scaccarii hominibus ipsius episcopi de Lydinton', videlicet de Willelmo filio Johannis de Lydinton', de dimidia marca ; de Willelmo de Presteley et Ricardo fratre ejus, de dimidia marca ; de Galfrido de Presteley, de dimidia marca ; de Galfrido filio Alexandri de Lydinton', de dimidia marca ; de Willelmo forestario de Lydinton', de dimidia marca ; de Willelmo, clerico de Caldecot', de una marca ; et de Petro fratre ejus, de xx. solidis, penitus relaxent ; et tam ipsum episcopum quam predictos homines suos inde quietos esse facient. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Octobris.

Quia rex accepit per testimonium justiciariorum suorum ultimo itinerancium ad omnia placita in comitatu Oxonie quod decem marce de catallis Ade le Bedel, qui se ipsum submersit, et que exiguntur per summonicionem Scaccarii ab episcopo Lincolniensi, devenerunt ad manus Magistri Johannis de Reygate, tunc cancellarii Oxonie, et non ad manus ipsius episcopi ; et similiter octo solidi de catallis cujusdam hominis, qui occidit Magistrum Willelmum de Drocheda, devenerunt ad manus magistri Willelmi de Lymes' (Gilberti de Byham *cancelled*), tunc cancellarii Oxonie, mandatum est baronibus de Scaccario quod predictum episcopum de demanda predictorum catallorum quietum esse faciant, et districcionem fieri faciant super ipsos Johannem et Willelmum (Gilbertum *cancelled*), ad quos predicta catalla devenerunt. Teste ut supra.

Pro Hugone filio Rannulfi de Sabir'.—Quia Hugo filius Rannulfi de Sabir', quem pro redisseisina rex capi precepit et incarcerari, satis punitus est pro delicto, mandatum est vicecomiti Lanc' quod ipsum Hugonem a carcere deliberet, et averia sua, si qua ceperit hac occasione, ei sine dilacione reddi faciat. Teste ut supra.

1249.

Pro Predicatoribus Bristolli.—Mandatum est custodi foreste regis de Dene quod in eadem foresta faciat habere Fratribus Predicatoribus Bristolli sex quercus ad operaciones ecclesie sue (inde faciendas *cancelled*), de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Octobris.

Pro monialibus Strafford'.—Mandatum est (custodi foreste regis de Essex' quod in eadem foresta *cancelled*) ballivo regis de Havering' quod in forinseco bosco regis de Havering' faciat habere monialibus de Strafford' sex robora ad focum suum, de dono regis, ubi ad minus nocumentum ejusdem bosci (foreste *cancelled*) et ad majus commodum ipsarum monialium capi poterunt. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomitibus London' [*unfinished*].

De novis vinis capiendis.—Mandatum est Ernaldo Geraudon' quod de novis vinis, que nuper venerunt usque London', de singulis navibus capiat ad opus regis de prisa sua ij. dolia, et ea liberet vicecomitibus London', carianda usque Westmonasterium. Teste ut supra.

De clerico capto deliberando.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod Robertum de Porta, clericum, quem captum tenet ut falsarium, liberet R. Exoniensi episcopo ut quod suum fuerit circa ipsum exequatur. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Octobris.

De rettatis apud Kemeseye deliberandis et utlagandis.—Mandatum est vicecomiti Wygornie quod omnes illos qui sunt in prisona regis Wigornie, rettatos de morte illorum qui nuper submersi fuerunt et interfecti apud Kemeseye, et inde non sunt culpabiles secundum inquisicionem inde nuper factam apud Wigorniam, et etiam illos, qui se subtraxerunt pro morte predictorum, si ad pacem nostram venire, et se voluerint in prisona nostra ponere, et inde non sint culpabiles, tradat in ballium usque ad proximum adventum justiciariorum ad partes illas; illos autem qui fugerunt pro morte illorum qui ibidem submersi fuerunt et interfecti, interrogari faciat de comitatu in comitatum, et si ad pacem regis redire noluerint, secundum legem et consuetudinem regni utlagari faciat. Teste ut supra.

Pro Waltero de Kirch', Dunolmensi episcopo.—Rex electioni facte de Waltero de Kirkham, quondam decano Eboraci, in episcopum Dunolmensem, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est P. Chaceporc et Thome de Newerc, custodibus episcopatus Dunolmensis, quod de predicto episcopatu, et terris, castris et possessionibus ad predictum episcopatum spectantibus, plenam ei seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Et habet litteras patentes baronibus, militibus et omnibus aliis de episcopatu predicto, quod ei tamquam domino suo intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Pro Ebulone de Montibus.—Rex concessit Ebuloni de Montibus totam terram illam cum pertinenciis in Waleton' et Ewell', quam

1249.

Imbertus de Salinis tenuit ad vitam suam de ballio nostro, habendam et tenendam eidem Ebuloni ad sustentacionem suam quamdiu nobis placuerit, pro x. libratis xvij^cem solidatis et tribus denariatis terre, sicut terra illa extenta fuit; ita tamen quod tantum inde decidat predicto Ebuloni de annuo feodo suo xl. marcarum, quod percipit ad Scaccarium regis. Et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Surr' quod de predicta terra plenam ei seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

[*Pro*] *Willelmo le Rus, canonico Herefordensi.*—Quia P. Herefordensis episcopus manucepit habere coram rege in curia sua Willelmum le Rus, canonicum Herefordensem, ad mandatum regis, mandatum est vicecomiti Heref' quod eundem Willelmum predicto episcopo liberet, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium xxj. die Octobris.

[*De*] *attachiando Willelmum Blundum et fratrem ejus.*—Quia rex audivit quod Willelmus Blundus et Willelmus filius ejus latrones sunt et receptatores latronum, mandatum est vicecomiti Cumb' quod predictos Willelmum et Thomam (*sic*) ponat per vadium et salvos plegios quod sint coram justiciariis regis ad primam assisam, cum in partes illas venerint, ad standum recto. Teste ut supra.

[m. 1.] [*Pro*] *Stephano de Spineto.*—Rex concessit Stephano de Spineto totam terram que fuit Edrici le Butiler in Colton', que est escaeta regis de terris Normannorum, habendam et tenendam eidem Stephano, quamdiu regi placuerit, ad se sustentandum in servicio regis, pro sex libratis vij. solidatis quinque denariatis et una quadrantata terre, sicut terra illa extenta fuit per preceptum regis, ita tamen quod tantum decidat predicto Stephano de annuo feodo suo xx. marcarum quod percipit ad Scaccarium. Et mandatum est vicecomiti Ebor' quod de predicta terra eidem Stephano plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Octobris.

Pro fratribus hospitalis Sancti Johannis Oxonie.—Rex concessit magistro et fratribus hospitalis Sancti Johannis extra portam orientalem Oxonie quasdam libertates et quietancias per cartam suam, quam rex nuper eis fieri fecit; et mandatum est vicecomiti Warr' quod cartam illam in pleno comitatu legi, et libertates et quietancias in ea contentas eis firmiter per totam ballivam suam observari, faciat. Teste ut supra.

Pro Ademaro de Lezignan'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Oxonie quod omnes exitus terrarum que fuerunt Thurstani le Despenser in comitatu predicto perceptos a tempore quo eedem terre fuerunt in custodia regis, exceptis exitibus manerii de Lewelm', quod Lucia que fuit uxor ipsius Thurstani habet in tenancia, cujus exitus ipsa percipere debet, habere faciat Ademaro de Lezignan', fratri regis. Teste rege apud Westmonasterium xxij. die Octobris.

1249.

Eodem modo mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Glouc', Wygornie, Surr', Suhampt' et Linc'. Teste ut supra.

Pro Elya de Echingham.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Salop' quod fenum et bladum que creverunt hoc anno in terra que fuit Willelmi Burnel, qui utlagatus est pro homicidio, et quam terram rex dedit Elye de Echingham' ad vitam suam, tamquam escaetam regis, eidem Elye integre habere faciant, de dono regis. Teste ut supra.

De damis cariandis.—Mandatum est Ricardo de Muntfichet quod in balliva sua sine dilacione capiat ad opus regis xv. damas, et eas liberet vicecomiti Essex' cariandas quo rex ei injunxit. Teste ut supra.

Rex inspexit cartam suam, quam Johannes de Hauton' habet de maneriis de Hauton', Clavereworth' et Wytinton', per quam rex plene intellexit quod quietus esse debet de omni seculari servicio, servitute et demanda; et mandatum est baronibus de Scaccario quod de tallagio xl. solidorum et xl. denariorum, ad quos homines predicti Johannis in maneriis predictis rex talliari fecit anno etc. xxxiij°, predictos Johannem et homines suos penitus quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium xxiij. die Octobris. [*Cancelled*] Quia aliter fit inferius.

Pro Johanne Maunsel.—Quia rex dedit dilecto et fideli suo Johanni Maunsel, custodiam terrarum et heredum Johannis le Poer, qui de rege tenuit in capite in Hybernia, et Robertus primogenitus et heres predicti Johannis mortuus est, mandatum est justiciario Hybernie quod fratrem predicti Roberti et heredem predicti Johannis, ubicumque inventus fuerit in Hibernia, eidem Johanni, vel certo assignato suo, sine dilacione faciat habere. Teste ut supra.

Pro Johanne de Boreward'.—Rex in partem solucionis lxxvij. solidorum octo denariorum et oboli, qui debentur Johanni de Boreward' in garderoba regis, relaxavit ei quinque marcas, ad quas ammerciatus fuit coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu Wigornie ad omnia placita pro transgressione; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem de predictis quinque marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro monialibus Sancti Ebroldi et hominibus suis.—Quia abbatissa et moniales de ordine Sancti Ebroldi et homines sui quieti sunt per cartas predecessorum regis, regum Anglie, et hujus de sectis comitatuum et hundredorum, ita quod nunquam consueverunt participare cum aliis de villa sua in communibus finibus vel amerciamentis coram justiciariis itinerantibus, mandatum est ballivis regis de Portesmuth' quod ipsam abbatissam et moniales vel homines suos decetero non distringant ad contribuendum vel participandum cum aliis de villa sua in communibus finibus vel amerciamentis factis coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in villa sua, aliter quam facere debent et facere consueverunt. Teste ut supra.

1249.

De damis capiendis.—Mandatum est custodi parci regis de Geudeford quod permittat Warnerum Luvel et Benedictum Gernet capere decem damas in parco suo de Geudeford ad opus regis. Teste rege apud Westmonasterium xxv. die Octobris.

Pro Willelmo Tuke.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod Willelmo le Tok', qui rettatus est de morte Matillidis, sororis sue, et qui traditus in ballium per preceptum regis, Johanni de Fonte de Assebrig', Willelmo Bunes, Martino Gorewey, Johanni le Draper, Willelmo Cardigan, Jordano de Alkeseye, Waltero Uppedune, Roberto Burgenun, Willelmo Whithune, Petro de Corescumb', Johanni le Oyselur et Ricardo de Raleye, seisinam omnium terrarum suarum habere, et catalla sua, si que habeat in balliva sua, restitui faciat, et ipsum sub ballio predicto usque ad primam assisam, cum justiciarii regis in partes illas venerint, in pace permittat. Teste ut supra.

Pro Johanne de Hauton' et hominibus suis.—Quia rex inspexit cartam suam, quam Johannes de Hauton' habet, de maneriis de Hauton', Clavereworth' et Wytinton', reddendo regi per annum ad Scaccarium suum pro predictis maneriis sex marcas, et faciendo sectam ad comitatum et cornagium pro omni seculari servicio, servitute et demanda, mandatum est baronibus de Scaccario quod de tallagio xl. solidorum et xl. denariorum, ad quos homines predicti Johannis in maneriis predictis rex fecit talliari fecit (*sic*) anno etc. xxxiij°, predictos Johannem et homines suos penitus quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro executoribus Willelmi de Roffa.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Hertford' et Essex' et Suff' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Willelmi de Roffa de debitis, si que regi debebat, reddendis, de omnibus bonis que fuerunt ipsius defuncti in eisdem comitatibus eosdem executores liberam permittant habere administracionem, ad execucionem testamenti ipsius Willelmi faciendam. Teste ut supra.

Pro W. Dunolmensi electo.—Mandatum est custodi foreste de Galtris quod in eadem foresta faciat habere W. Dunolmensi electo x. damas ad festum consecracionis sue celebrandum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi vivarii regis de Fosse quod in eodem vivario faciat habere W. Dunolmensi electo septem lucios et x. bremias ad festum consecracionis sue celebrandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Magistro Roberto de Bukingham.—Mandatum est custodibus episcopatus Dunelmensis quod habere faciant Magistro Roberto de Bukingham x. libras, quas debuit recepisse ad Scaccarium Dunolmense ad festum Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximo preteritum de dono Nicholai quondam Dunelmensis episcopi. Teste rege apud Geudeford' xiij. die Septembris.

Et licet idem Magister habuerit litteras regis, tamen remisit regi illas x. libras et quicquid juris habuit ad eas. Teste ut supra.

1249.

De galiis regi commissis.—Rex assignavit Willelmum Beaufiz, Henricum Buchard, Bricium le Paumer et Paganum le Paumer ad galias regis, que sunt in custodia Alani Burnel, custodiendas; et mandatum est eis quod galias ipsas recipiant per cirograffum inter ipsos et ipsum factum de armamentis ad easdem galias spectantibus, et salvo custodiant galias illas donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Artaldo de Sancto Romano.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod de custodia terrarum que fuerunt Rogeri de Monte Caniso una cum exitibus earundem, qui post mortem Willelmi de Plessetis emerserunt, Artaldo de Sancto Romano, cui rex concessit custodiam predictam plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xxvj. die Octobris.

Pro Roberto de Munteny.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Roberti de Munteny in Litlebur', quantum valeat etc., et secundum valorem terre predicte et quantitatem debiti, in quo tenetur Aaron filio Abrahe et Samueli le Blund, Judeis Lond', predicto Roberto racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciat. Teste ut supra.

1248.
[m. 15*d.*]

Lincoln'.—Robertus Brun de Coleby, David' Brun, Simon Brun, Agnes Brun, Robertus filius Haldeyn, Robertus de la Bare, Thomas Whiting, Walterus filius Philippi, Henricus filius Petri, Walterus in Angulo, Walterus Burnel, Rogerus le Long', venerunt coram rege die Martis in crastino Sancti Andree apud Geytinton', et petierunt terram suam in Coleby sibi replegiari, que fuit capta in manum regis propter defaltam quam fecerunt in curia regis versus ipsum dominum regem.

Linc'.—Robertus Brun, David Brun, Simon Brun, Agnes Brun, Robertus filius Haldeyn, Robertus de la Bare, Walterus filius Philippi, Henricus filius Petri, Walterus in Angulo et Walterus Burnel attornaverunt loco suo Thomam Whiting et Rogerum le Long' in loquela que est coram rege inter ipsum regem petentem et ipsos tenentes de placito terre.

Henricus de Bathonia, Alanus de Wassand, Willelmus de Wilton', Reginaldus de Cobbeham, et Willelmus le Breton, constituti sunt justiciarii ad itinerandum ad communia placita in comitatu Suht' in crastino Sancti Hyllarii.

Iidem constituti sunt justiciarii ad itinerandum ad communia placita in comitatu Wiltes' apud Wilton' a die Pasche in xv. dies.

Rex H. de Wengham et coeschaetori suo in comitatu Bedef', salutem. Monstravit nobis Willelmus de la Bruer' quod, occasione terrarum que fuerunt Radulfi de Sancto Samsone, quas nuper per mortem ipsius Radulfi in manum nostram seysiavistis, similiter in manum nostram cepistis terram propriam ipsius Willelmi, ea racione quod idem Willelmus fuit aliquando in custodia ipsius Radulfi, de dono

1248.

nostro. Et quia predictus Willelmus fuit in sesina terre sue predicte per tres annos ante mortem predicti Radulfi, de voluntate ipsius Radulfi, ut dicit, et plene etatis, vobis mandamus quod eidem Willelmo de terra sua quam ea occasione in manum nostram cepistis sine dilacione plenam seisinam habere faciatis. Et si quid postea de terra illa vel de redditibus aut catallis ipsius Willelmi ea racione ceperitis, eidem sine dilacione reddatis.

Talliatores dominicorum domini regis.

In archiepiscopatu Eboracensi et in comitatibus Noting' et Dereb' vicecomites locorum Thomas de Stanford' et W. de Axem'.

In comitatibus Norff' et Suff' vicecomes loci et Thomas de Hemmegrave.

In comitatibus Bedef', Buk', Norhampton', Cantebr' et Huntindon' vicecomites locorum et Gilbertus de Preston'.

In comitatibus Oxonie, Berk' et Wiltes' vicecomites locorum et Anketillus Mallore.

In comitatibus Sumers', Dors', Devonie, Hereford', Glouc', Wygornie et Salopie vicecomites locorum et Henricus de Wengham.

In comitatibus Surr', Sussex' et Suhampton' vicecomites locorum et Henricus de Mara.

In comitatibus Warr' et Leic' vicecomites locorum et Henricus de Wengham.

In comitatibus Essex' et Hertford' vicecomes locorum et Simon Passelewe.

In comitatu Kancie vicecomes loci et Nicholaus de Haulou.

In comitatu Linc' Johannes Gubaud, Johannes de Sumercot' et vicecomes loci.

Anno regni regis Henrici filii regis Johannis xxxij° xxix^{mo}. die Maii presentibus apud Wodestok' tam procuratoribus scolarium universitatis quam burgensibus Oxonie idem dominus rex concessit eisdem scolaribus libertates subscriptas, videlicet, quod si inferatur injuria predictis scolaribus, fiat inde inquisicio tam per villatas vicinas quam per burgenses predictos. Et quod si ipsi burgenses interficiant aliquem de scolaribus Oxonie vel in aliquem ipsorum insultum faciant, vel alicui ipsorum gravem injuriam inferant, communitas ejusdem ville per se puniatur et ammercietur, et ballivi per se, et non cum communitate eadem, puniantur et ammerciantur, si neggligentes fuerint vel dolum fecerint in exequendo officium suum contra illos qui hujusmodi injurias predictis scolaribus inferunt. Et quod Judei Oxonie non recipiant a scolaribus predictis pro libra in septimanam nisi duos denarios, et similiter fiat in minori summa secundum suam quantitatem, alioquin predicti Judei puniantur secundum constitucionem regni. Et quod quocienscumque et quandocumque maior et ballivi Oxonie sacramentum fidelitatis sue prestabunt in loco suo communi, communitas ejusdem ville denuntiet cancellario ut per se et per aliquas electas personas prestacioni juramenti predicti, si voluerit, intersit; quod quidem juramentum tale erit quo ad scolares predictos videlicet quod ipsi maior et ballivi conservabunt libertates et consuetudines universitatis predicte, alioquin non valeat juramentum ipsorum, set iterum prestetur secundum formam prescriptam. Si

1248.

vero cancellarius nec per se nec per procuratorem interesse voluerit, ad juramentum nichilominus procedatur. Et quod duo aldermanni sint electi et deputati de illis qui pro tempore fuerint secundum quod ordinati erant a domino W. de Eboraco ad exhibendam justiciam cum prepositi abfuerint, sub eadem pena qua prepositi tenentur si negligentes vel maliciosi inveniantur. Et quod quilibet burgensis Oxonie pro familia sua respondeat, ita quod, si aliquis de familia sua mortem vel gravem injuriam alicui clerico vel suis inferat, malefactorem exhibeat idem burgensis, ut fiat de eo justicia, alioquin infligatur pena secundum consuetudinem regni. Et quod quocienscumque debeat fieri temptacio panis et cervisie ab eisdem burgensibus, precedenti die denuncietur cancellario et procuratoribus universitatis predicte, ut per se vel per aliquos ad hoc deputatos per ipsos, si voluerint, intersint temptacioni predicte, alioquin non valeat ipsa temptacio. Si vero dicti cancellarius et procuratores universitatis per se vel per suos interesse noluerint ad predictam temptacionem, nichilominus procedatur. In quorum omnium testimonium dominus Radulfus filius Nicholai, senescallus domini regis, huic scripto sigillum suum apposuit, eodem domino rege per litteras suas mandante vicecomiti, maiori et ballivis Oxonie ut predictas libertates inviolabiliter observent et faciant observari, quas etc. idem dominus rex fecit inrotulari anno regni sui xxxiij°.

[m 14*d*.] *Norf'*.—Prior de Longavill' attornavit loco suo fratrem Walterum, monachum suum, et Alanum filium Radulfi, in loquela que summonita est coram rege inter ipsum priorem et Willelmum de Blicling' et Margeriam uxorem ejus de certificacione assise nove disseisine.

Cumb'.—S. Karleolensis episcopus attornavit loco suo Walterum de Ruddham et Willelmum de Swinesford', vel alterum ipsorum, in loquela que est coram rege inter regem et ipsum episcopum, de eo quod permittat regem presentare idoneam personam ad ecclesiam de Hoton' in foresta, unde eum injuste impedit.

Essex'.—Andreas le Blund attornavit loco suo Willelmum de la Grene in loquela que est coram rege inter ipsum Andream et Willelmum le Blund et Julianam Unywent, de eo quod impediunt ipsum presentare idoneam personam ad ecclesiam de Gynges Goyberd'.

Sussex'.—Agnes de Monte Acuto attornavit loco suo Osbertum Hese et Rogerum de Burton' in loquela que est coram rege inter ipsam et Johannem de Gatesden' de placito quare vi et armis.

Suht'.—Mandatum est vicecomiti Suhampton' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Galfridi de Insula in Rud et terram Thome de Evercy in Staundon' quia etc.

Suht'.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod fieri faciat perambulacionem Willelmi Gilberti in Haldel' et terram Walteri de Insula in Cawelburn'.

1248.

Mandatum est Lothering' Conradi, civi et mercatori Senensi, quod m. libras sterlingorum, quas mutuo tradidit Gwidoni de Lezinan' fratri regis, ad peticionem regis per litteras regis patentes, reddet ei ad terminos subscriptos, videlicet ad festum Nativitatis Beati Johannis Baptiste et ad festum Sancti Michaelis proximo sequens.

Mandatum est vicecomiti Salop' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Egidii de Erdinton' in Schaubur' et terram Willelmi decani Sancte Marie Salop' in Estleg', quia predicti Egidius et decanus posuerunt se super perambulacionem illam. Teste etc.

Mandatum est vicecomiti Devonie quod fieri faciat perambulacionem inter terram filii Martini in Langacr' et terram Wydonis de Nonaunt in Cliston', quia etc.

Norff'.—Abbas Sancti Benedicti de Hulmo attornavit Ricardum de Bukeham, monachum suum, et Johannem de Geyton', vel alterum ipsorum, in loquela que est coram rege inter ipsum abbatem et Stephanum de Redham de loquela certificacionis coram rege de inquisicione facta coram H. de Bathonia de advocacionibus ecclesiarum de Scotogh' et Lammesse.

1249.
[m. 13*d.*]

Memorandum quod in octabis Purificacionis Beate Marie apud Clarendon', coram domino rege et consilio suo, convenit inter Ricardum de Vernon et Helewisiam uxorem ejus ex una parte, et Radulfum de Levington' et Adam uxorem ejus ex altera, super proparte terrarum et tenementorum de quibus Johanna de Morevill', mater ipsarum Helewisie et Ade, cujus heredes ipse sunt, fuit seisita in dominico suo ut de feodo die quo obiit, necnon et proparte terrarum et tenementorum que iidem Ricardus et Radulfus tenuerunt de eadem hereditate in maritagio cum eisdem Helewisia et Ada, videlicet quod tota pars que ipsos Ricardum et Helewisiam, Radulfum et Adam contingebat in manerio de Kirkeosewold, de hereditate ipsius Johanne, integre cum advocacione ecclesie et cum omnibus pertinenciis suis remanebit eisdem Ricardo et Helewisie et heredibus ipsius Helewisie absque aliquo clamio ipsorum Radulfi et Ade et heredum ipsius Ade inperpetuum. Et similiter tota pars que ipsos contingebat de eadem hereditate in manerio de Hof integre et cum omnibus pertinenciis suis remanebit eisdem Ricardo et Helewisie et heredibus ipsius Helewisie absque clamio ipsorum Radulfi et Ade et heredum etc. imperpetuum. Et similiter medietas tocius terre et tenementi que ipsos contingebant de predicta hereditate in manerio de Burgo remanebit ipsis Ricardo et Helewisie et heredibus ipsius Helewisie absque aliquo clamio ipsorum [ipsius *cancelled*] Radulfi et Ade et heredum etc. imperpetuum, videlicet, illa medietas que per vicecomitem Cumbr', per preceptum domini regis, predictis Radulfo et Ade nuper fuit assignata, una cum feodo et servicio Willelmi de Hardredeshull' in Routheclive, et heredum Odardi de Wiketon', de toto tenemento quod tenuerunt de eadem hereditate et Simonis de Sabulis et Henrici de Terriby. Et similiter totus redditus qui fuit ipsius Johanne in civitate Karl'. Et ad seisinam suam inde habendam habeant ipsi Ricardus et Helewisia brevia ad vicecomitem Cumbr'

1249. et Westmer'. Et sciendum similiter quod tota pars que ipsos contingebat de eadem hereditate in manerio de Ayketon', integre cum advocacione ecclesie et cum omnibus pertinenciis, remanebit eisdem Radulfo et Ade et heredibus ipsius Ade imperpetuum, absque aliquo clamio ipsorum Ricardi et Helewisie et heredibus ipsius Helewisie. Et similiter tota pars que ipsos contingebat de eadem hereditate in manerio de Leysingby, integre cum omnibus pertinenciis suis, remanebit eisdem Radulfo et Ade et heredibus etc. absque aliquo clamio etc. Et similiter tota pars que ipsos contingebat de eadem hereditate in Blencreyk cum servicio libere tenencium, integre cum omnibus pertinenciis suis, remanebit eisdem Radulfo et Ade etc. absque aliquo clamio etc. Et similiter medietas tocius partis que ipsos contingebat in manerio de Burgo de eadem hereditate, integre cum omnibus pertinenciis suis, remanebit eisdem Radulfo et Ade etc. absque aliquo clamio etc. videlicet, illa medietas que prius per vicecomitem Cumbr' assignata fuit eisdem Ricardo et Helewisie, una cum feodis et serviciis Ricardi de Levington, Johannis de Deriton' et Ricardi de Swineburn', Roberti de Bampton', Gilberti Engayne et Roberti de Wyterik' de totis terris et tenementis que tenuerunt de eadem Johanna. Et ad seisinam suam habendam habeant brevia ad vicecomitem etc. Et hec conventio facta est inter eos, salvis utrique parti catallis et mobilibus ubique in proparte sua. Teste rege apud Clarendon' xvj. die Februarii anno etc. xxxiij°.

Rex Willelmo de Ferrariis, comiti Dereb', salutem. Monstravit nobis Th. de Ferrariis, frater vester, quod cum A. quondam Comitissa Derb', mater vestra et sua, castrum una cum manerio de Certesleg' ei ante mortem suam dedisset, et seisinam inde per tres dies vel quatuor habuisset, idem Th. post mortem dicte comitisse seisinam inde nobis reddidit, quam ad instanciam vestram una cum aliis terris nostris vobis reddidimus, salvo jure uniuscujusque. Et quia appropriastis vobis dictum castrum et manerium, et intencionis nostre fuit quando vobis seisinam reddidimus quod teneretis in dominico quod in dominico, et in servicio quod in servicio, tenere deberetis, vobis mandamus quod prefato fratri nostro de predictis castro et manerio talem ei seisinam habere faciatis qualem inde vobis reddidimus ; scituri quod nisi feceritis, nos mandavimus vicecomiti nostro Stafford' quod vos summoneat ad certum diem quo coram nobis compareatis, prefato fratri vestro super premissis responsurus. Teste etc.

[m. 12*d*.] *Essex'*.—Gilbertus Pecch' attornavit loco suo Walterum Petittru et Petrum de Bridebroc, vel alterum ipsorum, si ambo etc. in loquela que est coram rege inter ipsum Gilbertum et Willelmum filium Ricardi de placito warantie terre. Teste etc.

Ebor'.—Abbas de Bella Landa attornavit loco suo Rogerum de Gyseburn', monachum suum, et Rogerum de Elmet', ad lucrandum vel perdendum in loquela que est coram rege inter ipsum abbatem et Nye, cementarium, et alios de Halmeby, de transgressione facta eidem abbati.

1249.

Norf'.—Magister Johannes de Daggeworth' attornavit loco suo Simonem Fitele et Robertum Harding', vel alterum eorum, ad lucrandum vel perdendum in loquela que est inter ipsum Magistrum Johannem et Johannem de Kayly de placito quare vi et armis etc.

Sussex'.—Episcopus Ceycestrensis attornavit loco suo Willelmum de Kemesing' et Robertum de Vilers, vel alterum ipsorum, si ambo etc. in loquela que est coram rege inter abbatem de Fiscamo, querentem, et ipsum episcopum, quare non admisit ydoneam personam ad ecclesiam Sancti Clementis de Hasting'.

De providencia contra Pascha.—Scribitur Bertramo de Crioyl de gruibus et pavonibus, et Simoni de Sandwico et abbatibus de Rames' Burgo et Thorn' de cignis et gruibus.

Scribitur viecomitibus Lond' de xv. libratis panis, ballivis de Kingeston' de iiij^or^ libratis, ballivis de Wautham de lx. solidatis, et ballivis de Hertford' de lx. solidatis panis. Et rex de custo et cariagio eis respondebit.

Norff'.—Radulfus de Saham venit ex parte Johannis de Bereford' die Veneris proxima ante Pascha Floridum apud Westmonasterium coram rege, et petiit terram ipsius Johannis sibi replegiari, que capta fuit in manum domini regis propter defaltam quam fecit versus ipsum regem.

Norf'.—Petrus de Suff' venit die Veneris proxima ante Dominicam Palmarum apud Westmonasterium, et petiit terram suam sibi replegiari, que capta fuit in manum regis propter defaltam quam fecit versus ipsum regem de placito terre.

Norf'.—Johannes de Bereford' venit coram rege die Sabbati in vigilia Pasche apud Westmonasterium, et petiit unum molendinum cum pertinenciis in Coleton' sibi replegiari, quod captum fuit in manum domini regis propter defaltam quam fecit versus ipsum regem.

Idem Johannes attornavit loco suo ad lucrandum vel perdendum Brianum filium suum in eadem loquela.

Norff'.—Prior de Theford' Canonicorum [Monachorum *cancelled*] venit coram rege apud Westmonasterium in vigilia Pasche, et petiit xxxvj. acras terre et dimidium molendinum cum pertinenciis in Huningham sibi replegiari, que capta fuit in manum domini regis propter defaltam quam fecit coram rege.

Idem prior attornavit loco suo Ricardum Trenchard in eadem loquela ad lucrandum vel perdendum.

Norf'.—Frater Willelmus de Steynl', monachus de Sautr', venit coram rege apud Westmonasterium in crastino Pasche, et petiit ex parte ipsius abbatis quinquies viginti acras terre in Huningham Thorp' sibi replegiari, que capte sunt in manum domini regis propter defaltam quam fecerunt coram rege.

1249.
[m. 11*d*.] Radulfus de Franchevill' recognovit coram rege se fecisse cartam suam Roberto de Cantilupo per hec verba.

Sciant presentes et futuri quod ego Radulfus de Franchevill' dedi, concessi, et hac presenti carta mea confirmavi Roberto de Cantilupo, pro homagio et servicio suo, totam terram quam habui in villa de Karbodesham, cum edificiis, homagiis, serviciis, redditibus, pratis, et pasturis, et cum medietate advocacionis ecclesie Sancti Johannis ejusdem ville, et cum omnibus aliis pertinenciis suis sine aliquo retenemento, habendum et tenendum sibi et heredibus suis vel assignatis suis de me et heredibus meis, libere, quiete et hereditarie, faciendo inde servicium capitalibus dominis pro me et heredibus meis quod predicta terra debet, et mihi singulis annis sex marcas argenti ad tres terminos, scilicet ad Pascha duas marcas, ad festum Sancti Edmundi duas marcas, et ad festum Purificacionis Beate Virginis Marie duas marcas, pro omni servicio, consuetudine et demanda. Et ego Radulfus et heredes mei warantizabimus, defendemus et acquietabimus predicto Roberto et heredibus suis vel assignatis suis totam predictam terram cum pertinenciis suis, sicut predictum est, per predictum servicium contra omnes. Pro hac donacione, concessione warantizacione, defensione, et acquietacione, dedit mihi predictus Robertus sex viginti marcas. In cujus rei testimonium presenti carte mee sigillum meum apposui, hiis testibus, Reginaldo de Pavelhy, Roberto de Shotesdon', Henrico de Malo Lacu, Ada de Wygehal', Petro de Bukenham', Mattheo de Boenton', Warino de Pikenhal', et aliis.

Mandatum est vicecomiti Cornubie quod fieri faciat perambulacionem inter terram Ricardi Reskennier in Trenguyd' et terram Osberti de Treloscon in Treloscon, quia predicti Ricardus et Osbertus posuerunt se coram nobis etc.

Stafford'.—Rogerus, Coventrensis episcopus, tenens, ponit loco suo Robertum le Pestur et Gilbertum le Messager, ad lucrandum vel perdendum, versus Johannem de Alvredeston', de duabus virgatis terre cum pertinenciis, excepta una acra prati in Bekeleswik'.

Dereb'.—Idem episcopus attornavit loco suo predictos Robertum et Gilbertum in loquela que est in comitatu Dereb', per breve regis de recto, inter Willelmum Peyne, petentem, et ipsum episcopum, tenentem, de quatuor bovatis et uno mesuagio cum pertinenciis in Eyton'.

Quia in tradicione quam rex fecit J. de Grey, justiciario Cestrie, de terris suis in comitatu Cestrie ad firmam, intencionis regis fuit quod idem justiciarius debuit omnia onera ipsarum terrarum sustinere, et elemosinas constitutas in eis persolvere, mandatum est predicto justiciario quod, quamdiu habuerit firmam predictam, elemosinas debitas et consuetas, tam abbati Cestrie quam sanctimonialibus, leprosis et aliis, plene persolvat, ne pro defectu solucionis illius oporteat ipsos ad regem iteratum habere recursum. Teste etc.

Rex vicecomiti Linc', salutem. Pone per vadia et salvos plegios R. Linc' episcopum, quod sit coram nobis in octabis Sancte Trinitatis,

1249.

ubicumque tunc fuerimus in Anglia, ostensurus quare fecit summoneri et per censuram ecclesiasticam distringi laicos homines et laicas feminas ad comparendum coram eo, et ad prestandum juramentum pro voluntate sua, ipsis invitis, et in grave prejudicium corone nostre et regie dignitatis, nec non et magnam lesionem regni nostri. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium secundo die Maii.

Rex vicecomiti Linc', salutem. Pone per vadia et salvos plegios R. Linc' episcopum, quod sit coram nobis in octabis Sancte Trinitatis, ubicumque etc., ostensurus quare pro voluntate sua distringit laicas personas sue diocesis ad jurandum, eis invitis, in grave prejudicium corone et dignitatis nostre, et contra consuetudinem regni nostri. Et habeas etc. Teste etc.

Omnibus Christi fidelibus ad quos etc. E. Dei gratia electus de Sancto Asapho et ejusdem loci capitulum, salutem in Domino. Consuetudini antique et dignitati quas H. illustris rex Anglie habet, et progenitores sui habuerunt, in ecclesia Anglicana de petenda licencia eligendi vacantibus episcopatuum sedibus, et de requirendo assensu regio post factam eleccionem, obviare volentes, protestamur, et recognoscimus, quociens ecclesia nostra pastore vacaverit, ab illustri domino rege Anglie et heredibus suis debere reverenter petere licenciam eligendi, et post eleccionem factam assensum eorum requirere. Et ne super hoc futuris temporibus dubitetur, presenti scripto sigilla nostra fecimus apponi. Datum etc.

Rex vicecomiti Bedef', salutem. Scias quod concessimus per cartam nostram dilecto et fideli nostro Willelmo de Huntercumb', quod non ponatur in assisis, recognicionibus vel juratis; et ideo tibi precipimus quod prefatum Willelmum non ponas in assisis, juratis vel recognicionibus, set eum inde quietum esse permittas. Et si quas districtiones ei occasione predicta fecisti, eas sine dilacione remittas. Teste ut supra.

[m. 10*d*.] *Surr'*.—Memorandum quod dominus rex dedit pacem suam contra Henricum de la Mare Simoni de Suwell'.

Suht'.—Amicia, comitissa Devonie, ponit loco suo Willelmum le Chamberleng' et Ricardum de Aston' in loquela que est coram rege versus Ricardum de Wychebr' et alios de placito transgressionis.

[m. 9*d*.] *Providencia*.—Quia rex credit in pro . . necesse habere [*blurred and unfinished*].

Providencia.—Quia cignis, heyruncellis, butoribus et gruibus credit rex necesse habere, rogat abbatem de Burgo quod inde ei succursum faciat. Teste etc. apud Clarend' vj. die Junii.

Eodem modo abbati de Torney, pro cignis, heyruncellis, butoribus et gruibus.

Eodem modo priori Sancti Neoti, de cignis, heyruncellis, butoribus et gruibus.

1249.

Eodem modo priori de Bernewell', de eisdem.
Eodem modo priori de Spalding', ut supra.
Eodem modo abbati de Rammes' pro eisdem, ut supra.
Eodem modo priori de Ely pro eisdem, ut supra.

Prohibicio.—Rex Thome de Wymundeh', salutem. Prohibemus tibi ne decetero intres infra limites libere capelle nostre de Pencrich' exercendo ibidem aliquam jurisdiccionem contra libertates et consuetudines temporibus nostris et predecessorum nostrorum usitatas super [libertate et *cancelled*] exempcione liberarum capellarum nostrarum, quas habemus in Anglia. Teste rege apud Clarend' ix. die Junii.

Quia Nicholaus, quondam Dunelmensis episcopus, qui cessit episcopatui suo non tenetur solvere debita predecessorum suorum, quondam Dunelmensis ecclesie episcoporum, mandatum est vicecomiti Ebor' quod nullam districcionem super ipsum episcopum faciat pro aliquibus debitis predecessorum suorum, sed districtionem, si quam propter hoc fecerit, penitus remittat, et averia sua ea occasione capta deliberari faciat. Teste etc.

[m. 8*d*.] Henricus de Bathonia, Alanus de Watsand', Willelmus de Wylton', Reginaldus de Cobeham et Willelmus Brito, constituti sunt justiciarii ad itinerandum ad omnia placita apud Strandam in comitatu Middelsex' in crastino Sancti Johannis Baptiste.

Rex vicecomiti Bedeford', salutem. Quia Johannes de la Leg' et Symon de Pabeham', persona ecclesie de Wilden', de concessione regis habent custodiam terrarum et heredis Johannis de Pabenham', quam rex concesserat Johanni de Lessinton', mandatum est vicecomiti Bedeford' quod a predictis Johanne de la Legh' et Symone de terris ipsis aliam sectam ad comitatum et hundredum regis, vel alia servicia et consuetudines racione predicte custodie non exigat, quam exigere deberet, si rex teneret custodiam illam in manu sua. Teste rege apud Wind' xx. die Junii.

Mandatum est vicecomiti Staff' quod, assumptis secum custodibus placitorum corone regis, et aliis tam militibus quam aliis discretis et legalibus hominibus, per quos rei veritas melius sciri poterit, diligenter inquirat qui domos Galfridi de Baggeput combusserunt, et quendam servientem suum interfecerunt contra pacem regis; et omnes illos quos inde culpabiles invenerit, capiat et in prisona regis salvo custodiat, donec aliud inde rex ei preceperit. Teste rege apud Wind' xxiij. die Junii.

Rex vicecomiti Bed', salutem. Precipimus tibi, sicut pluries precepimus, quod non distringas vel distringi permittas Johannem de la Legh' et Simonem de Pabenham', custodes terre et heredis Johannis de Pabenham, qui fuit in custodia nostra, et cujus custodiam dimiseramus dilecto et fideli nostro Johanni de Lexinton', ad faciendum tibi racione custodie predicte sectas ad comitatum et hundredum, visum franci plegii, hidagium, auxilium vicecomitis, vel alias

1249.

consuetudines et servicia, quamdiu predictus heres infra etatem fuerit et in custodia predicti Johannis de Lexinton'. Teste rege apud Wind' xxv. die Junii.

Mandatum est vicecomiti Linc' quod, assumptis secum de legalibus et discretis militibus etc. fieri faciat perambulacionem inter terram Willelmi Bardof' in Amewic' et Coteland' et terram Willelmi de Kyme et Nortkyme etc.

Comitissa Linc' habet quietanciam de communi summonicione in comitatu Dors' coram justiciariis itinerantibus.

Petrus de Russell', Willelmus de Synagou [*unfinished*].

Adam Mustel venit coram rege apud Westmonasterium die Mercurii in festo Translacionis Beati Thome Martiris anno etc. xxxiij°, et petiit terram suam in Herdewic' sibi replegiari, quam Reginaldus Aylward' clamavit coram justiciariis itinerantibus in comitatu Midd' versus eundem Adam per breve regis, et que capta est in manum regis propter defaltam ipsius Ade, ut dicitur. Teste rege apud Westmonasterium vij. die Julii.

[m. 7*d.*] *Berkes'*.—Agatha de Ferrariis ponit loco suo Radulfum Britonem et Robertum Cophin versus Robertum de Vatort de placito terre in manerio de Enney.

Attornati coram rege.

[m. 6*d.*] *Stafford'*.—W. de Ferrariis, comes Dereb', attornavit coram rege loco suo Petrum de Gaddesden' et Galfridum del Estre in loquela que est coram rege inter ipsum comitem et Thomam de Ferrariis de manerio de Certel' cum castro cum pertinenciis, de quibus idem Thomas petit quod idem comes ei reddat inde seisinam, scilicet in comitatu Stafford'; et in loquela que est inter ipsum comitem et Hugonem de Ferrariis coram rege de manerio de Salford' in comitatu Lanc'. [Lanc' *in margin.*]

Dereb'.—Idem comes attornavit loco suo predictum Galfridum del Estre et Johannem Reynald' in loquela que est inter ipsum comitem et Clemenciam, comitissam Cestrie et Linc', de brevi quare idem comes impedit ipsam comitissam quominus possit presentare idoneam personam ad ecclesiam de Hertendon' in comitatu Dereb'; et in loquela que est inter ipsum comitem et predictam comitissam de brevi quis ultimo presentavit ad dictam ecclesiam.

Dereb'.—Item idem comes attornavit loco suo coram rege Willelmum de Rollinston' in loquela que est inter ipsum comitem et Willelmum filium Hereberti de averiis ipsius Willelmi captis ab ipso comite et contra vadium et plegios detentis coram justiciariis de Banco.

Noverint universi presens scriptum visuri vel audituri quod ita convenit inter dominum H. Dei gracia regem Anglie, dominum

1249. Hybernie, ducem Normannie, Aquitanie, et comitem Andegavie, ex una parte, Willelmum de Ferrariis, comitem Dereb', ex altera, videlicet quod idem comes concessit eidem domino regi quod Robertus de Ferrariis, filius ejusdem comitis primogenitus, ducet in uxorem Isabellam filiam Hugonis le Brun', comitis Angolisme. Concessit etiam idem comes quod predictus Robertus possit dotare predictam Isabellam de manerio de Stanford' in comitatu Berk', et de manerio de Pery cum pertinenciis in comitatu Norht', cum ipsum Robertum predictam Isabellam desponsare contigerit. Et si forte contingat predictum Robertum ante obitum predicti comitis, patris sui, in fata concedere, et predicta maneria non sufficiant per racionabilem extentam ad ducentas libratas terre, predictus comes perficiet in aliis terris suis in predicto comitatu Norht' predicte Isabelle id quod defuerit in predictis maneriis de predictis cc. libratis terre, secundum racionabilem extentam per sacramentum xij. legalium hominum de predicto comitatu Norht'. Si autem predictus Robertus predictum comitem, patrem suum, supervixerit, predicta Isabella dotabitur de tercia parte tocius terre predicti comitis. Et predictus dominus rex, die quo predictus Robertus predictam Isabellam desponsabit, dabit in liberum maritagium predictis Roberto et Isabelle et heredibus de ipsis descendentibus centum libras sterlingorum annuas, percipiendas ad Scaccarium suum Lond' ad duos anni terminos, scilicet ad festum Sancti Michaelis quinquaginta libras et ad Pascha quinquaginta libras, videlicet de illis cccc. marcis quas predictus Hugo le Brun percipit per annum ad predictum Scaccarium de annuo feodo sibi et heredibus suis concesso ab eodem domino rege per cartam suam. Et idem dominus rex tunc faciet cartam suam pro se et heredibus suis predictis Roberto et Isabelle et heredibus de ipsis descendentibus de predictis c. libris ad predictum Scaccarium per annum ad predictos terminos solvendis imperpetuum modo predicto. Predictus autem habebit et tenebit predicta maneria cum pertinenciis, et percipiet predictas c. libras predicto modo ad predictum Scaccarium per annum ad predictos terminos usque ad legitimam etatem predicti Roberti, nisi idem Robertus prius moriatur. Et cum predictus Robertus ad plenam etatem pervenerit, predictus comes reddet ei predicta maneria cum pertinenciis sine contradiccione, et predictus Robertus percipiet predictas centum libras ad predictum Scaccarium per annum quas predictus comes prius percipere consuevit in forma prescripta. Et sciendum quod si predicta Isabella moriatur, vel alii forte fuerit maritata, ante istas convenciones completas, predictus Robertus accipiet in uxorem sororem predicte Isabelle post ipsam primogenitam, cum omnibus predictis convencionibus ab utraque parte fideliter observandis. Et si predictus Robertus moriatur ante predictas convenciones completas, Willelmus, frater ejus, filius predicti comitis, predictas convenciones per se complebit in omnibus, sicut predictum est. Ad hec autem ex utraque parte fideliter observanda predictus Hugo, comes Angol', pater predicte Isabelle, predictis convencionibus suum prebuerit assensum, et nisi fecerit, omnia remaneant in statu quo prius. Iste autem convenciones perficientur infra festum Omnium Sanctorum anno regni ejusdem domini H. xxx^{o}iiij^{to}. In cujus rei testimonium idem dominus rex scripto residenti penes predictum comitem sigillum suum fecit apponi, et predictus comes scripto

1249.

residenti penes predictum dominum regem sigillum suum apposuit. Datum apud Wodest' in crastino Sancti Jacobi Apostoli anno ejusdem domini regis xxxiij°.

Eboracum.—Amabilia que fuit uxor Elie de Brochton' venit coram rege apud Selveston' die Jovis proxima ante festum Beati Petri ad Vincula, et petiit terram suam sibi replegiari, que capta est in manum regis propter defaltam quam fecit versus Willelmum filium Petri de Brocton' coram rege de placito terre.

Lanc'.—Mandatum est vicecomiti Lancastr' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Ade de Holand' in Evesketon' et terram Ricardi de Chernet in Cherleg', quia iidem Adam et Ricardus posuerunt se coram nobis etc.

Sussex'.—Willelmus de Vaus ponit loco suo Edmundum de Chelbehal' et Willelmum le Peytevin versus Radulfum de Valle Torta.

Alienora de Vaus ponit loco suo eosdem Edmundum et Willelmum versus Radulfum de Valle Torta de waranto carte.

Rex venerabilibus patribus archiepiscopis et episcopis per regnum Anglie constitutis, salutem. Sciatis nos habere litteras apostolicas in hec verba. Innocencius episcopus etc. karissimo in Christo filio, regi Anglie illustri, salutem et apostolicam benediccionem. Tanto libencius celsitudinis tue precibus benignum impertimur assensum quanto inter reges et principes Christianos te specialius in domino reputamus dilectum filium et devotum. Tuis itaque supplicacionibus inclinati districcius inhibemus ne aliquis ordinarius, aut etiam delegatus vel subdelegatus in capellas regias et oratoria earumdem ecclesie Romane immediate subjecta, seu canonicos vel servitores eorumdem, contra tenorem privilegiorum aut indulgenciarum apostolice sedis excommunicacionis vel interdicti sentenciam audeat promulgare, seu aliquod ipsis onus imponere, quod aliis exemptis ecclesiis consuevit imponi, absque mandato sedis apostolice speciali, quod expressam faciat de imhibicione hujusmodi mencionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre [confirmacionis *cancelled*] inhibicionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et bonorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum. Date Lugduni xij. kal. Augusti pontificis nostri anno secundo. Volentes igitur privilegium predictum perpetuam firmitatem habere, vos rogamus et hortamur attente quatinus illud inviolabiter observetis, et faciatis a vestris subditis observari; et ne aliquid attemptet aliquid contra illud sedem apostolicam appellamus. Teste rege apud Norht' v. die Augusti anno etc. xxxiij°.

Universis Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint Robertus de Tottehal', salutem. Sciatis quod remisi et quietum clamavi per preceptum domini regis domino Simoni le Bret donum quod mihi fecit de terra sua in Herdwik'. In cujus etc.

Idem Simon constitutus in presencia domini regis confitebatur se nunquam dedisse vel vendidisse predicto Roberto terram illam,

1249.

nec umquam seisinam inde habuit predictus Robertus, verumtamen bene voluit quod post mortem suam idem Robertus seisinam inde haberet, et hoc modo cepit homagium suum.

Et idem Robertus requisitus quis eorum esset in seisina respondit quod uterque eorum.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus de Amundevill' concessi et presenti carta mea confirmavi Ricardo de Amundevill', filio meo primogenito et heredi, quod ipse libere possit dotare Ysabellam sororem Johannis filii Alani, quam de assensu et voluntate mea desponsavit, de tercia parte omnium terrarum et tenementorum que habui in manu mea die quo eam desponsavit, ita quod si contingat ipsum Ricardum filium meum in fata ante me decedere, quod predicta Ysabella habeat et teneat terciam partem omnium terrarum et tenementorum meorum, sicut predictum est, tota vita sua nomine dotis sine contradiccione mei vel heredum meorum. Et ut hoc firmum sit et stabile, huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, Johanne Maunsel', preposito Beverlaci, Radulfo filio Nicholai, Henrico de Bathonia, Paulino Payvere, Roberto le Noreys, Radulfo de Wauncy, Rogero de Lokinton', et aliis.

[m. *5d.*] Magister Simon de Wauton' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Willelmus de Sancto Georgio arramiavit versus Radulfum de la Lawe et alios, de tenemento in Nene; et ad assisam nove disseisine capiendam, quam idem Willelmus arramiavit versus eundem Radulfum et alios, de quodam fossato levato in Nene ad nocumentum etc. Et mandatum est vicecomiti Salop' [*unfinished*].

Gilbertus de Preston' constitutus est justiciarius una etc. ad assisam etc. capiendam, quam Ricardus filius Christiane et Sarra uxor ejus arramiaverunt versus Thomam capellanum et alios, de tenemento in Magna Oxendon. Et mandatum est vicecomiti Northt' etc.

Magister Simon de Wauton' constitutus est justiciarius una etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Walterus Furmentyn arramiavit versus Walterum de Snipston' de communa pasture in Snipston'. Et mandatum est vicecomiti Leic' quod ad diem et locum etc.

Gilbertus de Preston' constitutus est justiciarius una etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Sarra que fuit uxor Walteri de Derneford arramiavit versus Gilbertum filium Walteri et alios, de tenemento in Subburg'. Et mandatum est vicecomiti Norhampt' etc.

Rogerus de Thurkilby constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Willelmus de Cheddeworth et Agnes uxor ejus arramiaverunt versus Robertum filium Ade et alios, de tenemento in Sinderby et Pakehal'. Et mandatum est vicecomiti Eboraci etc.

1249.

Willelmus de Wilton' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam abbas de Morgan arramiavit versus Radulfum de Whitefeld et alios, de tenemento in Sautemareys. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ad diem et locum etc.

Magister Simon de Wauton' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Thomas filius Nicholai arramiavit versus Thomam de la Beauveysmere, Robertum et Johannem fratrem (*sic*) ejus, de tenemento in Standeford'. Et mandatum est vicecomiti Leyc' quod ad diem et locum etc.

Gilbertus de Preston' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Rogerus le Frankeleyn arramiavit versus Robertum filium Nigelli et alios, de tenemento in Magna Kenebell'; et ad assisam nove disseisine capiendam, quam Hugo de la Ford arramiavit versus Stephanum de Culverdon' et alios, de tenemento in Parva Ryseberg'; et ad assisam nove disseisine capiendam, quam idem Hugo arramiavit versus abbatem de Messenden', de tenemento in eadem villa. Et mandatum est vicecomiti Buk' etc.

Idem Gilbertus constitutus est justiciarius una etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Willelmus filius Baldewini et Margeria uxor ejus arramiaverunt versus Ricardum filium Radulfi, de tenemento in Sivelesho; et ad assisam nove disseisine capiendam, quam Willelmus filius Ricardi arramiavit versus predictum Ricardum, de tenemento in eadem villa; et ad assisam nove disseisine capiendam, quam Stephanus Albon arramiavit versus Hugonem Gubyun et Willelmum de Faldho de communa pasture in Hecham. Et mandatum est vicecomiti Bed' quod ad diem et locum etc.

Gilbertus de Preston' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Margeria de Olneye arramiavit versus Willelmum de Merflet et Michaelem Wayok', de tenemento in Horton'. Et mandatum est vicecomiti Norhampton' quod ad diem et locum etc.

Rogerus de Thurkilby constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Rogerus de Munegheden' arramiavit versus Simonem de Kirkewell' et alios, de tenemento in Sutton'. Et mandatum est vicecomiti Suff' quod ad diem et locum etc.

Gilbertus de Preston' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam priorissa de Huntindon' arramiavit versus Johannem Talebot, de tenemento in Hameldun'. Et mandatum est vicecomiti Roteland' quod ad diem et locum etc. Teste ut supra.

Gilbertus de Preston' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Juliana que fuit uxor Ricardi filii Radulfi arramiavit versus Thomam de Graunt Curt et

1249.

Anastasiam uxorem ejus, de tenemento in Hanescomp'. Et mandatum est vicecomiti Bed' quod ad diem et locum etc.

Idem Gilbertus constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Adam filius Simonis de Holewell' arramiavit versus Philippum de Wilie et alios, de tenemento in Turveye. Et mandatum est vicecomiti Bed' quod ad diem et locum etc.

Gilbertus de Preston' constitutus est justiciarius una etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Robertus filius Radulfi arramiavit versus Ricardum filium Radulfi et alios, de tenemento in Brumham. Et mandatum est vicecomiti Bed' quod ad diem et locum etc.

Jeremias de Kaxton' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Rogerus de la Lade arramiavit versus Magistrum Johannem de la Lade et alios, de tenemento in Eltesleg'. Et mandatum est vicecomiti Cantebr' quod ad diem et locum etc.

Henricus de Bathonia constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Alexander de Brinne arramiavit versus Gilbertum Luc' et alios, de tenemento in Stanford'. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod ad diem et locum etc.

Idem Henricus constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Petrus le Gram arramiavit versus Petrum de Mymbur', de tenemento in Whitedic. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod ad diem et locum etc. Teste ut supra.

Jeremias de Caxton' constitutus est etc. una etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Willelmus de Ely arramiavit versus Henricum Kockel et alios, de tenemento in Snaylewell'. Et mandatum est vicecomiti Cantebr' quod ad diem et locum [etc.].

Magister Simon de Wauton' constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Ingeramus de Solar' arramiavit versus Henricum de Acle, de tenemento in Newent. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ad diem etc.

Idem Magister constitutus etc. una etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Hugo de Brichampton' arramiavit versus Robertum filium Reginaldi, de tenemento de Stawerton'. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ad diem etc.

Idem Magister constitutus est ut supra ad assisam nove disseisine capiendam, quam Robertus de Chaundos arramiavit etc. versus Reginaldum filium Petri et alios, de tenemento in Alencestr'. Et mandatum est vicecomiti Warr' quod ad diem etc.

Idem Magister constitutus etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Philippus Guthmund' arramiavit versus Hugonem

1249. filium Baldewini de tenemento in Byford. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod capiat securitatem. Teste etc.

Rogerus de Thurkelbi constitutus est justiciarius una cum etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Scolastica filia Hugonis le Prestr' arramiavit etc. versus Alexandrum de Buketon', de tenemento in Buketon'. Et mandatum est vicecomiti Norf' quod ad diem et locum etc.

Sumers'.—Galfridus de Langel' constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam prior de Henton', ordinis Cartusiensis, arramiavit versus Alexandrum de Monte Forti et alios, de tenemento in Henton'. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod ad diem et locum etc.

Magister Simon de Wauton' constitutus etc. una [etc.] ad assisam nove disseisine capiendam, quam Alanus filius Rogeri et Johanna uxor ejus arramiavit versus Ricardum de Bredewell' et alios, de tenemento in Bykenhull'. Et mandatum [est] vicecomiti Warr' quod ad diem et locum etc.

Surr'.—Henricus de Bathonia constitutus est justiciarius una etc. ad assisam nove disseisine capiendam, quam Alicia que fuit uxor Willelmi de Codinton' arramiavit etc. versus Galfridum de Burgo et alios, de tenemento in Suwerc'. Et mandatum est vicecomiti Surr' quod ad diem et locum etc.

[m. 4*d*.] *Hybernia*.—Rex justiciario suo Hybernie, salutem. Monstravit nobis abbas de Wetheney quod, cum quidam abbas ejusdem loci, predecessor suus, terram de Meyfern' Galfrido de Mariscis dimisisset ad terminum xv. annorum, quam quidem terram postea ab eodem Galfrido cepit pro quinque marcis eidem singulis annis quamdiu terminus suus predictus duraret reddendis; et cum postmodum idem Galfridus feloniam commisisset, pro qua utlagatus fuit, ballivi nostri Hybernie, dicentes prefatum redditum eidem Galfrido deberi ut de feodo, compulerunt eundem abbatem a termino predicto dudum transacto, ut dicitur, solvere nobis singulis annis pro terra predicta quinque marcas; et ideo vobis mandamus quod facta diligenti inquisicione de premissis, si rem gestam sic inveneritis, tunc prefatum abbatem a prestacione predicti redditus penitus absolvatis, et ipsum inde quietum esse faciatis imperpetuum. Teste rege apud Wautham xxix. die Augusti.

Anno regni regis Henrici filii regis Johannis xxxiij° convenit inter Odonem de Hodenet ex una parte et Germanum, scissorem regis, ex altera, videlicet quod predictus Germanus vendidit predicto Odoni custodiam terre et heredum Ricardi de Saumford' una cum maritagio predictorum heredum, usque ad legittimam etatem eorundem, ita quod non disparagentur, pro c. et xiij. marcis, de quibus idem O. pacavit premanibus eidem Germano lx. marcas, et de residuo debiti solvit eidem Germano, vel ejus certo attornato, apud Novum Templum London' ad festum Purificacionis Sancte Marie anno regni

1249.

ejusdem regis xxxiiij^to, xxvj. marcas et dimidiam, et in quindena Pasche proximo sequenti xxvj. marcas et dimidiam ; ita quod, si in solucione dicte peccunie in aliquo predictorum terminorum cessaverit, concessit idem Odo statim ipso facto per terras et catalla sua per vicecomitem Salop' sine aliqua contradiccione posse compelli ad solucionem debitorum premissorum, et si quid humanitus infra terminos prenominatos de predicto Odone contingat, nulla executoribus testamenti ipsius O. de bonis suis attribuetur administracio, donec eidem G., vel ejus certo attornato, super debitis premissis fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium presens scriptum inter partes est cirographatum, cujus una pars eidem G. signo predicti Odonis remanet signata, et altera pars penes eundem Odonem signo predicti Germani residet sigillata. Hiis testibus domino Johanne Maunsel, preposito Beverlaci, Paulino Peyvre, Galfrido de Childewik', Willelmo Tregoz, Magistro Willelmo de Kilk', Roberto de Schotendon', Wiberto de Kancia, Hugone le Potter, Thoma le Barber et aliis.

[*In margin*] Reddidit et quietus est.

Rex dilecto et fideli suo Simoni de Monte Forti, comiti Leyc', salutem. Audivimus quod vos, occasione conflictus nuper habiti apud Burdel', vineas et bona Rustani de Solar' et amicorum suorum cepistis in manum nostram et ea tenetis ; quam propter communicato consilio nostrorum fidelium decrevimus easdem vineas et bona predicta predicto Rustano et amicis suis fore restituenda, et vobis mandamus quatinus illos, quibus idem Rustanus et amici sui eorundem bonorum et vinearum voluerint curam committere, permittatis de eis liberam disposicionem habere, et eis eadem bona restitui faciatis. Teste rege apud Westmonasterium v. die Septembris.

Sumers'.—Abbas Glaston' attornavit loco suo Hugonem le Messager et Galfridum le Prude, vel alterum ipsorum si ambo etc. in loquela que est coram rege inter ipsum abbatem et Willelmum Lungesp', de eo quod idem abbas venatus est in libera chacia ipsius Willelmi in Henton' sine licencia ipsius Willelmi et contra pacem regis.

Dorset'.—Abbatissa de Tarente ponit loco suo fratres Otuelem, monachum de Waverl', et Alexandrum de Monte Forti, et Johannem de Wodeyat', vel duos vel unum ipsorum, si omnes etc. ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege per breve quare vi et armis inter ipsam abbatissam et Walterum de Antioch et alios in brevi originali contentos.

[m. 3*d*.] Rex concessit Willelmo de Bovill' xxv. libras singulis annis percipiendas ad Scaccarium suum.

Rex J. filio Galfridi, justiciario suo Hibernie, salutem. Ex parte Fratrum Predicatorum commorantium Lond' fuit nobis nuper ostensum quod Egidia que fuit uxor Ricardi de Burgo senioris c. et quaterviginti marcas recepit, in quibus idem Ricardus tenebatur H. de Burgo, quondam comiti Kancie, et quas idem comes eisdem fratribus in suo reliquerat testamento, quodque Ricardus de Roffa, qui eandem Egidiam

1249.

postmodum duxerat in uxorem, bona que fuerunt ejusdem Egidie, et que preceperamus integre, donec predictis fratribus esset satisfactum de predicta peccunia, custodiri, distraxit. Quapropter vobis mandamus, si est ita, quod omnem diligenciam apponatis ad recolligendum bona prefata, ubicumque inventa fuerint in terra nostra Hybernie, et de eis taliter collectis supradictis fratribus vel eorum procuratori, latori presencium, quamcito poteritis, reddi faciatis pecuniam memoratam, ne hac occasione ad nos iterata querela perveniat. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Octobris.

Mandatum est vicecomiti Stafford' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Willelmi de Cavereswell' in Cavereswell' et terram Radulfi de Duvern' in Duvern'. Teste etc.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Lodowici de Gerarvill' in Parva Badewe et terram Roberti de Burdevill' in eadem villa. Teste etc.

Pro Lincolniensi episcopo.—Memorandum quod die Sabbati proxima post festum Sancti Edwardi, anno regni regis Henrici tercii xxxiij° coram rege apud Westmonasterium Petrus de Havetrugg' per Aliciam uxorem ejus invenit plegios subscriptos quod de cetero non forisfaciet, nec aliquas transgressiones faciet, Lincolniensi episcopo in forestis vel parcis suis, unde rettatus est et imprisonatus (in prisona regis de *cancelled*) apud Flete in Lond', videlicet Galfridum de Wycestr', Radulfum de Wythemer', Henricum de Wythemer', Willelmum de Flimmere, Elyam de Wylindon', Johannem ate Node, Robertum le Neuman, Johannem Staly, Willelmum Fabrum de Flimmere, Ricardum ate More, Henricum le Fiz et Radulfum Godwine.

Rex vicecomiti Linc', salutem. Quia dilectus et fidelis noster Galfridus Dispensator habet de dono nostro custodiam terrarum que fuerunt Roberti le Lou in comitatu tuo, tibi precipimus quod, assumptis tecum custodibus placitorum corone nostre et aliis discretis et legalibus hominibus de eodem comitatu, in propria persona tua accedas ad terras illas, et diligenter inquiras si idem Galfridus assignaverit Extranee, que fuit uxor ipsius Roberti racionabilem dotem suam de ipsis terris, et si eadem Extranea fuit contenta de ipsa assignacione, et si dictus Galfridus vel sui post ipsam assignacionem factam disseisiverunt prefatam Extraneam de prefata dote sua vel de aliqua parte ipsius dotis vel non. Et si per inquisicionem illam inveneris quod habeat racionabilem dotem suam de predictis terris, et sit in plena seisina ipsius dotis, eam manuteneas in ipsa seisina; et si per predictum Galfridum vel suos disseisita fuerit de dicta dote vel de aliqua parte ipsius, ipsam sine dilacione inde resaisiri facias et in eadem seisina manuteneas: et si non fuit contenta de dicta assignacione quando ei facta fuit, et non habeat racionabilem dotem suam de terris predictis, tunc per visum predictorum hominum ei racionabilem dotem suam inde habere facias. Et ita te habeas in hoc negocio ne amplius inde clamorem audiamus pro defectu justicie. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Octobris.

1249.

Rex dilecto et fideli suo Waleramo le Tyeys, salutem. Monstravit nobis Jareford' filius Ade quod cum fecissetis ei habere seisinam de terra de Mora de Lebeneth' per preceptum nostram, de qua terra Morganus de Caerleun tempore guerre ipsum disseisiverat, sicut per inquisicionem inde factam accepimus, Mereduc filius Griffini, heres ipsius Morgani, predictum Jareford' de prefata terra postea disseisivit; et ideo vobis mandamus quod si est ita, prefatum Jareford' de ipsa terra reseisiri, et ei bona et catalla sua, que dictus Mereduc cepit, ut dicitur, restitui faciatis. Teste me ipso apud Westm' xviij. die Octobris anno regni nostri xxxiij. Per Radulfum filium Nicholai.

34 HENRY III.

1249.

Clause de anno regni regis Henrici, filii regis Johannis, tricesimo quarto.

[m. 20.] *Pro servientibus ad arma de Windleshour'.*—Rex vicecomiti Berk', salutem. Precipimus tibi quod in propria persona tua accedas usque castrum nostrum Windes', et ibidem, assumpto tecum constabulario nostro Windes', computes cum quatuor servientibus nostris ad arma, qui sunt in municione ejusdem castri, videlicet quantum restat eis reddendum de stipendiis suis et a quo tempore; et id quod eis inde aretro fuerit per visum et testimonium predicti constabularii eis reddi facias. Et cum sciverimus quantum eis reddideris, id tibi faciemus allocari. Teste rege apud Roffam, xxix^{o} die Octobris anno etc. xxxiiij^{to}.

De electione abbatis.—Rex electioni facte de fratre Thoma, quondam priore Sancte Wereburge, Cestrie, regium adhibuit assensum et favorem. Et mandatum est Fulconi de Orreby quod de predicta abbacia et de omnibus terris et possessionibus ad predictam abbaciam spectantibus eidem abbati plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Cantuariam secundo die Novembris.

Et mandatum est militibus, liberis hominibus, et omnibus aliis tenentibus de abbacia Sancte Wereburge Cestrie quod eidem Thome, tamquam domino suo, decetero intendentes sint et respondentes. Teste ut supra, et sint pa[tentes, etc.].

De ponendo per ballium.—Stephanus de Oxonia, captus et detentus in prisona regis Linc' pro morte Gerardi Colon' et pro roberia, habet litteras regis vicecomiti Linc' directas quod ponatur per ballium. Teste ut supra per Johannem Maunsel.

Pro Petro Rossignol.—Mandatum est custodi foreste de Wicchewod' quod in eadem foresta faciat habere Petro Rossingnol quinque robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Cantuariam tercio die Novembris.

De justiciario constituto ad Scaccarium justiciariorum Judeorum.—Rex constituit Philippum Luvel una cum aliis justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis justiciarum suum; ita quod officio illi intendat quociens pro aliis negociis regis possit vacare. Et mandatum est predictis justiciariis quod ipsum ad hoc admittant, et clericum suum residentem in ipso officio habere permittant. Teste ut supra.

De loquela remusenda (sic) *et terminanda.*—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loquelam inter Willelmum de Ferrariis, comitem Dereb', et Hugonem et Thomam fratres ipsius comitis, de execucione testamenti Agnetis quondam comitisse Dereb', quam posuerunt in

1249.

respectum per preceptum regis, resumant, et secundum justiciam terminent. Teste ut supra.

Pro Willelmo Grasso.—Quia R. de Clare, comes Glouc' et Hertford, manucepit pro Willelmo Grasso, cui justiciarius Hybernie commisit per plevinam castrum suum de Afferkerlon', quod decetero fideliter se geret in obsequio regis, et stabit recto in curia regis, si quis versus eum loqui voluerit; mandatum est Johanni de Grey, justiciario Hybernie, quod ipsum Willelmum per plevinam ipsius comitis in pace stare permittat, et de predicto castro plenam seisinam ei habere, et averia sua ei deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro quodam Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod Abrahe, Judeo de Berchamsted, pacem habere permittant, donec rex habuerit colloquium cum R. comite Cornubie: et interim ipsum non molestent, et catalla sua deliberari faciant eidem. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Roberto de Mares.—Quia rex non vult quod aliquis in regno suo injuste et sine judicio disseietur de aliquo libero tenemento suo, mandatum est vicecomiti Norhampt' quod Roberto de Mares, valetto regis, de dimidia virgata terre et uno mesuagio cum pertinenciis in Riston', que predicto Roberto dederat rex per cartam suam, et de quibus postea injuste fuit disseisitus, eandem qualem prius habuit habere faciat seisinam, una cum exitibus medio tempore inde perceptis. Teste rege apud Faveresham iiij^{to} die Novembris.

Pro Johanne filio Philippi.—Quia rex talliari fecit dominica sua, mandatum est vicecomiti Linc' quod faciat habere Johanni filio Philippi racionabile tallagium de hominibus manerii de Wautham, quod aliquando fuit dominicum regis. Teste ut supra.

De bissis datis.—Mandatum est Galfrido filio [de *cancelled*] Warini quod in haya de la Lye [Longa foresta regis *cancelled*] faciat habere Galfrido de Langel' duas bissas, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Novembris.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Salopiam quod de eisdem vinis faciant habere Galfrido de Langel' unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Sampsone de Salerne.—Mandatum est vicecomitibus Sussex' et Kancie quod inquirant que bona fuerunt in navi Sampsonis de Salerne, que nuper passa fuit naufragium in mari, et ad quorum manus bona illa devenerunt in terra regis. Et omnes illos qui aliquid inde perceperunt distringant ad id prefato Sampsoni et aliis quorum bona illa fuerunt, vel precium eorundem sine dilacione reddendum. Teste ut supra.

Pro Thoma le Naper.—Rex concessit Thome la Naper, servienti suo, custodiam terre et heredum Radulfi de la Dune, habendam usque ad legitimam etatem heredum ipsius Radulfi, una cum maritagio

1249.

eorundem, salva tamen uxori que fuit predicti Radulfi racionabili dote sua ipsam de eisdem terris contingente. Et mandatum est H. de Wengham vel coescaetori suo in comitatu Devonie quod eidem Thome de predicta custodia plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Devonie quod in propria persona sua accedat ad terram illam, et eidem uxori racionabilem dotem de eisdem terris faciat assignari. Teste etc.

Pro hominibus Cestrie.—Rex meminit ipsum Johanni de Grey, justiciario suo Cestrie, dedisse in mandatis quod prosterni faceret quoddam fossatum quod Rogerus de Monte Alto levari fecit in pastura de Sauteney, ubi rex et homines regis Cestrie communicare solebant. Et quia, ut rex audivit, fossatum illud nondum est prostratum, et predictus Rogerus per vim suam impedit prefatos homines Cestrie quominus possint communicare, mandatum est eidem justiciario quod fossatum illud ubique sine dilacione penitus prosterni faciat; et ipsos homines et alios quoscumque faciat in pastura illa pacifice communicare, ut solebant, ipsos in seisina sua manutenens; et taliter in hoc facto se habeat quod pro defectu ipsius rex exheredetur et ad ipsum graviter capere debeat. Teste ut supra. Per dominam reginam.

Pro Mereduc filio Hoelis.—Rex bene vult quod Mereduc filius Hoelis secundum leges et consuetudines Wallie participet cum Oweno fratre suo de omnibus terris que fuerunt predicti Hoelis, quas idem Owenus tenet; ita tamen quod predictus Mereduc pro porcione ipsum contingente respondeat eidem Oweno de hoc quod ad ipsum pertinet de l^{a} libris, per quas finem fecit cum rege pro predictis terris habendis. Teste etc. ut supra. Et mandatum est ballivo de Mungomery. Teste etc.

De inhibicione riparie.—Mandatum est R. filio Petri [de *cancelled*] sub homagio suo quo (*sic*) regi fecit, quod nullatenus eat ad riveandum super ripariam suam de Kenet. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex illas c. libras, in quibus Rogerus filius Johannis regi tenebatur, dedit Willelmo de Valencia; et mandatum est executoribus testamenti ejusdem Rogeri quod eidem Willelmo vel ejus certo nuncio habere faciant. Teste ut supra.

Pro Bertramo de Crioyl.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod faciant habere Bertramo de Crioyll' in solucione ccc. et xx. marcarum, in quibus rex ei tenetur pro custodia castri Dovor' de termino Sancti Michaelis anno etc. xxxiij^{o}; c. marcas de tallagio assesso super villatam Cantuarie, et c. marcas de tallagio assesso super manerium regis de Middelton' cum hundredo; et x. libras de tallagio assesso super villatam de Ospringe; et x. marcas de tallagio assesso super villatam Roffe; et xiij. libras et quatuor solidos de Roberto le Desne Cantuar' pro sex doliis vini ei venditis ibidem per manum Roberti de Dacre; et xvij. libras de Henrico de Baillol et Ricardo, clerico de Roffa, et sociis suis pro vij. doliis vini eis venditis ibidem

1249.

per manum predicti Roberti; et xij. libras de Willelmo Potyn et Simone Potyn pro sex doliis vini eis venditis tempore Nicholai de Halon, tunc vicecomitis Kancie; et xl. solidos de priore Roffe pro uno dolio vini ei vendito tempore eodem; et xl. solidos de abbate de Boxel' pro uno dolio vini ei vendito tempore eodem; et xl. solidos de Nicholao de Halon pro uno dolio vini ei vendito tempore eodem; et v^que^ marcas de Willelmo Potin pro duobus doliis vini ei venditis tempore Thome Abelin, tunc vicecomitis regis; et xl. solidos de Bartholomeo le Cauforer pro uno dolio vini ei vendito tempore eodem; et quatuor libras de Hugone de Blye, vinetario, pro ij. doliis vini ei venditis tempore eodem; et sex marcas de villata de Roffa pro duobus doliis vini per que finem fecit cum rege pro transgressione pistorum tempore Johannis de Cobeham' tunc vicecomitis regis; et xxxvj. solidos de Henrico de Bailoll de l^a^ solidis pro uno dolio vini ei vendito tempore eodem. Teste rege apud Westmonasterium vij. die Novembris.

Pro Arnaldo Cotin.—Rex audivit quod S. de Monte Forti, comes Leycestrie, disseisivit Arnaldum Cotin, valettum regis, de terra sua quam rex ei dedit in insula Oleronis. Et mandatum est predicto comiti quod de eadem terra et de omnibus catallis que sua fuerunt ibidem eum resaisiri faciat, quia rex non vult quod idem Arnaldus coram rege respondeat de transgressione, si in aliquibus deliquerit. Teste ut supra.

Pro Roberto de Norhampton' clerico.—Mandatum est custodi foreste regis de Essex' [Ricardo de Muntfichet *cancelled*] quod permittat Robertum de Norht', clericum regis, prosternere in bosco Andree le Blund' de Ginge Joyberd in foresta regis, c. ligna de husseto, de dono ipsius Andree, et illa ab eodem bosco cariare absque impedimento et exaccione cheminagii. Teste ut supra.

Pro Agnete que fuit uxor Alani de Hale.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norhampton' quod in propria persona sua accedant usque Hale, et de omnibus terris et tenementis que Alanus de Hale de rege tenuit, et que ceperunt in manum regis, Agneti que fuit [uxor] ipsius Alani racionabilem dotem assignent. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Salceto quod in eadem foresta faciat habere W. Sarisburiensi episcopo tres damas, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis liberandis et cariandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Suht' quod xvj. dolia de vinis de prisa que habent in custodia sua liberari faciant Roberto de Dacre, emptori vinorum regis, carianda quo rex ei injunxit. Teste rege apud Wind' x. die Novembris.

De vinis capiendis.—Mandatum est ballivis Suht' quod consulentes sint et auxiliantes Roberto de Dacre, emptori vinorum regis, ad capiendum ad opus regis apud Suht' quater xx. dolia de melioribus vinis

1249.

Wasconie, que ventura sunt in portu suo Suht'; ita quod diligenciam suam rex debeat commendare. Teste ut supra.

Pro Thoma Corbet.—Mandatum est custodibus vinorum regis Salop' quod duo dolia vini de vinis regis liberent Thome Corbet pro duobus doliis novi vini. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Novembris.

Pro Johanne de Rocheford'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Johannis de Rocheford', que est vadium Elie episcopi et Aaron filii Abrahe, Judeorum London', videlicet quantum valeat per annum in dominicis etc. et omnibus exitibus terre; et secundum valorem illius terre et quantitatem debiti in quo predictis Judeis tenetur, racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciant eidem Johanni. Teste ut supra.

De assisa capienda.—Quia Rogerus de Thurkelbi frequencius transitum facit per partes Elyenses commodius intendere potest capcioni assise nove disseisine, quam Walterus de Ely arramiavit coram Alano de Watsand', per preceptum regis, versus Willelmum Aylwini et quosdam alios contentos in brevi originali de communa pasture in Saham; mandatum est eidem Alano quod de capienda assisa illa omnino supersedeat, rex enim vult quod prefatus Rogerus illam capiat cum ad hoc vacare poterit. Teste rege apud Wind' xj. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo de Langel' quod in foresta regis de Wycchewod' faciat habere abbati Westmonasteriensi xv. damas et viij. damos ad parcum suum de Pershor' instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Wind' xij. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod in foresta regis de Fekenham faciat habere abbati Westmonasteriensi tres damas et quinque damos ad parcum suum de Pershor' instaurandum, de dono nostro. Teste ut supra.

De conversis London'.—Quia conversi Lond' per mortem decani de Arcubus destituti sunt custode [pastore *cancelled*], rex rogat abbatem Westmonasteriensem quod de quodam viro discreto et idoneo provideat, et illum eidem custodie preficiat. Teste ut supra.

De columpnis liberandis.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod liberet magistro operacionum regis de Windes' xxiiij. columpnas lapideas ad operaciones regis ibidem. Teste ut supra.

De denariis mittendis ad regem.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod d. marcas de tallagio Judeorum quas receperunt sine dilacione regi mittant, et omnes denarios qui venient ad Scaccarium, sicut eos recipient, post regem mittant. Teste ut supra.

1249.

Pro Reymundo Makeyn.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario, et thesaurario suo, Hybernie quod de thesauro regis Hybernie habere faciant Reymundo Makeyn, civi Burdegale, vel certo nuncio suo eis has litteras deferenti, dcccc. et xl. et duas marcas, in quibus rex ei tenetur, et xx. marcas ad expensas suas, de dono regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Abbendon' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Petro Abuzun, consanguineo regis, unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Bustlesh' xiij. die Novembris.

De roboribus datis.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod in foresta regis Windes', ubi ad minus detrimentum foreste capi possint, faciat habere Matillidi de Lacy x. robora ad focum suum, de dono regis, Teste rege apud Rading' xiiij. die Novembris.

De provisione contra Natale.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod de balliva sua venire faciat usque Wintoniam contra instans festum Natalis Domini d. gallinas, sex agnos, xij. pavones, xij. fesancias, xl. lepores, sex braones cum capitibus bene coctis et bene (salitis *cancelled*) succitis, duo milia ovorum, et aucas, bisas, cuniculos et malardos quot habere poterit; ita quod sint ibi, ad ultimum, die Jovis proxima ante festum predictum. Et cum rex sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Merleberge xvij. die Novembris.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Suht' de d. gallinis, sex agnis, octo pavonibus, xij. fesanciis, c. perdicibus, l^{a} leporibus, sex braonibus cum capitibus coctis et bene succitis, mmm. ovorum, aucis, bisis, cuniculis, et de avibus de riparia, quot habere poterit; ita quod etc. ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' de dcc gallinis, viij. agnis, xij. pavonibus, xvj. fesanciis, c. et l^{a} perdicibus, lx. leporibus, octo braonibus cum capitibus ut supra, et de aucis, bisis, cuniculis, et avibus de riparia ut supra, et de mmmm. ovorum; ita quod etc. ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wyltes' de d. gallinis, sex cignis, octo pavonibus xij. fesanciis, c. perdicibus, l^{a} leporibus, sex braonibus cum capitibus ut supra, de mmm. ovorum, et de aucis, bisis, cuniculis, et avibus de riparia etc.; ita etc. ut supra.

Pro Galfrido de Chellinworth'.—Galfridus de Chellinworth', captus et detentus in prisona regis Wintonie pro morte Willelmi Godric', unde appellatus est, habet litteras regis vicecomiti Suht' directas quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro priore de Pontefracto.—Prior de Pontefracto solvit in garderoba regis P. Chaceporc', custodi ejusdem garderobe, die Veneris proxima ante festum Sancti Edmundi Martiris, apud Merleberge, per preceptum nostrum, duas marcas et dimidiam, quas regi debuit de fine c. solidorum quem fecit cum rege pro quadam carta de mercato et feria habenda; et mandatum est baronibus de Scaccario, quod ipsum priorem de predictis duabus marcis et dimidia quietum esse faciant. Teste ut supra apud Merleberge xviij. die Novembris.

1249.

De prisis regis de vinis.—Mandatum est ballivis Suht' et Willelmo de Rupella quod statim, visis literis, eant usque Portesmuth', et ibi capiant prisas regis. Et si qui fuerint qui dicant prisas ab eis capi non debere, nichilominus prisas illas capiant, et dicant eisdem quod veniant coram rege ostensuri quare inde debeant esse quieti. Teste ut supra.

Pro comite Glouc'.—Mandatum est custodi foreste de Dene quod si R. de Clara, comes Glouc' et Hertford', non habuerit in prefata quatuor cervos, quos rex ei dedit, et unde habet breve regis, tunc ipsum comitem permittat capere in eadem foresta v. bissas et duas laias ad recompensacionem predictorum cervorum, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 19.] *Pro Rogero de Sumery.*—Mandatum est custodibus vinorum regis de Salopia quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere dilecto et fideli regis Rogero de Sumery unum dolium boni vini, de dono regis. Teste rege apud Merleberge xx. die Novembris.

Pro Waltero de Clifford, Simone de Sancto Licio, Johanne de Calverton'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Buk' [te *cancelled*] fieri precepit quod terra quam Rogerus Grey, utlagatus pro roberia et pace regis fracta, habuit in Bukingh', extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Waltero de Clifford, Simone de Sancto Licio et Johanne de Calverton', mandatum est predicto vicecomiti quod eisdem Waltero, Simoni et Johanni de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Margeria que fuit uxor Theobaldi Pincerne.—Mandatum est Thome de Stanford' et coescaetoribus suis in comitatibus Eboraci et Lanc' quod de maneriis de Seplay et Wytinton', que fuerunt Theobaldi Pincerne in comitatibus predictis, Margerie que fuit uxor ipsius Theobaldi racionabilem dotem suam in aliquo certo loco, sicut vobis (*sic*) melius viderint expedire, assignari faciant. Teste rege apud Merleberge xxj. die Novembris.

Eodem modo mandatum est Henrico de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Norf' de manerio de Belhagwe pro eadem Margeria etc. Teste ut supra.

Pro hominibus de Husiton' et aliis de honore de Mungomery.—Quia homines de Husiton', Hurdil' et Chirstok' de honore de Mungomery asserunt firmiter coram nobis quod numquam consueverunt talliari [fecimus *cancelled*] tempore quo rex talliari fecit dominica sua, mandatum est Willelmo de Oddingesel' quod tallagium quod ab eis exigit ponat in respectum usque ad adventum suum ad regem, ut tunc rex scire possit ab eo si sic talliari debeant nec ne; et averia sua hac occasione capta eis interim deliberari faciat. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Adam Ward, captus et detentus in prisona regis de Ripun' pro morte Reginaldi de Graven', unde

1249.

appellatus est, habet breve regis vicecomiti Eboraci quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham' quod in foresta regis de Selewod' faciat habere Ricardo de Muscegros quinque robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Periton', custodi foreste de Braden', quod si Humfridus de Boun, comes Essex' et Hereford', non habuerit in predicta foresta quinque damos, quos rex ei dedit in eadem, unde habuit breve regis ei directum, tunc ipsum comitem habere faciat [capere permittat *cancelled*] in eadem foresta septem damos in recompensacionem predictorum v. damorum. Teste rege apud Merleberge xxv. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod, quando et ubi melius viderit expedire, capiat ad opus suum x. damas contra celebracionem festi sui, de dono regis. Teste ut supra.

De una laya data.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod de laiis regis que sunt in custodia sua faciat habere Rogero de Lokinton' unam bonam laiam, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis ad opus regis capiendis.—Mandatum est Ernaldo Geraudon', camerario London', quod capiat ad opus regis centum dolia vini, et ea liberet vicecomitibus London', carianda quo rex eis injunxit. Teste ut supra.

De obsidibus Wasconie.—Cum Gaillardus de Solariis, Willelmus Arnaldi Monader. et quidam alii de Wasconia, qui aliquando fuerunt cives regis Burdegale, coram rege in curia sua nuper apud Merleberge, super quadam sedicione quam regi fecisse debuerant in Wasconia fuissent retati, tam predicti Gaillardus et Willelmus quam omnes alii optulerunt regi duos obsides pro ipsis omnibus quod ipsi stabunt regis juri in curia sua Wasconie de criminibus ipsis inpositis; et quia Petrus de Solariis, frater ipsius Gaillardi, qui una cum predictis rettatus est de prodicione illa, London' moratur, mandatum est Rogero de Thurkelbi quod nomine regis recipiat duos obsides pro omnibus predictis, videlicet duos ex predictis Gaillardo, Willelmo et Petro, quos ipsi ei liberare voluerint, et eos liberet constabulario regis Turris Lond', custodiendos pro ut rex ei injunxit. [Teste ut supra *cancelled.*] Ceteros autem quo voluerint abire permittat. Teste etc.

Et mandatum est constabulario predicte Turris quod predictos duos obsides, quos predictus Rogerus ei liberabit, ab eo recipiat et salvo custodiat in superiori stadio Turris, sine ferro, et modo quo voluerint vivant de proprio. Teste ut supra.

Pro hominibus regis de Esingwaud'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit, quod septem marce de incremento que adaucte fuerunt super homines manerii de Esingwaud' proveniunt de tribus carucatis terre, que sunt de dominico regis de Esingwaud',

1249.

et non de aliis terris que sunt de socagio regis in eadem villa, mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Eboraci, quod decetero districtionem faciant pro predictis septem marcis super tenentes predictas tres carucatas terre, et non super homines regis de socagio predicto. Teste ut supra.

De denariis mittendis post regem.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod omnes denarios quos poterunt regi mittant, liberandos in garderoba sua ad expensas regis. Teste ut supra.

De potibus delicatis ad opus regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Wintonie quod de vinis regis que habent in custodia sua liberent Roberto de Monte Pessulano [Magistro Radulfo de Neketon' *cancelled*] tanta et talia qualia et quanta capere voluerit, ad potus regis preciosos et delicatos inde faciendos. Teste rege apud Lutegareshal' xxvj. die Novembris.

Pro Johanne de Sunnevil', de robis.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Cissori quod Johanni de Sunnevill', qui instanti festo Natalis Domini cingulo milicie decorabitur, habere faciant quandam robam de scarletta cum penulla de bissis, vel de minuto vario, et lectum militarem, sicut alii novi milites nostri habere consueverunt, et alia sicut solet fieri. Teste ut supra.

De damis datis comiti Dereb'.—Mandatum est custodi foreste de Wauberg' [Salceto *cancelled*] quod in eadem foresta faciat habere W. de Ferrariis, comiti Dereb', xv. [1[a] *cancelled*] damas et quinque damos vivos ad parcum suum de Hecham instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De quibusdam capiendis et inprisonandis.—Mandatum est vicecomitibus London' quod Philippum de Nully juxta Neugat' Predicatorum, Reginaldum Picard ex opposito del Pillory versus austrum, Johannem Anglicum, qui manet cum ipso Reginaldo, Johannem Bellian, qui manet cum ipso Reginaldo, Johannem de Acr', socium suum, et Adam le Escot, sine dilacione capi faciant, et in prisona regis salvo custodiri, donec a rege aliud habuerint preceptum. Teste rege apud Clarendon' xxvij. die Novembris.

De obsidibus Wasconie.—Mandatum est vicecomitibus London' quod Petrum de Solario, Reymundum Ernald' Makeyn, Bernardum de Solerin, Bydan Cunte, Ernaldum de Hospitali, Rustanum de Puteo. Ernaldum Makeyn de la Ruchel', Petrum de Coylerun, Bonifolsum filium Petri Bonifou, Petrum de Moris, Johannem de Sancto Jacobo, Rustanum de Mercato, Ernaldum Oliver, et alios complices eorum, rettatos de prodicione et aliis transgressionibus regis factis in Wasconia, capiant et illos liberent constabulario Turris Lond' salvo custodiendos in prisona regis, nisi Gaillardus de Solariis et alii rettati de transgressionibus predictis voluerint eosdem duos obsides, quos regi optulerunt pro se ipsis, pro ipsis Petro et sociis suis similiter obsides constituere, et iidem obsides velint onus obsidionis pro eis subire, quod ipsi una cum aliis complicibus suis adhibunt terram regis

1249.
Wasconie ad standum ibi recto de omnibus transgressionibus eis inpositis. Teste ut supra.

Et mandatum est constabulario Turris London' quod omnes predictos rettatos recipiat, et eos in medio stadio Turris predicte salvo custodiat, donec aliud ei rex inde preceperit. Teste ut supra.

De Galfrido de Childingwod' capiendo.—Quia constat regi per recordum rotulorum justiciariorum ultimo itinerancium in comitatu Suht', quod Galfridus de Childingwod', qui appellatus fuit de morte Hugonis de Wythyt', noluit inde stare recto coram eisdem justiciariis, set se contumaciter abstentavit, et quod in penam contumacie sue fuit inquisicio facta coram eisdem justiciariis utrum predictus Galfridus esset de morte illa culpabilis vel non ; et per eandem inquisicionem indictatus fuit per indicia certa quod de eadem morte fuit culpabilis ; pro quo postea captus fuit et in carcere detentus ; et quia postea per falsam quorundam suggestionem precepit rex inde fieri inquisicionem per quam, ut dicitur, a prisona deliberatus est ; mandatum est vicecomiti Suht' quod, si adhuc in prisona est, nullo modo deliberetur, set in ea bene custodiatur. Et si per ultimam inquisicionem traditus sit in ballium, iterum sine mora capiat eum et salvo custodiat in prisona regis, donec aliud inde habuerit preceptum. Teste rege apud Clarendon' primo die Decembris.

De libertatibus fratrum hospitalis de Ospreng'.—Quia rex concessit magistro et fratribus hospitalis de Ospreng' quasdam libertates et quietancias per cartam suam, quam rex nuper eis fieri fecit, mandatum est vicecomiti Kancie quod cartam illam in pleno comitatu legi, et libertates et quietancias in ea contentas eis firmiter per totam ballivam observari faciat. Teste rege apud Clarendon' xxx. die Novembris.

Pro hominibus de Merleberge.—Mandatum est Roberto de Grimmeshull', constabulario de Merleberge, quod in foresta regis, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste fieri poterit, reddi faciat probis hominibus de Merleberge buscam ad valenciam l[a] xij. solidorum et quinque denariorum et oboli, pro busca ab eis capta ad opus regis in ultimo adventu regis ibidem. Teste rege apud Clarendon' secundo die Decembris.

Pro executoribus Gunnore de Mara.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Oxonie et Wiltes' quod, accepta securitate ab executoribus Gunnore de la Mare quod regi satisfacient de debitis, si que regi debebat, permittant ipsos liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius Gunnore, ad execucionem suam inde faciendam. Teste ut supra.

De tradendo per ballium.—Hugo le Mulner, captus et detentus in prisona Hereford' pro morte Thome filii Reginaldi de Langef', unde rettatus est, habet litteras regis directas vicecomiti Hereford', quod ponatur per ballium, nisi indictatus vel appellatus fuerit de morte

1249.

illa coram justiciariis ultimo itinerantibus in partibus illis, et propter hoc inprisonatus. Teste rege apud Clarend' tercio die Decembris.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Bere quod in predicta foresta faciat habere abbatisse de Tarente tria robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Artaldo de Sancto Romano.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Suff' quod omnes fructus manerii de Wenham que fuerunt Willelmi de Plessetis, racione custodie terre et heredis Rogeri de Monte Caniso, quam rex eidem Willelmo concessit, habere faciat Artaldo de Sancto Romano, cui rex concessit custodiam illam, eo quod predictus Willelmus regi tenebatur in pluribus debitis. Teste rege apud Clarendon' vj. die Decembris.

Pro hominibus regis de Salopia.—Quia rex non habet penes se rotulos de ultimo itinere Johannis Biset ad placita foreste in comitatu Salopie, per quos homines regis de Salopia dicunt se esse quietos de demandis quas G. de Langel' eis facit tangentibus forestam regis, mandatum est predicto G. quod [de] demandis illis eos pacem habere permittat quousque ad regem venerit, et cum ipso super hoc habuerit colloquium. Teste ut supra.

De providencia panis contra Natale.—Mandatum est ballivis Wintonie quod provideant de xx. libratis panis contra instans festum Natalis Domini, videlicet iiij^or^ panes ad denarium. Et rex custum et cariagium inde acquietare faciet. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Andovr' de x. marcatis panis, iiij^or^ panes ad denarium. Teste ut supra.

Et ballivis Suhamptonie de c. solidatis panis, iiij^or^ panes ad denarium. Teste ut supra.

De galiis regis custodiendis.—Rex assignavit Willelmum Beaufiz, Henricum Buchard, Bricium le Paumer et Paganum le Paumer, ad galias regis que sunt in custodia Alani Burnel, servientis regis, custodiendas. Et mandatum est eisdem Willelmo, Henrico, Bricio et Pagano quod galias illas recipiant per cirographum inter ipsos et predictum Alanum factum de armamentis ad easdem galias spectantibus, et eas salvo custodiant donec rex aliud inde preceperit. Et custum quod ad ipsas custodiendas posuerint, cum rex illud sciverit, eis in firma ville sue faciet allocari. Teste rege apud Clarendon' ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis et cariandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod capiant ad opus regis xxv. dolia vini, et ea liberent ballivis Suht', carianda usque Wintoniam. Teste rege apud Clarend' iij. die Decembris.

De bissis datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod in balliva sua faciat habere Simoni de Offeham, capellano regis, et decano Stafford', quatuor bissas, de dono regis. Teste rege apud Clarend' vj. die Decembris.

1249.

De denariis mittendis regi.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod omnes denarios quos receperint ad Scaccarium regis, mittant regi ad expensas suas sine dilacione. Teste rege apud Clarend' viij. die Decembris.

De denariis liberandis ad opera regis.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod faciat habere Magistro Johanni de Sancto Odomero denarios ad operaciones regis que rex ei injunxit faciendas, et ad expensas suas; et cum rex sciverit quantum ei liberaverit, breve suum de Liberate eidem Edwardo inde habere faciet. Teste ut supra.

Pro Perone de Burgo et Joscelino socio ejus.—Rex concessit Peroni de Burgo et Joscelino socio ejus quod hac vice quieti sint de prisis regis c. doliorum vini in navi sua existencium Lond', salva regi debita et antiqua prisa sua ij. doliorum. Et mandatum est camerario Lond' quod ipsos de predictis prisis regis, ut predictum est, quietos esse faciat. Teste rege apud Clarend' xij. die Decembris.

De robis datis.—Mandatum est Magistro Willelmo de Kilkenni quod habere faciat Amalvino de Vareys et socio suo robas contra instans festum Natalis Domini, videlicet prefato Amalvino tunicam supertunicam et pallium. Teste ut supra.

Pro Guidone de Rocheford de torneamento.—Quia Guido de Rocheford non tulit arma in torneamento de Brackel', rex ei remisit omnem rancorem animi quem erga ipsum ab hoc conceperat; et mandatum est vicecomiti Devonie quod omnes terras et tenementa sua, que rex capi precepit in manum suam, cum exitibus medio tempore perceptis, eidem G. restitui faciat integre. Teste rege apud Clarend' xiij. die Decembris.

De coronatore substituendo.—Quia rex non vult quod Willelmus de Bykel', quondam coronator comitatus Devonie, intendat decetero officio coronatoris in eodem comitatu, mandatum est vicecomiti Devonie quod unum de discrecioribus et fidelioribus militibus ejusdem eligi faciat loco predicti Willelmi, qui prestito sacramento etc. Teste ut supra.

De fustis liberandis custodibus operacionum Westmonasterii.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod habere faciat custodibus operacionum Westmonasterii tria fusta, que iidem custodes eligere voluerint, ad operaciones regis faciendas. Teste rege apud Clarend' ut supra.

De roba data hostiario pape.—Mandatum est Magistro Willelmo de Kilkenni quod habere faciat fratri Willelmo, hostiario domini pape, xx. ulnas de bono russetto ad robam, videlicet ad tunicam supertunicam pallium et scapelorium, cum penulis agninis competentibus, de dono regis. Teste ut supra.

De stipendiis operariorum Westmonasterii.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod pacari faciant operariis regis

1249.

Westmonasterii stipendia sua usque ad Natale Domini anno etc. xxxiiij^{to}. Et cum rex sciverit summam, breve suum de Liberate eis inde habere faciet. Teste ut supra.

De tradendo per ballium.—Johannes de Carleton', captus et detentus in prisona regis Linc' pro morte Willelmi de Slothebi, unde Alicia que fuit uxor ejusdem Willelmi eum appellat, habet breve vicecomiti Linc' quod ponatur per ballium, nisi etc. Teste ut supra.

[m. 18.] *De robis liberandis clericis de cancellaria.*—Mandatum est Magistro Willelmo de Kilkenny quod clericis de cancellaria regis habere faciat robas suas contra instans festum Natalis Domini, sicut annis preteritis eas habere consueverunt contra festum predictum, et in rotulis regis de garderoba continetur. Teste rege apud Clarendon' xiiij. die Decembris.

De robis datis.—Mandatum est eidem quod habere faciat Ernaldo de Marthan' unam robam cum penula de bissis, et militi suo unam aliam robam cum furrura competenti, contra instans festum Natalis Domini, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem quod Martino Balistario et Martino socio ejus hac vice habere faciat robas, de dono regis hac vice. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Monte Revelli.—Rex concessit Willelmo de Monte Revelli sexaginta dolia vini que duci fecit in Angliam quieta de prisa regis; et mandatum est Ernaldo Geraudon, camerario Lond', quod predicta lx. dolia in pace sine prisa regis dimittat. Teste ut supra.

De custodia conversorum commissa.—Mandatum est abbati et Edwardo de Westmonasterio quod provideant aliquam honestum capellanum, cui committi possit custodia Conversorum Lond', et eidem custodiam illam ex parte regis committant. Teste rege apud Clarendon xv. die Decembris.

De custodia abbacie de Burgo commissa.—Significavit regi Henricus de Wengham quod, propter sui [proprii *cancelled*] corporis egritudinem qua detinetur, intendere non potest custodie abbacie de Burgo Sancti Petri, vacantis et in manu regis existentis. Et quia de Roberto Passelewe, archidiacono Lewensi, ad plenum confidit rex, ipsum rogat quod custodiam illam suscipere velit, talem ibi secundum industriam a Deo ei datam loco suo substituendo, qui de exitibus domus illius regi sufficienter respondeat. Teste ut supra.

De roba data Hamoni fratri de Heyles.—Mandatum est Magistro Willelmo de Kilkenny quod habere faciat fratri Hamoni de Heyles unam robam et unam capam de russetto, scilicet tunicam et pallium cum capa. Teste rege apud Clarendon xvj. die Decembris.

De eodem.—Mandatum est eidem quod habere faciat Willelmo Lungespeye, se quarto valettorum, robas contra instans festum Natalis Domini. Teste ut supra.

1249.

De robore dato.—Mandatum est Roberto de Stopham quod in bosco regis de Bocholt faciat habere Ade Cok' unum robur ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Porecestria quod in eadem foresta faciat habere abbati de Bello Loco decem quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Warnerum Luvel venatorem regis, usque Forestam Novam ad capiendum in ea quater xx. damas ad opus regis. Et mandatum est custodi ejusdem foreste quod ipsum ad hoc admittat, et ad eas capiendas ei consilium et auxilium impendat. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Willelmus de Bucour', captus et detentus in prisona regis Bristolli pro morte Roberti de Thokinton', unde rettatus est, habet litteras regis vicecomiti Glouc' quod ponatur per ballium, sine clausula. Teste rege apud Clarendon xvij. die Decembris.

Pro Isabella de Merston'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod si Isabella de Merston' invenerit ei salvos plegios de stando recto coram justiciariis ad primam assisam etc. de eo quod rettata est de furto aucarum et societate ejusdem furti, tunc ipsam Isabellam pacem habere faciat inde usque ad adventum predictorum justiciariorum, et catalla sua deliberari faciat eidem. Teste rege apud Clarendon xix. die Decembris.

De roba data.—Mandatum est Magistro Willelmo de Kilkenny quod habere faciat Emerico de Sunnevill' robam, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod de boscis regis que sunt in custodia sua faciat habere priorisse de Ambresbir' x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De lecto et roba datis Gastoni de Byarn'.—Mandatum est Magistro W. de Kilkenni quod venire faciat usque Wintoniam quemdam lectum pulcrum ad opus Gastonis de Biarn', videlicet quandam culcitram cum matracio et panno ad aurum, et quoddam coopertorium de grisio et scarletto cum pulcris lintheaminibus, et duo auricularia serica cum pulcro keverchevio ; et similiter venire faciat ibidem ad opus ejusdem unam robam de bono scarletto, scilicet duas tunicas, supertunicam, capam et pallium, et capucium cum furruris competentibus, ita quod sint ibi in vigilia Natalis Domini. Teste ut supra.

De partu Johanne de Valencia.—Mandatum est domine Guillelme quod cum liberis regis moretur apud Wind', quousque domina S. Giffard redierit de domina Johanna de Valencia, sorore regis, de partu suo. Teste ut supra.

Pro Johanne de Warenna.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod talem seisinam habere faciat Johanni de Warenna, vel certo nuncio

1249.

suo has litteras deferenti, de omnibus terris et tenementis suis in balliva sua qualem inde habuit quando ea cepit in manum regis, per preceptum regis, quia ipse torneavit sine licencia regis, et omnes exitus earundem terrarum, si quos inde ceperit, ei reddi faciat. Teste rege apud Clarendon xx. die Decembris.

Eodem modo vicecomiti Buk' ut prius.

De tradendo in ballium.—Robertus Edwini et Humfridus frater ejus, capti et detenti in prisona regis Sarr' pro morte Willelmi del Hurn', et Matillidis uxoris ejus, unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Wyltes' quod ponantur per ballium. Nisi etc. Teste rege apud Clarendon' xx. die Decembris.

De roba data.—Mandatum est Magistro W. de Kilkenny quod habere faciat Petro Thelebrech' unam robam contra instans Natale Domini, de dono regis. Teste ut supra.

De scindulis faciendis apud Clarendon'.—Mandatum est custodi Nove Foreste quod in prefata foresta faciat habere custodibus operacionum regis de Clarendon' maeremium ad xv. milia scindularum facienda ad domos regis de Clarendon inde cooperiendas. Teste ut supra.

Mandatum est Roberto de Stopham quod faciat habere custodibus operacionum regis de Clarendon maeremium ad operaciones inde faciendas apud Clarendon' quas rex eis injunxit. Teste ut supra.

De malefactoribus forestarum atachiandis.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod sit in auxilium Ricardo de Wrotham ad atachiandum per corpora sua malefactores forestarum regis in comitatibus predictis (*sic*). Teste rege apud Wintoniam xxiij. die Decembris.

De coronatore substituendo.—Rex ad instanciam W. Wintoniensis episcopi concessit Hugoni de Ardern', quondam escaetori suo in comitatu Warr', quod alius substituatur loco ipsius Hugonis ad escaetas regis una cum Henrico de Wengham in comitatu predicto custodiendas. Et mandatum est predicto Henrico quod, predicto Hugone a predicto officio amoto, alium loco ipsius substituat, qui prestito sacramento illi officio decetero diligenter intendat ; et nomen ejus regi scire faciat. Teste rege apud Wintoniam xxvij. die Decembris.

De damis capiendis ad opus regis et cariandis.—Mandatum est Roberto de Mares, custodi parci sui de Norht' [salutem *cancelled*] quod in predicto parco capiat ad opus regis xx. damas, et eas liberet vicecomiti Norht', cariandas usque Westmonasterium contra instans festum Sancti Edwardi. Teste ut supra.

De denariis liberandis ad firmandam terram Wasconie.—Rex illas d. marcas, quas barones de Scaccario recepturi sunt ad Scaccarium Pasche proximo futurum anno etc. xxxiiij^to^ de tallagio quod rex assideri fecit super communitatem Judeorum Anglie, assignavit ad firmandam terram Wasconie, et ad tuicionem et defensionem ejusdem

1249. terre. Et mandatum est eisdem baronibus quod Ricardo de Havering', senescallo Simonis de Monte Forti, comitis Leyc', predictas d. marcas liberent sine aliqua difficultate ad predictum terminum Pasche deferendas predicto comiti ad firmandam terram Wasconie et ad defensionem ejusdem terre, sicut predictum est. Teste ut supra.

De attornato Licoricie Judee.—Mandatum est justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis quod recipiant Kokerellum filium Licoricie de Wintonia, Judee, tamquam clericum et attornatum ipsius Licoricie ad omnia negocia sua coram ipsis prosequenda. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo, juniore.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod terram W. de Cantilupo junioris, captam in manum regis occasione contencionis mote inter ipsum et Johannem de Munemuth', eidem Willelmo sine dilacione reddi faciat. Teste ut supra. Per W. Wintoniensem episcopum.

De ponendo per ballium.—Walterus de Bikenor' et Johannes filius ejus, Ricardus de Howic', Willelmus de la Lyth' et Johannes filius ejus, Robertus de Stofold', Odo de Denhurst', El' de Muchelwyc', Hamo de Stofold', Ricardus de Wophurst', Gervasius le Taylur, Willelmus le [Marscall' *cancelled*] Mercator, Robertus le Provost, Johannes de Martwic' et Walterus de Bolehith', capti et detenti in prisona regis de Guldeford' pro morte cujusdam pueri abortivi, unde apellati sunt, habent breve vicecomiti Surr' quod ponantur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

Pro Warino de Monte Caniso de libertate sua.—Rex concessit Warino de Monte Caniso omnes libertates et quietancias prius concessas Radulfo de Monte Caniso, avunculo ipsius Warini, cujus heres ipse est, per cartam Henrici regis, avi regis, quam rex inspexit, et quas ei postea per cartam suam confirmavit, sicut plenius patet per confirmacionem suam quam ei inde fieri fecit. Et mandatum est vicecomiti Kancie, quod predictam confirmacionem in pleno comitatu legi et concessas ei libertates et quietancias decetero firmiter teneri faciat. Teste ut supra. *Postea habuit inde breve baronibus de Scaccario.*

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Norf' et Suff', Buk' et Bed', Norht', Berk', Glouc' et Wygorn', Essex', Hertford' et Surr'.

De damis datis.—Mandatum est Ade de Periton', custodi foreste de Braden', quod in predicta foresta faciat habere Willelmo de Valencia xv. damas et x. damos vivos ad parcos suos de Swindon' et Sopworth' instaurandos, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam xxviij. die Decembris.

Mandatum est Avicie de Columbariis, custodi foreste de Cette, quod in predicta foresta faciat habere S. de Monteforti, comiti Leyc', xx. damas et x. damos vivos ad parcum suum de Hungreford' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De auro capiendo de Judeo.—Mandatum est vicecomiti Wygornie quod, sicut se ipsum et sua diligit, nullatenus omittat quin habeat

1249.

in garderoba regis apud Westmonasterium in vigilia instantis festi Epiphanie Domini de Hake, Judeo Wygornie, tot denarios quot valet una marca auri, quam idem Judeus regi debet. Teste ut supra.

Pro Ada de Ireland' deliberando.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod si Adam Ireland', captus et detentus in prisona regis pro receptamento incendiariorum, invenerit ei salvos plegios de stando inde recto coram justiciariis ad primam assisam etc. tunc ipsum sine dilacione dimitti et deliberari faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Quia Thomas Longus de Bristollo, qui non est sane mentis, ut rex audivit, tenebatur Willelmo de Valencia in quadam summa pecunie pro quadam navi ab eo empta, et de aliis debitis, ut idem frater regis dicit, mandatum est baronibus et ballivis Bristolli quod non permittant quod aliqua fiat distractio vel amocio de bonis et catallis ipsius Thome, donec satisfactum fuerit predicto fratri regis de pecunia ei debita. Teste ut supra.

De providencia contra festum Sancti Edwardi.—Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod, sicut se ipsum et omnia que habet diligit, emat ad opus regis in balliva sua, d. gallinas, sex cignos, xij. pavones, quatuor duodena fesantorum, octo duodena perdicum, lx. lepores, l[a] cuniculos, v. braones cum capitibus bene coctis et bene succitis, et xij. capriolos, et duo milia ovorum, contra instans festum Sancti Edwardi ; et hec omnia predicta cariari faciat usque Westmonasterium, ita quod ibi sint, ad ultimum, in vigilia festi predicti. Et cum rex sciverit custum, breve de Allocate ei inde fieri faciet. Teste rege apud Wintoniam xxviij. die Decembris.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Surr' et Sussex', de d. gallinis, sex cignis, xij. pavonibus, duabus duodenis fesantorum, quatuor duodenis perdicum, l. lepores, l. cuniculis, et quinque braonibus paratis ut supra, xij. capriolis, et mm. ovorum, contra festum predictum, etc. ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Kancie, de d. gallinis, sex cignis, octo pavonibus, duabus duodenis fesantorum, octo duodenis perdicum, xl. leporibus, xl. cuniculis, v. braonibus cum capitibus ut supra, xij. capriolis, et mm. ovorum, contra festum predictum, etc. ut supra.

Eodem modo mandatum [est] vicecomiti Middels' de ccc. gallinis, quatuor cignis, sex pavonibus, xii. fesantis, quatuor duodenis perdicum, quatuor braonibus cum capitibus ut supra, l. leporibus, et l. cuniculis et m. ovis, contra etc., ut supra.

[m. 17.] *Pro Ebulone de Montibus.*—Rex dedit Ebuloni de Montibus manerium de Waleton' ; et mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Surr' quod de eodem manerio una cum exitibus inde perceptis a termino Sancti Michaelis proximo preterito anno scilicet regni etc. xxxiij° plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Wintoniam xxix. die Decembris.

De ponendo per ballium.—Reginaldus Tornehand', captus et detentus in prisona regis Eboraci pro morte Thome le Messer, unde

1249. appellatus est, habet breve vicecomiti Eboraci quod ponatur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Graveling' quod in eadem foresta faciat habere Petronille de Toeny tria robora ad focum suum. Teste (*sic*) de dono regis. Teste ut supra.

De redditibus prioris Sancti Johannis Jerusalem in Anglia mittendis in Terram Sanctam.—Rex vult quod, non obstante mandato suo quod prius fecerat de proventibus reddituum et terrarum domus ipsius Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, qui consueverunt transmitti in Terram Sanctam, retinendis quousque rex aliud inde mandaret, iidem proventus in eandem terram, sicut fieri consuevit, mittantur; et ita mandatum est fratri Roberto, priori predicti hospitalis, quod sic fieri faciat. Teste ut supra.

De scindulis ad domos regis Wintonie.—Mandatum est custodi terrarum que fuerunt Johannis de Bendeng', quod in bosco qui fuit predicti Johannis apud Winchefeld' faciat habere Magistro Gerardo, carpentario regis, xx. milia cindularum ad domos regis Wintonie cooperiendas. Teste ut supra.

Pro Petro Cayllau.—Rex concessit quod navis Petri Caillau, civis Burdegale, que nuper applicuit carcata vinis in portu Suhampton', hac vice quieta sit de prisa regis, salva regi prisa sua de duobus doliis, et salvis regi sex doliis de empto, si rex ea de eadem navi capere voluerit. Et mandatum est ballivis Suhampton' et Willelmo de Rupella quod ipsam navem de prisa regis hae vice quietam esse faciant, sicut predictum est. Teste [rege apud Guldeford secundo die *cancelled*] ut supra.

Pro Artaldo de Sancto Romano.—Rex dedit et concessit Artaldo de Sancto Romano custodiam terre quam Matillis de Clere tenuit de rege in capite in Bromelegh' cum omnibus pertinenciis suis, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem heredis ipsius Matillidis. Et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Surrie quod eidem Artaldo de predicta custodia cum pertinenciis sine dilacione plenam seisinam habere faciant, cum omnibus inde perceptis. Teste ut supra.

1250. *De vinis cariandis.*—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampton' quod quadraginta dolia vini de prisa que sunt in custodia sua, et que rex per ballivos regis Suhampton' regi acquietari precepit, eisdem ballivis liberent, carianda quo rex eis injunxit. Teste rege apud Guldeford' secundo die Januarii.

De hominibus de Agmodesham capiendis pro morte hominis.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod Willelmum Colebrond' de Aumedesham, Robertum Leg, Willelmum le Utlag', et Elyam Barleg' venire faciat usque Lond'; ita quod ibi sint die Lune proxima post festum Epiphanie Domini, ad respondendum Willelmo le Slee de morte Johannis de Puteham, unde eos appellat. Teste ut supra.

1250.

De tradendo per ballium.—Thomas filius Johannis de Staverton', Walterus et Johannes fratres ejus, et Willelmus le Franceys, capti et detenti in prisona regis Norht' pro morte Willelmi de Porta, unde Margeria que fuit (*sic*) ipsius Willelmi eos appellat, habent breve vicecomiti Norht' quod ponantur per ballium. Nisi etc. Teste rege apud Westmonasterium vj. die Januarii.

De damis datis pro decima.—Mandatum est Willelmo Luvel et Warnero fratri ejus, venatoribus regis, quod de damis illis, quas rex per eos capi precepit in Nova Foresta regis, faciant habere decano et capitulo Sarisburie sex damas, nomine decime eis debite de foresta de Clarendon'. Teste ut supra.

De probatoribus recipiendis.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod Johannem de Kancia et Willelmum de Hurie, probatores, et eorum uxores, quos Alanus Payn, ballivus Willelmi Lungesp', eis liberabit, ab eo recipiant et salvo custodiant, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium vij. die Januarii.

Pro Roesia Manning' et Johanne de Clopton'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Warr' fieri precepit, quod dimidium burgagium cum pertinenciis in Stratford', quod fuit Johannis le Cutiler, utlagati pro morte Margerie de Stratford', exstitit in manu regis per annum unum et unum diem, et quod illud tenuit de Roesia Manning'; et similiter de alio dimidio burgagio quod illud tenuit de Simone le Clerc de Stratford'; et similiter de dimidio burgagio in eadem villa quod illud tenuit de Johanne de Clopton'; mandatum est vicecomiti Warr' quod eisdem Roesie, Simoni et Johanni de predictis burgagiis plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quibusdam manucaptis per probos homines Lond'.—Maior et probi homines regis London' manuceperunt coram rege quod habebunt coram eo ad mandatum regis Willelmum de Cocham, Jacobum Scot, Ricardum filium Walteri le Spec', Simonem vinetarium, Alanum le Weyder, et Johannem de Baudac de Lond', quos vicecomes Linc' captos tenet pro conflictu habito in nundinis Sancti Botulfi. Et mandatum est predicto vicecomiti quod prefatos inprisonatos una cum catallis eorum liberet prefato maiori vel illi qui has litteras regis ei deferet. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est Roberto Passelewe, archidiacono Lewensi, quod in foresta regis de Wauberge habere faciat Ricardo de Dovor' quatuor quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Hugo Lenge, Johannes de Vignerun et Willelmus le Porter, capti et detenti in prisona regis Norht' pro morte Rogeri Patun, unde appellati sunt, habent litteras regis vicecomiti Norht' directas quod ponantur per ballium. Nisi etc. Teste rege apud Westmonasterium x° die Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta regis de Dene faciat habere abbati Sancti

1250.

Petri Gloucestrie decem quercus cum escaetis suis ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De vino dato Simoni, capellano regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Goudeford' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Simoni, capellano regis, unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido Gascelin.—Rex concessit Galfrido Gascelin custodiam et maritagium Margerie filie et unius heredum Walteri de Godarvill'; et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod prefatam Margeriam prefato Galfrido, vel ejus certo nuncio, liberari faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Cantilupo juniore et Eva uxore ejus.—Quia Willelmus de Cantilupo junior et Eva uxor ejus et homines sui de Toteneys', Corneworth' et Lodewell' quieti sunt de sectis comitatus et hundredi, ita quod nunquam consueverunt hactenus participare cum aliis de comitatu Devonie in communibus finibus vel amerciamentis coram justiciariis itinerantibus, ut dicunt; et mandatum est vicecomiti Devonie quod ipsos Willelmum, Evam et homines suos de predictis maneriis decetero non distringat ad contribuendum vel participandum cum aliis de comitatu predicto in communibus finibus vel amerciamentis factis coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu predicto aliter quam facere debent, et facere consueverunt. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Molis.—Mandatum est burgensibus et probis hominibus Suht' quod statim visis litteris istis solvant Nicholao de Molis l[a] libras, quas rex ei dedit, et quas nuper cum rex esset Wintonie promiserunt solvere Lond' in festo Sancti Edwardi proximo preterito, scituri quod nisi eidem Nicholao, vel certo nuncio suo has litteras deferenti, predictam pecuniam secundum tenorem mandati regis solvant, mandatum est vicecomiti Suht' quod mox ingrediatur libertates suas, et eos ad id tam per terras quam per catalla distringat. Teste ut supra.

Perdonacio utlagarie.—Rex perdonavit Willelmo filio Roberti Malenfant utlagariam in ipsum promulgatam pro morte Willelmi de Paxton', unde rettatus est, et firmam pacem suam ei inde concedit; ita quod pacem faciat cum parentibus ipsius Willelmi, et stet inde recto in curia regis, si quis versus eum inde loqui voluerit. Et mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod ipsum Willelmum filium Roberti decetero in comitatu suo in pace stare permittat. Teste ut supra.

De honore Peverel commisso.—Rex commisit Roberto le Vavasur honorem Peverell', custodiendum quamdiu regi placuerit, ita quod regi inde respondeat ad Scaccarium; et mandatum est vicecomiti Bed' quod de terris et tenementis ad prefatum honorem spectantibus in comitatu predicto decetero se nullatenus intromittat. Teste ut supra.

1250.

De proventibus Hibernie ad firmandam terram Wasconie.—Rex providit ut omnes exitus terre Hybernie tam de redditibus et proventibus quam de custodiis liberentur S. de Monte Forti, comiti Leyc', ad firmandum et muniendum inde castra et civitates regis Wasconie. Et insuper providit quod ipse habeat d. marcas que solvi debent ad Scaccarium regis Pasche de tallagio Judeorum, et ccc. et l[a] marcas de redditu assiso civitatis regis Lond', et c. libras de perquisitis solvendas regi in instanti festo Purificacionis Beate Marie. Et denarii illi prefato comiti mittentur per Ricardum de Havering'. Teste ut supra.

De exitibus abbacie de Burgo.—Licet rex nuper dixerit Johanni de Gatesden quod non permitteret quod dilapidacio fieret de bonis spectantibus ad abbaciam de Burgo, non fuit intencionis regis quod ea regi subtraherentur que ad regem pertinent racione vacacionis predicte abbacie in manu regis existentis ; et mandatum est eidem Johanni quod de custodia illa alio modo se non intromittat ; et quod permittat ballivos Roberti Passelewe, qui de exitibus ejusdem abbacie regi respondebit ad Scaccarium suum, liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis ad predictam abbaciam spectantibus. Teste ut supra.

Pro Johanne Francigena.—Johannes Francigena liberavit in garderoba regis xx. marcas apud Merton' die Mercurii proxima post Epiphaniam anno etc. xxxiiij[to], in partem solucionis c. librarum quas ipse reddet regi de debitis in quibus Philippus de Acell' regi tenebatur ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Johannem de predictis xx. marcis quietum esse faciant. Teste rege apud Merton' xiij. die Januarii.

Pro comite Cornubie.—Rex in partem solucionis debiti in quo rex tenetur R. comiti Cornubie, fratri suo, concessit eidem comiti omnes exitus amerciamentorum proveniencium de itinere G. de Langel' et sociorum suorum, justiciariorum regis itinerancium ad placita foreste in comitatu Salopie, exceptis amerciamentis provenientibus de abbate de Hauman et priore de Wenlak' et Galfrido Griffin, et exceptis quater xx. marcis, quas de eisdem exitibus regis liberari precepit Nicholao de Molis, eunti in nuncium regis ad partes Wasconie. Et mandatum est vicecomiti Salopie quod extractam amerciamentorum ejusdem itineris predicto comiti habere, et pro eisdem amerciamentis ei reddendis districtionem faciat, ad mandatum ipsius comitis, ad terminos quos idem comes ei scire faciet. Teste ut supra.

Pro Simone, capellano regis et decano Stafford'.—Mandatum est Willelmo Wymer, custodi vivariorum regis de Stafford', quod in prefatis vivariis faciat habere Simoni, decano ecclesie Sancte Marie Stafford', quatuor lucios et quatuor braemias, de dono regis. Teste ut supra.

De clerico incarcerato ad mandatum officialis Cantuar'.—Mandatum est vicecomitibus London' quod Galfridum de Touecestria, clericum, captum et incarceratum ad denunciationem Magistri Hugonis de

1250.

Mortuo Mari, officialis B. Cantuariensis Archiepiscopi, a profundo carceris extrahant et sursum poni faciant, ita quod ibi ferro ligatus detineant, et ipsum clericum eidem officiali liberent, cum ab eo fuerint requisiti. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Januarii.

De robis liberandis.—Mandatum est Rogero Scissori et Johanni de Sumercotes quod liberari faciant Ricardo Ruffo, clerico regis, xxx[a]iij. robas ad opus xxxiij. servientium regis, hac vice sine consuetudine, de dono regis. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Ricardus Fowel, captus et detentus in prisona regis Wintonie pro morte Johannis Berebaggh', unde appellatus est, habet breve vicecomiti Suht' quod ponatur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

Pro G. quondam Lismorensi episcopo.—Mandatum est justiciario Hybernie quod si litteras regis receperit continentes quod rex perdonavit G. quondam Lysmorensi episcopo quasdam misericordias in quas incidit tempore administracionis sue ejusdem episcopatus, que quidem misericordie sumam xij. marcarum et dimidie non excedunt, tunc ipsum episcopum pro predictis xij. marcis et dimidia non distringat, set ipsum inde penitus faciat esse quietum. Teste ut supra.

Pro execucione Galfridi de Woleward'.—Quia rex plene intellexit per inspectionem rotulorum suorum quod Galfridus de Wulward', quondam clericus regis, in nullo debito regi tenebatur, mandatum est vicecomiti Dors' quod sine impedimento permittat executores testamenti ipsius Galfridi in balliva sua ad execucionem testamenti sui inde faciendam. Teste rege apud Westmonasterium xviij. die Januarii.

Pro Petronilla, nutrice Edmundi filii regis, et Agnete, nutrice Beatricis filie regis.—Rex concessit Petronille nutrici [filie *cancelled*] Edmundi filii regis et Clementi Foliot viro suo octo marcas et xx. denarios de ix. marcis et xx. denariis, quos Elena, nutrix regis, percipere consuevit singulis annis per manum vicecomitis Essex' de elemosina regis constituta, habendos eidem Petronille et Clementi toto tempore vite ipsius Petronille. Concessit etiam rex Agneti, nutrici Beatricis filie regis et Bartholomeo de Everl' viro suo illas novem marcas et xx. denarios quos predicta Elena, nutrix regis, percipere consuevit singulis annis per manum vicecomitis Surr' de elemosina regis constituta, et unam marcam de ix. marcis et xx. denariis, quas predicta Elena percipere consuevit per manum vicecomitis Essex' de elemosina regis constituta, habendas eisdem Agneti et Bartholomeo toto tempore vite ipsorum. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictam elemosinam eis habere faciant sicut predictum est. Teste ut supra.

Rex concessit Johanni de Lexinton' [*unfinished*].

De denariis liberandis ad aurum emendum.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod omnes denarios quos recipient ad

1250.

Scaccarium de omnibus veteribus debitis, que Judei Anglie regi debent, et omnes denarios provenientes de Scaccario regis Judeorum, preter quam denarios de tallagio d^{m} marcarum, habere faciant Elie episcopo et Aaron filio Abrahe, Judeis London', ad emendum inde aurum ad opus regis, sicut rex eis injunxit. Et cum rex inde sciverit summam, breve suum de Liberate eis inde habere faciet. Teste ut supra.

Pro Johanne de Lessinton'.—Rex concessit Johanni de Lessinton' quod de bosco suo de Tayden', qui est infra metas foreste regis Essex', claudere possit xxx^{a} acras de bosco illo fossato et haya ; ita tamen quod fere regis libere [possint *cancelled*] intrare possint et exire. Et mandatum est Roberto Passelewe quod id fieri permittat. Teste ut supra. Per ipsum Robertum Passelewe.

De domibus prioris de Wenloc prosternendis.—Quia per judicium curie regis consideratum est quod domus prioris de Wenloc apud Haddelegh, que site sunt infra metas foreste regis de Salopia, prosternantur, mandatum est vicecomiti Salopie quod domos illas sine dilacione prosterni faciat. Teste rege apud Westmonasterium xviij. die Januarii.

[m. 16.] *De una feria apud Romford'.*—Quia rex vult quod una feria teneatur in manerio regis de Rumford' singulis annis per totam septimanam Pentecost', mandatum est vicecomiti Essex' quod feriam illam per totam ballivam suam clamari et ibidem teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro abbate de Loco Sancti Edwardi.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod de vinis regis de prisa que sunt in custodia sua faciant habere abbati de Loco Sancti Edwardi unum dolium vini ad celebracionem divinorum in domo sua, quod rex ei concessit per cartam suam singulis annis percipiendum ibidem, et quod rex per ballivos suos Suhampt' acquietari precepit. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Januarii.

Pro Philippo de Begesour'.—Philippus de Beiesover' finem fecit cum rege pro trangressionibus, propter quas balliva sua de Schirlet', que est infra metas foreste regis de Salopie, capta fuit fuit (*sic*) in manum regis ; et mandatum est Galfrido filio Warini quod de balliva illa cum pertinenciis eidem Philippo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Trublevill'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod si blada seminata in manerio de Balimadum, quod rex commisit Willelmo de Trublevill' pro annuo feodo suo, converti debeant in usus regis, tunc illa dimittat predicto Willelmo pro xij. marcis et dimidia, que restant ei reddende de termino Sancti Michaelis anno etc. xxxiij^{o} de feodo suo predicto. Et si predictum manerium alicui traditum fuerit ad firmam, tunc ei de eadem firma predictos denarios habere faciat, salvis tamen predicto firmario bladis seminatis in predicto manerio [quo predicto Willelmo *cancelled*] usque ad diem quo predicto Willelmo seisinam inde habere fecit ad mandatum regis. Teste ut supra.

1250.

De caio regis Suhampt' et domibus regis reparandis ibidem.—Mandatum est burgensibus [N *cancelled*] Suhampton' quod xl. marcas per quas finem fecerunt cum rege ut rex concederet eis ne haberent maiorem in villa sua, et quas rex assignavit ad reparacionem domorum suarum in castro suo ejusdem ville, sine dilacione habere faciant Hugoni Passelewe ad reparandum cayum regis ibidem, et domos suas predictas ; sciturі quod nisi fecerint, rex mandavit vicecomiti Suhampt' quod, non obstante sua libertate de bonis et catallis suis pecuniam predictam ei habere faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Suhampt' quod non obstante libertate sua etc. ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Avicie de Columbariis, custodi foreste de Cett', quod in predicta foresta faciat habere Paulino Peyvre x. damas et v[que] damos vivos ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xxi. die Januarii.

De tradendo per ballium.—Walterus filius Godefridi Thurkil', captus et detentus in prisona regis Warr' pro morte Henrici atte Hull', unde appellatus est etc, habet breve vicecomiti Warr' quod ponatur per ballium. Nisi etc. Teste etc.

Pro Johanne filio Galfridi.—Quia rex perpendit per inspectionem rotulorum suorum quod concesserat Johanni filio Galfridi scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite, tam de excercitu regis Wasconie quam de Gannoc', in quibus excercitibus fuit cum rege per preceptum suum, mandatum est baronibus de Scaccario quod de sex libris que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de predicto scutagio in comitatu Wyltes' pacem ei habere, et averia sua hac occasione capta eidem deliberari facient. Teste ut supra.

Pro Galfrido Gascelin et Johanna uxore ejus.—Rex reddidit Galfrido Gascelin, qui Johannam primogenitam filiam et unam heredum Walteri de Godarvill' duxit in uxorem, porcionem ipsam Johannam contingentem de terris que fuerunt ipsius Walteri, qui de nobis tenuit in capite ; et similiter porcionem contingentem Margeriam postgenitam filiam et alteram heredum ipsius Walteri, que infra etatem est, concessimus eidem Galfrido, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem ipsius Margerie. Et mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Bed' quod de terris que fuerunt ipsius Walteri in manerio de Sudgivel' eidem Galfrido plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium xxij. die Januarii.

De quercubus datis.—Mandatum est Marmeduc' Dayrel, custodi foreste regis de Gautr', quod in eadem foresta faciat habere P. de Sabaudia l[a] quercus ad maeremium, cum omnibus escaetis suis, ad operacionem castri sui de Richemund, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus capiendis ad capellam regis de Gillingham.—Mandatum est Hugoni Passelewe, custodi foreste regis de Gillingham, quod in eadem foresta capiat per visum forestariorum et viridariorum regis

1250.

xl. quercus ad constructionem capelle regis de Gillingham, quam in manerio nostro ibidem rex fieri precepit. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod in pleno comitatu suo et per assensum tocius comitatus eligi faciat loco Hugonis de Dol, coronatoris regis ejusdem comitatus, qui languidus est, ut dicitur, unum coronatorem qui, prestito sacramento sicut fieri solet, extunc faciat et conservet una cum sociis suis coronatoribus regis ejusdem comitatus ea que ad coronam regis pertinent; et talem eum ad hoc eligi faciat qui melius sciat et velit ad hoc intendere; et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Tybetot.—[Mandatum est *cancelled.*] Rex cepit homagium Roberti de Tybetot, filii et heredis Henrici de Tybetot, qui plene etatis est, et rex reddidit ei omnes terras quas predictus Henricus pater ejus tenuit de rege in capite. Et mandatum est Henrico de Wengham, et coescaetori suo in comitatu Essex' quod eidem Roberto de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Henrici, de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, sine dilacione plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium xxiij. die Januarii.

Pro Willelmo de Fortibus, comite Albemarl'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Essex' quod Willelmo de Fortibus, comiti Albe Marl', plenam seisinam habere faciat de manerio de Borlegh', quod Hugo de Vivon' tenuit de predicto comite ad terminum vite sue, qui preteriit, et quod ad ipsum comitem reverti debet per mortem predicti Hugonis, sicut coram rege consideratum est. Teste ut supra.

De execucione Roberti de Escales.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Norff', Suff' et Kanc' quod permittant executores testamenti Roberti de Escales liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti Roberti, ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab eis securitate quod regi satisfacient de debitis, si in aliquibus regi tenebatur. Teste ut supra.

Pro Anselmo de Gurnay et Sibilla uxore ejus.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Suff' quod de manerio de Clopton' cum pertinenciis Anselmo de Gurnay et Sibille uxori ejus, vel ipsorum attornato, tamquam de maritagio ipsius Sibille, plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis de Lenn' quod plenam et celerem justiciam exhiberi faciant Petro de Camera, civi regis Burdegale, quod catalla mercatorum de Scocia [*unfinished*].

Pro mercatoribus de Scocia.—Quia justiciarius de Loones' manucepit coram rege quod plenam et celerem justiciam exhiberi faciet Petro de Camera, civi regis Burdegale, de debitis que ei debentur in Scocia, mandatum est ballivis de Lenn' quod catalla mercatorum

1250.

de Scocia arestata per preceptum regis in portu regis de Lenn' occasione predictorum debitorum, deliberari faciant. Teste ut supra.

De capriolis et damis capiendis et cariandis.—Rex mittit ad forestam suam de Chette Robertum de Edmundestorp' et Hugonem le Franceys ad capiendum ad opus regis in eadem foresta quatuor capriolos et decem damas crassas. Et mandatum est Avicie de Columbariis, custodi predicte foreste, quod ipsos ad hoc admittat, et cum dictam venacionem ceperint, illam usque Westmonasterium cariari faciat. Et rex de custo ibidem ei satisfieri faciet. Teste rege apud Westmonasterium xxv. die Januarii.

Pro Roberto Hakun.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Norf' fieri precepit, quod terra que fuit Johannis le Bretun in Magna Meuton', qui abjuravit regnum Anglie propter feloniam, extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod idem Johannes terram illam tenuit de Roberto Hakun, mandatum est vicecomiti Norf' quod de prefata terra predicto Roberto plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste [Willelmo de Norhampt', custodi foreste sue in comitatu Norhampt', *cancelled*], quod in parco regis de Bricstok', ubi ad minus detrimentum ejusdem parci capi possint, faciat habere priori de Lenton' quinque quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra, apud Westmonasterium xvij die Januarii. [*Cancelled* :—] *Quia postea emendatum fuit, ut patet inferius.*

Reginaldus de Watervill', captus et detentus in prisona Norht' pro morte Rogeri Patun, unde appellatus est, habet litteras regis vicecomiti Norht' quod ponatur per ballium, sine Nisi. Teste ut supra.

Pro Waltero de Clifford'.—Quia rex bene recolit quod preceperat vicecomiti Buk' quod distringeret per terras et catalla Walterum de Clifford' ad veniendum et respondendum in curia regis super quibusdam transgressionibus ei inpositis, et quia [non *cancelled*] venit paratus respondere in curia regis, mandatum est vicecomiti Buk' quod de predictis terris captis in manum regis et catallis plenam seisinam et restitucionem ei habere faciat. Teste ut supra.

Pro Rogero le Bigod', comite Norf'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit per vicecomitem Norf' quod unum mesuagium, lxvij. acre terre cum pertinenciis in Hethull', que fuerunt Johannis Britonis, qui abjuravit regnum Anglie pro felonia, extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod ea tenuit de Rogero le Bigod, comite Norf' et marescallo Anglie ; mandatum est eidem vicecomiti quod de predictis mesuagiis (*sic*) et terra plenam seisinam eidem comiti habere faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto Passelewe quod in foresta regis de Wauberge faciat habere R. de Quency, comiti Wintonie, duos

1250.

damos et decem damas vivas, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xxviij. die Januarii.

Pro Guidone Pipard'.—Rex concessit Guidoni Pipard' quod quamdiu fuerit de familia R. de Quency, comitis Wintonie, non ponatur in assisis, juratis vel recognicionibus aliquibus; et mandatum est vicecomiti Wigorn' quod libertatem illam eum habere permittat. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum et ballivis regis Bedeford' quod in plena curia sua et per assensum ejusdem curie eligi faciant, loco Walteri Correye, quondam coronatoris regis ville sue, qui mortuus est, unum alium coronatorem, qui prestito sacramento sicut fieri solet, ex tunc faciat etc. Teste ut supra.

De protectione conversorum Lond'.—Mandatum est Johanni de Gisorz quod una cum abbate Westmonasteriensi manuteneant, protegant et defendant homines terras, res, redditus et omnes possessiones Conversorum in civitate Lond', non permittentes ipsos ab aliquibus super premissis contra justiciam molestari. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Leyc'.—Mandatum est Johanni de Sumercotes et Rogero Scissori quod si Radulfus de Leyc' non habuerit robam suam de festo Pentecostes anno etc. xxxiij°, eam ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro Roberto filio Reginaldi de soca de Geytinton'.—Quia Robertus de Maris concessit quod Robertus filius Reginaldi teneat de eo dimidiam virgatam terre cum pertinenciis, quam Reginaldus pater ejus tenuit de dominico regis de Riston' in soca manerii de Geyntinton' per easdem consuetudines per quas eandem terram de rege tenuit, mandatum est vicecomiti Norht' quod de prefata dimidia virgata terre eidem Roberto filio Reginaldi plenam seisinam habere faciat; dum tamen inde eidem Roberto de Maris sit respondens de omnibus consuetudinibus de quibus regi responderet, si prefatam terram de rege teneret. Teste rege apud Westmonasterium xxix. die Januarii.

Pro custode hospitalis de Berkel'.—Mandatum est custodi foreste regis de Den' quod permittat custodem hospitalis de Berkel' extrahere quinque quercus, quas J. de Plessetis, comes Warr', ei dedit in bosco suo de Lideneye, ad operaciones ejusdem hospitalis, sine occasione cheminagii, ita quod quercus ille extrahantur ab eadem foresta infra xv. dies post xv. Pasche. Teste rege apud Westmonasterium xxx. die Januarii.

De mercato tenendo apud Brumesgrava.—Rex vult quod unum mercatum teneatur singulis septimanis apud manerium regis de Brumesgrave per diem Martis; et mandatum est vicecomiti Wygornie quod mercatum illud per totam ballivam suam clamari et ibidem teneri faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Galfrido Gascelin et uxore ejus.—Rex reddidit Galfrido Gascelin, qui Johannam primogenitam filiam et unam heredum Walteri de

1250. Godarvill' duxit in uxorem, porcionem ipsam Johannam contingentem de terris que fuerunt ipsius Walteri, quas de rege tenuit in capite in comitatibus predictis, et porcionem de eisdem terris contingentem Margeriam postgenitam filiam et alteram heredum ipsius Walteri, que infra etatem est, concessit eidem Galfrido, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem ipsius Margerie. Et mandatum est Henrico de Wengham quod de terris que fuerunt ipsius Walteri in comitatibus predictis eidem Galfrido plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro executoribus Petri de Geneve.—Mandatum est J. de Grey, justiciario Cestrie, quod si Robertus le Mercer recognoscat quod tenebatur Petro de Geneve in xxiiij. libris, tunc ipsum distringat ad predictas xxiiij. libras executoribus testamenti ipsius Petri sine dilacione reddendas. Teste ut supra.

Pro ballivis S. de Monte Forti, comitis Leyc'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod per sacramentum proborum et legalium hominum, per quos etc. diligenter inquirat ad quorum manus bona que fuerunt in caretta dilecti et fidelis nostri Simonis de Monte Forti, comitis Leyc', cujus carette, equi, et quidam homo nuper prope Derking' submersi fuerunt, devenerunt; et omnia bona illa, in quorumcumque manibus inveniantur, liberari faciat per racionabile precium ballivis prefati comitis, ad respondendum inde coram justiciariis ad primam assisam cum in partes illas venerint. Teste ut supra.

Pro Reginaldo filio Petri.—Quia Reginaldus filius Petri liberavit regi unum cervum, quem cepit in foresta regis de Fekenham circa festum Nativitatis Beate Marie anno preterito, mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Wygornie, quod ipsum propter hoc non occasionent. Teste rege apud Westmonasterium iiij. die Februarii.

Pro Eycardo de Terreford'.—Rex concessit Eycardo de Terreford' quod de xl. doliis vini, que habet in navi Alex' Pomel de la Rye, quietus sit hac vice de prisa regis, salva tamen regi debita prisa sua de doliis duobus de vinis in eadem navi existentibus. Et mandatum est Ernaldo Geraudon quod ipsum inde quietum esse faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Lascell' de Oteringham.—Mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Eboraci quod Willelmo de Lascell' de Oteringham de terra sua in Hauseye, que dicitur esse de socagio de Sneyt, et quam ceperunt in manum regis eo quod credebatur esse de serjantia regis, plenam seisinam rehabere faciant; ita tamen quod inde respondeat, si quis habeat jus in terra ipsa. Teste ut supra.

Pro abbate Sancti Januarii.—Rex ad instanciam domini pape concessit abbati Sancti Januarii Vercellensis quod per tres annos sequentes percipiat proventus ecclesie de Cestreton', que est in comitatu

1250.

Cantebr', et quam abbas et conventus Sancti Andree Vercellensis habent de dono regis. Et mandatum est vicecomiti Cantebr' quod predictum abbatem Sancti Januarii, vel ejus procuratorem, permittat percipere predictos proventus, sicut predictum est. Teste ut supra.

De debito Willelmi de Valencia.—Mandatum est ballivis Bristolli quod per sacramentum proborum et legalium hominum de villa Bristolli, qui nulla affinitate attingant Thome le Lung', qui non est sane mentis, ut dicitur, diligenter inquirant quantitatem debiti in qua predictus Thomas tenetur Willelmo de Valencia. Et si in recepcione presencium factus fuerit compos mentis sue, ad debitum in quo dicto Willelmo tenetur per dictam inquisicionem certo attornato suo vel sibi ipsi sine dilacione distringant, si debitum illud recognoverit : si vero non fuerit compos sui, faciat ei habere seisinam de catallis suis usque ad quantitatem predicti debiti. Teste ut supra.

[m. 15.] *De capriolis datis R. comiti Cornubie.*—Mandatum est Roberto Passelewe quod habere faciat R. comiti Cornubie x. capriolos vivos in foresta de Whicchewod', de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium v. die Februarii.

De grisia petra carianda.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod omnes illos de balliva sua, qui petram grisiam habent ad vendendum, distringat ad petram illam cariandam usque Westmonasterium ad operaciones nostras ibidem inde faciendas. Et rex de precio venditoribus illius petre ibidem satisfieri faciet. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Wytsand'.—Mandatum est B. de Crioll' quod illas tres naves quas Willelmus de Whitsand' emit in villa Dovor' sine impedimento permittat ipsum Willelmum abducere quo voluerit. Teste ut supra.

Pro Ada de Eston', clerico regis.—Quia Adam de Eston', clericus de cancellaria regis, in festo Pentecostes preterite fuit de licencia regis in partibus transmarinis, et non habuit tunc robam suam, mandatum est Johanni de Sumercotes et Rogero Scissori quod eam ei habere faciant, sicut eam alias habere consuevit. Teste rege apud Westmonasterium vij. die Februarii.

De compoto Johannis de Gatesden'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod sine more dispendio recipiant compotum Johannis de Gatesden' de tempore quo ipse et Robertus de Firles habuerunt honorem de Aquila de rege ad firmam ; ita quod predictus Johannes respondeat regi ad Scaccarium de porcione firme predicte ipsum contingente. Teste ut supra.

Pro hominibus regis Cestrie.—Rex justiciario suo Cestrie, salutem. Accepimus per viros fidedignos, et quorum veritati firmiter credimus, quod Rannulfus, quondam comes Cestrie, et homines sui de Cestria continue usque ad mortem ipsius comitis fuerunt in seisina commune pasture marisci de Salteneya. Et quia nolumus sicut nec velle debemus exheredari de communa predicta, vobis mandamus quod

1250.

nos et predictos homines nostros teneatis in seisina predicte commune, non permittentes quod aliquid nobis vel predictis hominibus nostris depereat in hac parte, ita quod iteratum clamorem inde non audiamus pro defectu vestri (*sic*). Teste ut supra.

Pro Abraham de Berchamsted', Judeo.—Rex recepit Abraham [Aaron *cancelled*] de Berchamsted', Judeum, in plenam graciam suam, et ei remisit indignacionem quam erga ipsum concepit. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum ad negocia regis coram eis expedienda admittant, et favorem et graciam ei inpendant. Teste ut supra.

De assensu eleccionis de Burgo.—Rex eleccioni facte de fratre Johanne, quondam priore Sancti Swittuni Wintonie, in abbatem Sancti Petri de Burgo regium adhibuit assensum et favorem; et mandatum est Roberto Passelewe, custodi predicte abbacie, quod de predicta abbacia et de omnibus terris et possessionibus ad predictam abbaciam spectantibus plenam ei seisinam habere faciat. Teste rege apud Windes' viij. die Februarii.

Et mandatum est omnibus militibus et omnibus aliis tenentibus de predicta abbacia quod eidem Johanni tamquam domino suo decetero intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Pro Johanne de Hertford' hospitalario.—Mandatum est [B.] de Crioll', constabulario Dovor', quod fratrem Johannem de Hertford', hospitalarium, quem facit teneri apud Dovor', sicut rex audivit, et qui venit ad partes istas ex parte magistri domus hospitalis in partibus Jerusalem, ut loquatur priori ipsius hospitalis in Anglia, si perpenderit quod sit Anglicus, permittat ipsum libere abire ad loquendum cum eodem priore. Teste ut supra.

Pro Petro Abusun.—Mandatum est vicecomiti Stafford' quod per sacramentum proborum et legalium hominum estimari faciat bladum et animalia, que fuerunt Willelmi de Plessetis in prebenda sua de Bruges, quam rex contulit Petro Abuzun, consanguineo suo, et bladum illud et animalia illa per eandem estimacionem ad quam estimata fuerint eidem Petro liberari faciat; et estimacionem illam regi scire faciat sub sigillo suo. Teste ut supra.

De lampredis emendis ad opus regis.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod per visum Hurtaldi, servientis regis, quem rex mittit ad partes Glouc', emi faciat omnes lampredas, alosas et salmones, quos invenire poterit in balliva sua, ad opus regis, ad regem vicissim mittendos sicut eos inveniri continget; et cum rex sciverit custum, quod ad hoc posuerit, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Wind' ix. die Februarii.

Eodem modo mandatum est ballivis regis Glouc' et ballivis de Newenham de eodem. Teste ut supra.

De allece regis carianda.—Mandatum est preceptori Novi Templi Lond' quod de allece illo quod est in deposito in domo sua predicta liberet Simoni Hurtaud et Rogero de Lardario decem lesta carianda

1250.

quo rex eis injunxit; et residuum illius allecis remaneat ibidem ad elemosinas regis inde faciendas. Teste rege apud Wyndes' ix. die Februarii.

De campanis faciendis.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod per Magistrum Johannem de Seynt' fieri faciat de metallo quod remansit de magna campana Westmonasterii, quatuor campanas ponendas in capella castri de Windes', videlicet duas similes illis que sunt in capella regis Sancti Stephani Westmonasterii, et alias duas secundum quod supprior Westmonasterii ei dicet ex parte regis. Teste rege apud Wyndes' xj. die Februarii.

Pro abbate et conventu Westmonasterii.—Rex concessit abbati et conventui Westmonasterii per cartam suam amerciamenta hominum suorum ubicumque amerciati fuerint. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod eisdem abbati et conventui faciant habere amerciamenta hominum suorum de ultimo itinere justiciariorum regis ad placita foreste in comitatibus Glouc', Wygornie et Rotel'. Teste ut supra.

De prestito vini.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Wautham quod remanens vini quod remansit in dolio, quod Willelmus de Valencia, frater regis, cepit, habere faciant Roberto Passelewe, archidiacono Lewensi, de prestito. Teste ut supra.

Pro Galfrido Gascelin.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Wyltes' quod de omnibus terris et tenementis de quibus Walterus de Godarvill' fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, et que Johannam filiam et heredem ipsius Walteri, uxorem Galfridi Gascelin, jure contingunt hereditario, ipsi Galfrido plenam seisinam habere faciant, salvis tamen dominis tenementorum illorum, que de aliis quam de rege tenebantur, racionabilibus releviis de tenementis feodorum suorum. Teste rege apud Windes' xiiij. die Februarii.

Pro sororibus leprosis Windes'.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod faciat habere fratri Roberto, elemosinario regine, unam cuppam precii quinque marcarum, et unum calicem ponderis xx. solidorum, ad opus sororum leprosarum de hospitali de Windes', de dono regis. Et rex precium eorundem cuppe et calicis reddi faciet. Teste ut supra.

De quercubus liberandis ad domos regis Wintonie.—Mandatum est custodi foreste de Porecestria quod in eadem foresta faciat habere Magistro Gerardo, carpentario regis, xl. quercus ad reparacionem domorum in castro regis Wintonie. Teste ut supra.

Mandatum est Avicie de Columbariis, custodi foreste de Chett', quod in eadem foresta faciat habere Magistro Gerardo, carpentario regis, xl. quercus ad reparacionem domorum in castro regis Wintonie. Teste ut supra.

De vestimento et calice mittendo usque Windes'.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod ad capellam regis Windes' de

serviendam venire faciat ibidem unam albam, et amictum cum paruris breudatis, et unam infulam de samitto, et unum calicem argenteum decentem et deauratum. Teste ut supra.

De roboribus vendendis et domibus in parco regis et operacionibus Windes' reparandis.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod omnia vetera robora et omnes stipites in parco regis de Windes' vendi faciat ad comodum regis; et de denariis inde provenientibus, et similiter de denariis provenientibus de exitibus ballive sue, reparari faciat domos regis in parco predicto, et sepem circa eundem parcum, per visum et testimonium legalium hominum; et totum residuum predictorum exituum liberari faciat decetero custodibus operacionum regis Windes', ad easdem operaciones inde faciendas. Et cum rex sciverit quantum eis liberaverit, et quantum posuerit circa reparacionem predictarum domorum et sepis predicti parci regis, rex ei in exitibus predictis faciet allocari. Teste ut supra.

De quieta clamacione annui feodi Almavini de Vareys.—Almavinus de Vareys remisit regi annuum feodum suum l[a] marcarum pro decem marcis terre sterlingorum in castellaria de Muntferant; et mandatum est S. de Monte Forti, comiti Leyc', quod litteras patentes eidem Almavino inde confectas penes se retineat. Teste rege apud Wind' ut supra.

De dote Roesie uxoris Viviani de Standon'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Stafford' quod de omnibus terris et tenementis que Vivianus de Standon' tenuit de rege in capite in comitatu predicto, et sunt in custodia sua, Roesie que fuit uxor ipsius Viviani racionabilem dotem assignari faciant. Teste rege apud Rading' xvj. die Februarii.

Pro Reginaldo filio Petri.—Reginaldus filius Petri solvit regi apud Rading', die Mercurii proxima post Cineres unum falconem gentilem de duobus falconibus qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de debito Petri filii Hereberti, patris sui; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum de predicto falcone quietum esse faciant, et districtionem decetero non faciant nisi pro uno falcone. Teste rege apud Rading' xvj. die Februarii.

De ponendo per ballium.—Walterus de Snipston', captus et detentus in prisona regis Warr' pro morte Thome filii Leticie de Tuttibur', unde ipsa Leticia eum appellat, habet breve vicecomiti Leic' quod ponatur per ballium. Teste ut supra. Nisi etc.

Henricus de Schoford, captus et detentus in prisona Cantuariensis archiepiscopi de Meydnestan' pro morte Ricardi de Capella, unde rettatus est, habet breve vicecomiti Kancie quod ponatur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

Pro Jacobo episcopo, Judeo.—Rex, pro grato obsequio Jacobi Le Vesk, Judei, quod tam regi quam regine impendit, dedit eidem Jacobo xx. libras que regi a subscriptis debentur, videlicet [de] Johanne de Stanford' iiij. libras, de debito Meyr filii Salomonis; de Rolando

1250.

de Acsted' xl. solidos, de debito Manasser filii Joscei; [de Sibilla Giffard xiij. marcas, de debito Leonis de Melkestret' *cancelled*]; de Henrico Kassh' vij. marcas, de debito Mirabil' de Glouc'; de Gilberto de Montibus quatuor libras, de debito Mossei Pete; de Bassena, que fuit uxor Vives, octo [iiij^or^ *cancelled*] marcas, de relevio de termino Sancti Michaelis, anno etc. xxxiij° de termino Pasche proximo sequentis. Et mandatum est baronibus de Scaccario et justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quod eidem Jacobo dictas xx. libras habere, et cartas de predictis debitis confectas, que sunt in thesauro regis, liberari faciant. Teste rege apud Rading' xix. die Februarii.

De ponendo per ballium.—Thomas de Suinburn' et Robertus le Taylur, capti et detenti in prisona regis Wintonie pro morte cujusdam hominis extranei de Wallia interfecti extra Wintoniam, unde rettati sunt, habent litteras regis vicecomiti Suht' quod ponantur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

Pro Johanne de Carum.—Quia terra Johannis de Karum, que est vadium Elye episcopi, Judei London', non excedit valorem xj. marcarum viij. solidorum et ix. denariorum, secundum extentam quam rex inde fieri fecit, concessit eidem Johanni quod de debito in quo predicto Judeo tenetur, reddat ei per annum sex marcas, videlicet tres marcas in octabis Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij., et tres marcas in Octabis Pasche proximo sequentis; et sic de anno in annum ad eosdem terminos sex marcas, donec debitum in quo predicto Judeo tenetur ei persolvatur. Et mandatum est baronibus et justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod eidem Johanni eosdem terminos habere, et sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Rading' xxj. die Februarii.

[*In margin.*] *Memorandum quod hic recessit J. de Lexinton' de curia, et commissum fuit sigillum Petro de Rivall' et Magistro W. de Kilkenny.*

De vinis cariandis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhampt' quod xvij. dolia et tria dolia vini, per que Reymundus Narbun finem fecit cum rege pro transgressione, liberent ballivis regis de Suhampton', carianda usque Rading'. Teste rege apud Rading' xxvj. die Februarii.

Mandatum est Ernaldo Geraudun', camerario Lond', quod capiat ad opus regis Lond' xl. dolia vini, et ea liberet vicecomitibus London', carianda usque Westmonasterium. Teste ut supra.

Pro Mateleona que fuit uxor Alexandri de Nevill'.—Mandatum est Ricardo Alencun quod de terris et tenementis que fuerunt Alexandri de Nevill', Mateleone que fuit uxor ipsius Alexandri racionabilem dotem faciat assignari; quod nisi fecerit, rex per vicecomites Linc' et Ebor' ei faciet assignari. [Teste ut supra *cancelled.*] Et quod eidem Mateleone faciat habere recompensacionem omnium dampnorum que ipsa sustinuit, eo quod non fuit dotata sicut tenebatur statim post finem xl. dierum a tempore mortis predicti Alexandri, quondam viri sui. Teste rege apud Westmonasterium tercio die Marcii.

1250.

[*In margin.*] *Hic reversus est.*

Pro Willelmo filio Roberti de Bukenham et aliis.—Quia rex accepit per inquisicionem quam a vicecomite Norf' fieri precepit, quod due acre terre cum pertinenciis in Carleton', et due acre terre cum pertinenciis in Magna Meauton', que fuerunt Johannis le Bretun, qui abjuravit regnum Anglie pro felonia quam fecit, extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod predictas duas acras terre in Carleton' tenuit de Willelmo filio Roberti de Bukenham', et predictas duas acras terre in Magna Meauton' tenuit de priore hospitalis Sancte Marie Magdalene extra Norwicum, mandatum est predicto vicecomiti quod predicto Willelmo de predictis duabus acris terre in Carleton' et predicto priori de predictis duabus acris terre in Magna Meauton' plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra

Pro burgensibus Cantebr'.—Quia testificatum est coram rege per custodem garderobe regis quod burgenses regis Cantebr' solverunt regi in eadem garderoba xx. marcas pro transgressione, et xv. marcas quas regi promiserunt de dono, pro quibus ipsos burgenses nuper per vicecomitem Cantebrug' distringi precepit, mandatum est eidem vicecomiti quod ipsos burgenses pro predictis denariis decetero non distringat; et averia sua hac occasione capta eis deliberet. Teste rege apud Westmonasterium v^to^ die Marcii.

Pro Matheo Bezill' et Beatrice uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Bedef' quod non permittat quod Saerus de Wahull' faciat vastum, vendicionem vel exilium de bosco suo de Wahull', quominus Matheus Bezill' et Beatrix uxor ejus habere possint racionabile estoverium suum in eodem bosco quod habere debent et solent, tamquam pertinens ad liberum tenementum suum, quod tenent in dotem ipsius Beatricis in eadem villa; et ita se habeat in hoc mandato regis exequendo, ne pro defectu sui ad eum rex graviter se capere debeat. Teste ut supra.

Pro Willelmo le Moyne.—Quia Willelmus le Moyne quietus est de sectis comitatuum et hundredorum, ita quod nunquam consuevit participare cum aliis de comitatu Wyltes' in communibus finibus ejusdem comitatus, vel amerciamentis factis coram justiciariis itinerantibus pro falso judicio, ut dicitur, mandatum est vicecomiti Wyltes' quod ipsum Willelmum non distringat ad contribuendum vel participandum cum aliis de comitatu predicto in communibus finibus vel amerciamentis aliter quam facere debet et facere consuevit. Teste ut supra.

Pro priore de Alnesburn' et aliis de anno regis.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit quod Johannes le Bretun, utlagatus pro pace regis fracta, tenuit duas acras terre de priore de Alnesburn', tres acras de Eustachio de Curzun, unam acram de Eglentina de Tweyt, et unam acram terre de Roberto de Herwic', et quod terre ille extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, mandatum est vicecomiti Norf' quod predictis priori, Eustachio, Eglentine, et

1250.

Roberto, de predictis terris, que de eis tenebantur, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De falsariis monete capiendis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod Ricardum Prudechapman et Aliciam uxorem ejus, captos pro falsa moneta, quos ballivi Thome de Clare ei liberabunt, ab eis recipiat et in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium v. die Marcii.

De honore Peverel comisso in comitatu Bed'.—Quia rex commisit Roberto le Vavasur custodiam honoris de Peverell', mandatum est vicecomiti Bed' quod de terris vel tenementis in Tyulesworth', que sunt de predicto honore, nullatenus se intromittat. Teste ut supra.

Pro abbate et conventu de Falley (sic).—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste regis, quod permittat abbatem et conventum de Flaxley habere forgiam suam in foresta de Den', donec aliud inde rex ei mandaverit, sicut predecessores sui temporibus suis eam habere consueverunt in eadem foresta ; et quamcito ad partes illas venerit, forgiam illam videat, et regi certificet in proximo adventu suo ad ☛ regem utrum sit ad nocumentum foreste vel non ; et si sit ad nocumentum, ad quod nocumentum, et quantum. Teste ut supra.

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Wautham quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Roberto Passelewe, archidiacono Lewensi, unum dolium de prestito. Teste ut supra.

De denariis liberandis ad empciones regis faciendas apud Stanford'.—Mandatum est custodibus nundinarum de Stanford' et ballivis suis de Stanford' quod faciant habere Johanni de Sumercotes et Rogero Scissori omnes exitus provenientes de eisdem nundinis ad regem pertinentes, de instanti anno etc. xxxiiij^{to}, et firmam ville sue de termino Pasche anno eodem, ad empciones regis inde faciendas in nundinis predictis. Et cum rex sciverit quantum eis liberaverint, rex eis inde breve suum de Allocate habere faciet. Teste ut supra.

Pro Roberto de Linton' et Thoma de Dovor'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod pannos Roberti de Linton' et Thome de Dovor', quos arestari fecit in villa Roffe, eis sine dilacione deliberes (*sic*), nisi de jure et secundum consuetudinem Anglie fuerint arestati. Teste ut supra.

Pro Johanna que fuit uxor Jacobi Hose et aliis.—Cum Henricus de Wengham et coescaetores sui in comitatibus Sumerset' et Wyltes' [quod *cancelled*] occasione septem libratarum redditus in Chippeham, quos rex concesserat Jacobo Hose, tenendos ad vitam suam de ballio regis, ceperint in manum regis terras quas de aliis tenuit in comitatibus predictis post mortem ipsius Jacobi, mandatum est eidem H. et coescaetoribus suis in comitatibus predictis quod tam dominis feodorum, de quibus idem Jacobus terras illas tenuit, quam Johanne que fuit uxor ipsius Jacobi, secundum porcionem singulos ipsorum de jure

1250.

contingentem de eisdem terris plenam seisinam habere faciant usque ad legitimam etatem heredis predicti Jacobi, salvis regi exitibus predictarum terrarum de tempore quo fuerunt in manu regis. Teste ut supra apud Westmonasterium viij. die Marcii.

Pro abbatissa Wintonie.—Abbatissa Wintonie liberavit in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Lune proxima post mediam xl^am^ apud Westmonasterium xxv. marcas per manum Walteri Ballard, videlicet x. libras ad quas villata de Erchefunt' fuit amerciata quia non fuit prosecuta utesium, et x. marcas ad quas Ricardus, serviens ejusdem abbatisse, de predicto manerio de Erchefunt' amerciatus fuit pro transgressione. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod tam ipsam abbatissam quam predictum Ricardum de predictis denariis quietos esse faciant. Teste ut supra.

Pro villata Norhampt'.—Johannes Sampson solvit in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Lune proxima post mediam xl^am^ apud Westmonasterium x. marcas ad quas villata Norhampt' fuit amerciata pro transgressione. Et mandatum est baronibus [et] vicecomiti Norhampt' etc. quod ipsam villam inde quietam esse faciant. Teste ut supra.

[m. 14.] *De probatoribus et apellatis ducendis usque Hertford'.*—Mandatum est abbati de Sancto Albano quod Hewe de Hacton' et Walterum de Tynemuth', probatores, quos habet in prisona sua de Sancto Albano, et omnes illos quos iidem probatores appellant venire faciat usque Hertford' coram P. de Tany et Laurencio de Brok', quos rex constituit justiciarios suos ad gaiolam de Hertford' deliberandam ad diem [et locum *cancelled*] quem iidem P. et Laurencius ei scire facient. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Marcii.

De prisonibus liberandis ballivis Cantuariensis archiepiscopi.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod Ricardum Prudechapman et Aliciam uxorem ejus, captos per ballivos Thome de Clara pro falsa moneta, et quos rex ab eisdem ballivis per ipsum vicecomitem recipi et in prisona regis salvo custodiri preceperat, liberet ballivis venerabilis patris B. Cantuariensis archiepiscopi in prisona ipsius salvo custodiendos, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Sancto Albino, mercatore vinorum.—Rex ad instanciam Willelmi de Valencia concessit Willelmo de Sancto Albino, mercatori Burdegale, quod hac vice quietus sit de omnimoda prisa de l. doliis vini, que habet Lond' ad vendendum. Et mandatum est Ernaldo Geraudun' quod ipsum de prisa illa quietum esse permittat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De tallagio villate Oxonie colligendo.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod percolligi faciat tallagium assessum super villatam Oxonie per manus eorum qui tallagium prefatum colligere inceperunt. Teste ut supra.

Pro hominibus hundredi de Merden'.—Quia datum est regi intelligi quod homines hundredi de Merden' separatim per se respondere

1250.

solent coram justiciariis nostris itinerantibus tam de misericordiis quam tallagiis et aliis, et non cum hundredo de Middeltun', mandatum est Ricardo de Ponte, baillivo hundredi de Middeltun', quod prefatos homines de Merden' sic teneri faciat, quia rex hoc comodo suo credit couvenire. Teste ut supra.

Pro Galfrido Gascelin.—Rex dilecto et fideli suo Stephano Lungesp', salutem. Mandamus vobis quod sine dilacione nuncio dilecti et fidelis nostri Galfridi Gacelin, latori presentium, liberetis Margeriam filiam et unam heredum Walteri de Godarvill', cujus custodiam et maritagium eidem Galfrido dedimus, ita quod idem nuncius eandem Margeriam salvo et honeste ducat ad eundem Galfridum in Anglia. Teste ut supra.

Pro Benedicto Gernet.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per Thomam de Stanford' et coescaetorem suum in comitatu Lanc' fieri fecit, quod Johannes Gernet tenuit de Ricardo filio et herede Johannis de Thornhull', qui fuit in custodia nostra, duas bovatas terre cum pertinenciis in Thistelton', et quod Benedictus Gernet, frater ejus, propinquior heres est ipsius Johannis Gernet, mandatum est predictis Thome et coescaetori suo in comitatu predicto quod de predicta terra predicto Benedicto plenam seisinam habere faciant, et de una marca ad quam extenta fuit terra illa, dum fuit in manu regis, et quam marcam ab eo exigunt racione extente predicte, ipsum Benedictum quietum esse permittant. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Marcii.

Pro burgensibus Oxonie.—Burgenses Oxonie liberaverunt in garderoba regis per preceptum suum quater xx. marcas quas regi debebant pro pluribus transgressionibus, et pro villa sua capta in manum regis rehabenda. [Teste ut supra *cancelled.*] Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ipsos inde quietos esse permittat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est baronibus de Scaccario pro eisdem burgensibus pro predictis denariis. Teste ut supra.

De assensu electionis facte.—Rex J. filio Galfridi, justiciario suo Hibernie, salutem. Sciatis quod electioni facte de Magistro Henrico, archidiacono Waterford', in episcopum ejusdem loci, regium assensum adhibuimus et favorem. Et ideo vobis mandamus quod post ipsius confirmacionem, accepta ab eodem electo fidelitate ex parte regis, de omnibus terris et tenementis, que ad predictum episcopatum pertinent, eidem electo plenam seisinam habere faciatis; firmiter autem vobis inhibemus ne in vacacionibus archiepiscopatuum, episcopatuum, seu decanatuum, nobis irrequisitis, licenciam eligendi concedatis. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Marcii.

De ponendo per ballium.—Willelmus le Pestur de Sutton', captus et detentus in prisona Exonie pro morte Thome Chauk de Sutton', unde apellatus est, habet litteras regis vicecomiti Devonie, quod ponatur per ballium. Nisi etc.

1250.

Pro Alicia, conversa Lond'.—Mandatum est custodi conversorum Lond' quod Aliciam conversam, latricem presencium, in domo Conversorum regis Lond' admittat, et ei sicut uni ex ceteris conversis regis necessaria inveniri faciat. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Reginaldus Duning', captus et detentus in prisona Wintonie pro morte Emme Stred', habet literas regis vicecomiti Suht' quod ponatur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

De deodanda regis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod deodanda que ad regem pertinet de molendino Walteri le Mouner in Oxonia, in quo Stephanus, serviens Emme Abbotess' (*sic*), per infortunium fuit interfectus, ut dicitur, apreciari faciat per sacramentum proborum et legalium hominum, et deodanda illa (*sic*) cum molendino illo eidem Waltero rehabere faciat usque ad proximum adventum justiciariorum regis ad partes illas. Et Johannem le Mouner et Robertum de Gersedon', qui occasione mortis ipsius Stephani sunt arestati, tradat per plevinam usque ad adventum predictorum justiciariorum; et habeat ibi hoc breve. Teste ut supra.

Pro abbate Fiscann'.—Mandatum est custodi portus de Winches' quod navem illam, quam ballivus Fiscann' carcari fecit maeremio capto in parco abbatis Fiscann' de Brede ad mittendum ad abbaciam suam, deliberari faciat sine mora. Teste ut supra.

Pro Mateleona uxore Alexandri de Nevill'.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Linc' quod faciant habere Mateleone que fuit uxor Alexandri de Nevill' terciam partem omnium catallorum que fuerint ejusdem Alexandri, quondam viri sui, accepta tamen ab ea securitate quod regi respondebit de catallis illis, si forte rex melius velit se capere ad catalla illa quam ad heredes ipsius Alexandri pro debito, si in aliquo idem Alexander regi tenebatur. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Marcii.

Eodem modo mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Eboraci.

De capriolis et brokettis capiendis.—Rex mittit Willelmum Fige ad capiendum quatuor vel quinque capriolos in balliva custodis foreste de Papholte; et mandatum est predicto custodi quod ipsum ad hoc admittat, et ei ad eas capiendas sit in auxilium. Teste ut supra.

Rex mittit eundem Willelmum ad forestam de Aschle, ad capiendum tres capriolos et quinque brockettos in eadem; et mandatum est custodi ejusdem foreste quod ipsum ad hoc admittat, et sit ei ad hoc in auxilium. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in Nova Foresta regis faciat habere Willelmo de Chaboneys, valetto regis, x. quercus ad maeremium faciendum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Thoma et Waltero filiis Viviani de Standon'.—Monstravit regi Thomas filius Viviani de Standon' quod idem Vivianus, sibi et

1250.

Waltero fratri ejus, legavit custodiam terre que fuit Ade de Mutton' in Mutton' et Rugge, quam post mortem ipsius Viviani H. de Wengham et coescaetor suus in comitatu Stafford' cepit (*sic*) in manum regis, ut dicitur, una cum terris quas idem Vivianus tenuit de rege in capite; et mandatum est predicto H. et coescaetori suo in comitatu predicto quod, si ita est, eisdem Thome et Waltero de predicta custodia plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Marcii.

Pro Johanne de Nevill'.—Rex cepit homagium Johannis de Nevill' de omnibus terris et tenementis que Jollanus, frater ejus, de rege tenuit in capite; et mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Eboraci quod ipsum Johannem non inpediant quominus habere possit seisinam de aliis terris quas ceperunt in manum regis, de quibus Jollanus prefatus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit. Teste ut supra.

Pro abbate Cestrie.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit quod nullus comitum Cestrie tempore vacacionis abbacie Cestrie aliquid de exitibus ejusdem abbacie percipere consuevit, set omnes exitus predicti abbati ibidem substituendo sub custodia predicti comitis conservabantur, mandatum est Fulconi de Orreby quod abbaciam predictam in eodem statu et eisdem libertatibus teneat, quibus teneri consuevit tempore comitum predictorum, abbatem ejusdem loci quietum esse faciens de exitibus abbacie memorate de tempore ultime vacacionis, sicut predecessores sui quieti esse consueverunt. Teste rege apud Westmonasterium xviij. die Marcii.

De tradendo in ballium.—Willelmus de Hoggelon', captus et detentus in prisona Sarr' pro morte Jordani de Colyer' et Alicie uxoris ejus, Rogeri, Ricardi, Edithe et Ade filiorum eorum, unde rettatus est, habet litteras regis vicecomiti Wyltes' directas quod ponatur per ballium. Nisi etc. Teste rege apud Westmonasterium xxj. die Marcii.

Johannes le Feyvre, Petrus Fevre, Walterus Schorfey et Willelmus Burgeys, capti et detenti in prisona archiepiscopi de Meynestan' pro morte Ade fil' Ryolfi et Gunnilde sororis sue, unde rettati sunt, habent litteras regis vicecomiti Kancie directas quod ponantur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Stocwell', quondam maiore Oxonie.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod ubi maior et aldermanni Oxonie non poterunt auxiliari Nicholao de Stocwell', quondam maiori Oxonie, ad recolligendum tallagium assessum super villam Oxonie tempore maioritatis prefati Nicholai, idem vicecomes eidem Nicholao sit in auxilium ad tallagium illud recolligendum, ita quod rex debeat diligenciam suam commendare. Teste rege apud Westmonasterium xxiij. die Marcii.

Et mandatum est eodem modo aldermannis et maiori Oxonie de predicto auxilio eidem Nicholao prestando. Teste ut supra.

De tradendo in ballium.—Ricardus de Irencestria et Johanna uxor ejus, capti et detenti in prisona regis Norhampton' pro morte

1250. Inberti de Greynvill', unde apellati sunt, habent litteras regis vicecomiti Norhampt' directas quod ponantur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

Nicholaus Russel, Simon filius Amicie, Adam le Mouner, et Andreas le Messer, capti et detenti in prisona Norhampt' pro morte predicti Imberti, unde appellati sunt, habent literas regis vicecomiti Norhampt' quod ponantur per ballium, etc. Teste ut supra.

De carbone facienda ad operaciones regis.—Mandatum est ballivo de Havering' quod in forinseco bosco regis de Havering', per visum forestariorum et viridariorum regis, fieri faciat carbonem ad operaciones regis de Havering', ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste fieri possit. Teste rege apud Westmonasterium xxix. die Marcii.

De tradendo in ballium.—Robertus Mauluvel, Thomas Maulovel, Rogerus Rugevent et Gilbertus Rugevent, capti et detenti in prisona regis de Eboraco pro morte Thome Drepedevell' et Willelmi filii sui, unde apellati sunt, habent breve regis vicecomiti Eboraci quod ponantur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

Pro Willelmo Fortin.—Willelmus Fortin solvit in garderoba regis die Pasche apud Westmonasterium c. solidos de xx. marcis, per quas finem fecit cum rege pro transgressione vinorum regis ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Willelmum de predictis c. solidis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De tradendo per ballium.—Clemens de Walingford', captus et detentus in prisona regis Roffe pro morte cujusdam hominis interfecti et inventi in puteo de Clive, unde rettatus est, habet litteras regis vicecomiti Kancie quod ponatur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

Pro priore Roffe.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Kancie fieri precepit, quod tres acre terre et dimidia, quas Johannes filius Ricardi de Sutflet', utlagatus pro morte hominis, ut dicitur, habuit in Sutflet', extiterunt in manu regis per unum diem (*sic*), et quod terram illam tenuit de priore Roffe, mandatum est predicto vicecomiti quod eidem priori de [eisdem] plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Waleramo Teutonico.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod sine dilacione faciat habere Waleramo Teutonico omnia arreragia sua in comitatu predicto, dum idem Waleramus fuit vicecomes regis ejusdem comitatus. Teste rege apud Merton' xxx. die Marcii.

De brevi regi mittendo de terris Simonis de la Sale captis in manum regis.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod illud breve regis originale dudum ei directum, per quod xiij. acras terre et dimidiam, duas acras prati et dimidiam, cum pertinenciis in Brandeston', quas Simon de la Sale, Ricardus capellanus, Willelmus de Keneton', Ricardus de Brandeston' et Basil de Keneton' tenuerunt de terris Normannorum, cepit in manum regis, sine dilacione sub sigillo suo regi mittat, et

1250.

predictam terram et pratum permittat esse in eo statu in quo fuerunt die quo recepit dictum breve regis. Teste rege apud Merton' primo die Aprilis.

De denariis liberandis J. de Sumercot' et Rogero Scissori ad operaciones regis.—Mandatum est Willelmo Britoni et Willelmo de Axemuth' quod, de exitibus perquisitorum itineris sui quod rex eis injunxit, faciant habere Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori c. marcas ad empciones regis inde faciendas in nundinis Sancti Ivonis, et rex in eisdem exitibus illas eis faciet allocari. Teste rege apud Merton' primo die Aprilis.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod, in forinseco bosco extra parcum regis de Havering', faciat habere Magistro Willelmo de Kilkenni quinque quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Merton' ij. die Aprilis.

De damis datis G. de Langel'.—Rex dat Galfrido de Langel', justiciario foreste, duodecim damas capiendas in aliqua forestarum regis in comitatu Norht', ubi ad minus nocumentum earundem capi possint; et mandatum est eidem Galfrido quod eas capi faciat, ut predictum est. Teste rege apud Windes' v. die Aprilis.

Pro Willelmo Britone et Willelmo de Axemuth' de denariis ad opus suum.—Mandatum est Willelmo Britoni et Willelmo de Axemuth' quod de exitibus perquisitorum itineris sui capiant ad opus suum ad se sustentandos in servicio regis xxxv. marcas, videlicet ad opus predicti Willelmi Britonis, xx. marcas, et ad opus predicti Willelmi de Axemuth', xv. marcas; et rex illas eis in predictis exitibus faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Ricardo filio Ricardi de Arden' de homagio capto.—Rex cepit homagium Ricardi filii Ricardi de Arden' de terra quam idem Ricardus de Arden', pater predicti Ricardi, de rege tenuit in capite infra metas foreste regis de Savernak; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod, accepto ab eodem Ricardo quod ad justiciam pertinet capiendum nomine forestariorum, eidem Ricardo de tota terra quam pater ejus de rege tenuit in capite infra predictas metas, et unde fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De tradendo per ballium.—Johannes de la Lond', captus et detentus in prisona de Guldeford' pro morte Ricardi le Parker, unde rettatus est, habet litteras regis vicecomiti Surr' quod ponatur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Fortibus et hominibus suis.—Quia Willelmus de Fortibus et homines sui quieti sunt de sectis comitatuum et hundredorum, ut dicunt, ita quod numquam consueverunt participare cum aliis de comitatu in communibus finibus vel amerciamentis coram justiciariis itinerantibus; mandatum est vicecomiti Sumers' quod ipsum Willelmum vel homines suos non distringat ad contribuendum

1250.

vel participandum cum aliis de comitatu suo in communibus finibus vel amerciamentis factis coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu predicto, aliter quam facere debent et facere consueverunt. Teste ut supra.

[m. 13.] *Pro Willelmo le Moyne.*—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod habere faciat Willelmo le Moyne scutagium suum de feodis militum que de rege tenet in capite in balliva sua, scilicet de scuto xl. solidorum pro exercitu regis de Gannoc, in quo fuit cum rege per preceptum regis. Teste rege apud Wyndes' vij. die Aprilis.

Consimiles litteras habet vicecomitibus Essex', Berk' et Dors'. Teste ut supra.

Pro eodem Willelmo de respectu.—Mandatum est vicecomiti Wyltes' quod districtionem quam facit eidem Willelmo pro sectis comitatus et pro porcione ipsum contingente de communi fine quem totus comitatus Wyltes' fecit coram justiciariis itinerantibus in comitatu predicto, ponat in respectum, usque in crastinum Ascensionis Domini. Et averia sua etc. Teste ut supra.

Pro Roberto le Norreys.—Mandatum est Roberto de Dacr' quod de vinis regis de Guldeford' faciat habere Roberto le Norreys unum dolium boni vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo Asty, burgense Notingham.—Quia rex concessit per litteras suas patentes Willelmo Asty, burgensi Notingh', quod toto tempore vite sue quietus sit de prisis regis in omnibus nundinis terre Anglie, mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod nichil capiant ab eo ad opus regis in aliquibus nundinis terre predicte. Teste rege apud Windes' viij. die Aprilis.

De coronatore eligendo.—Quia [rex quod *cancelled*] quidam coronator regis de comitatu Dors' mortuus est, mandatum est vicecomiti Dors' quod in pleno comitatu suo, et per assensum ejusdem comitatus, loco ipsius eligi faciat alium coronatorem qui, prestito sacramento, sicut fieri solet, ex tunc faciat que ad coronam regis pertinent ; et talem ad hoc eligi faciat qui melius sciat et possit ad hoc intendere. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia et Johanna uxore ejus.—Mandatum est Roberto Walerand' quod omnes illos qui assignati sunt in propartem Willelmi de Valencia et Johanne uxoris ejus, consanguince et unius heredum Walteri Marescalli, quondam comitis Penbr', distringat ad sectam faciendam ad comitatum Pembr', sicut illam facere debent et facere consueverunt tempore predicti comitis, secundum porcionem ipsos Willelmum et Johannam contingentem de secta predicta. Teste rege apud Wind', ix. die Aprilis.

De tradendo per ballium.—Ricardus le Tyweler, captus et detentus in prisona regis de Neugate pro morte Edmundi de Chesewic', unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Middels', quod ponatur in ballium. Teste ut supra.

1250.

De fustis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario, quod in foresta regis de Dene faciat habere R. comiti Cornubie xx. fusta ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Duston'.—Quia constat regi, per inspectionem rotulorum de scutagio, quod Willelmus de Duston' habuit scutagium suum tam de exercitu regis de Brittan' quam de exercitu de Kery, in quibus excercitibus idem Willelmus fuit cum rege per preceptum regis, mandatum est baronibus de Scaccario quod heredes ipsius Willelmi de predicto scutagio penitus quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Aprilis.

[*In margin.*] *Memorandum quod die Dominica in octabis Clausi Pasche recessit J. de Lessint' a curia, et in vigilia Sancti Georgii rediit.*

Pro Willelmo de Albiniaco.—Willelmus de Albiniaco liberavit in garderoba P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Jovis proxima post festum Sancti Hillarii, anno etc. xxxij°, c. et vij. libras ij. solidos x. denarios et obolum, in quibus regi tenebatur pro vinis regis ei venditis. Et mandatum [quod *cancelled*] baronibus quod ipsum Willelmum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Wind' xj. die Aprilis.

De denariis missis ad barbecanam de Windes'.—Rex mittit Roberto de Muscegros c. marcas ad faciendum barbecanam regis apud Windes', mandans quod de eisdem denariis operariis regis ipsius barbecane stipendia sua solvi faciat. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Aprilis.

Pro Willelmo de Tonston'.—Rex concessit Willelmo de Tonston' quod, quamdiu fuerit coronator in comitatu Lanc', non ponatur in assisis, juratis vel recognicionibus aliquibus ; et mandatum est vicecomiti Lanc' quod libertatem illam ipsum Willelmum habere permittat per idem tempus. Teste ut supra.

De tradendo per ballium.—Thomas filius Willelmi et Willelmus et Rogeri (*sic*) filii ejus, capti et detenti in prisona regis Eboraci pro morte Willelmi de Ruhe, unde appellati sunt, habent litteras regis vicecomiti Eboraci quod ponantur per ballium. Nisi etc. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Gautris faciat habere Petro de Sabaudia l. quercus ad maeremium cum escaetis suis ad [maeremium *cancelled*] operacionem castri sui de Richemund', nisi illas vel partem earum prius habuerit per Marmeducum Dayrel, quondam custodem ejusdem foreste. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Aprilis.

Mandatum est Galfrido de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Clive faciat habere fratri Johanni, elemosinario de Spalding', quinque quercus ad maeremium, ad constructionem cujusdam capelle Beate Marie, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Aprilis anno regni nostri xxxiiij^{to}.

1250.

Pro Petro de Sabaudia et hominibus suis.—Quia Petrus de Sabaudia est in obsequio regis in partibus transmarinis, mandatum est custodibus nundinarum Sancti Ivonis quod eidem P. et hominibus suis easdem quietancias de theloneo et aliis exactionibus, quas habuerunt anno precedenti in eisdem nundinis, hoc anno habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium xviij. die Aprilis.

De escaetore substituendo in comitatu Warr'.—Rex substituit Henricum Pipard loco Hugonis de Ardern', quondam escaetoris regis in comitatu Warr', quem ab officio illo rex, ad instanciam W. Wygorniensis episcopi, absolvit. Et mandatum est eidem Henrico quod escaetas regis et omnia que ad eas pertinent in comitatu predicto diligentur custodiat una cum [predicto *cancelled*] Henrico de Wengham, prestito prius sacramento coram eodem Henrico et vicecomite Warr', quod ad eas custodiendas fideliter intendet, ut inde rex possit fidem et diligenciam suam commendare. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Lascel'.—Quia constat regi per inquisicionem quam fieri fecit per vicecomitem Eboraci quod octo acre terre et dimidia cum pertinenciis in Otringham, que fuerunt Ricardi de Marisco, suspensi pro felonia, extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod idem Ricardus terram illam tenuit de Willelmo de Lascel' de Oteringham, mandatum est vicecomiti Eboraci quod eidem Willelmo de terra illa plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia, de terra de Bampt'.—Quia rex concessit Willelmo de Valencia, fratri suo, terram illam cum pertinenciis in Bampton' quam Inbertus Pugeys aliquando tenuit de rege ad firmam pro xxxvij. libris, ita quod tantum decidat eidem Willelmo de d. libris, quas rex ei concessit percipiendas ad Scaccarium per annum, mandatum est baronibus de Scaccario quod a sexto die Januarii anno etc. xxxiij^o^, quo die predicto Willelmo rex seisinam habere fecit de predicta terra, ipsum Inbertum de firma predicta quietum esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium xix. die Aprilis.

Pro P. Herefordensi episcopo.—Rex concessit P. Herefordensi episcopo quod hac vice capere possit in haia regis Hereford' virgas et maeremium de alneto ad seldas et cleyas faciendas ad instantes nundinas Hereford'. Et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod per visum forestariorum permittat homines suos capere hac vice ad opus dicti episcopi virgas et maeremium de alneto, sicut consueverunt ad nundinas predictas. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Aprilis.

De roboribus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod faciat habere Roberto Passelewe x. robora in forinseco bosco regis de Havering' ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Rokingham faciat habere Edmundo de Lacy unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

1250.

Pro Johanne de Clervaus.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod non distringat Johannem de Clervaus ad se militem faciendum nisi habuerit in dominico xx. libratas terre aut feodum militis integrum. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod in pleno comitatu Essex', per assensum totius comitatus, eligi faciat de discretioribus et fidelioribus militibus ejusdem comitatus loco Ricardi Filiol, coronatoris regis, quem constituit senescallum foreste ejusdem comitatus, alium coronatorem qui prestito sacramento etc. Et nomen ejus regi scire faciat. Teste rege apud Westmonasterium xxi. die Aprilis.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wyltes' de quodam coronatore eligendo loco Johannis de Vernun, qui constitutus est senescallus foreste regis in comitatu predicto. Teste ut supra.

De escaetore substituto in comitatu Norf'.—Willelmus de Stalham amotus est ab officio escaetarie regis in comitatu Norf', et loco ipsius substitutus est Stephanus Brokedes'. Et idem Stephanus habet inde litteras regis.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Shirewod' faciat habere priori de Torkes' sex quercus ad operacionem ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Lessinton'.—Rex concessit Johanni de Lessinton' quod clausum illud quod fecit in bosco manerii sui de Tayden', et quod infra metas foreste nostre situm est, decetero possit habere et tenere clausum fossato et haya, ita videlicet quod fere regis libere possint ingredi et exire; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum Johannem hujusmodi clausum sic habere et tenere permittat. Teste rege apud Westmonasterium xxv. die Aprilis.

Pro Roberto de Tothal' et Matillide uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Huntedon' quod de manerio de Herdwic' cum pertinenciis, de quo Robertus de Tothal' et Matillis uxor ejus aliquando fuerunt in seisina, quod quidem manerium rex per voluntatem suam commisit Simoni de Bret, et nunc est in manibus heredum ipsius Simonis, eidem Roberto et Matillidi plenam seisinam habere faciat. Quia placitum de [placito *cancelled*] manerio predicto sumonitum est coram justiciariis de Banco inter ipsum Robertum et Matillidem et heredes predictos, quod quidem non dum est terminatum. Teste ut supra.

De damis vivis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Bernewod' faciat habere J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, sex damos vivos, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est eidem G. de quatuor damis habendis in foresta regis de Wittlewod' ad opus ejusdem J. vivis. Teste ut supra.

1250.

Pro executoribus Ricardi de Anesye faciendis.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Wyltes' quod permittant executores testamenti Ricardi de Anesie habere liberam administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius Ricardi in balliva sua, accepta ab eis securitate quod de primis bonis que fuerunt ejusdem Ricardi regi satisfacient de debitis, si in aliquibus regi tenebatur. Teste ut supra.

De quercubus datis priori de Coventria.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Cannoc faciat habere priori de Coventria xx. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro executoribus Jacobi Hose ad testamentum faciendum.—Mandatum est Henrico de Wengham' et coescaetoribus suis in comitatibus Sumers' et Wyltes' quod permittant executores testamenti Jacobi Hoes' liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius Jacobi, ad execucionem testamenti sui inde faciendam, accepta ab eis securitate quod de primis bonis regi satisfacient de debitis, si in aliquibus regi tenebatur. Teste rege apud Westmonasterium xxvij. die Aprilis.

De roboribus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Bruhull' habere faciat Fratribus Predicatoribus Oxonie x. robora ad focum suum, de dono regis, ubi ad minus dampnum ejusdem foreste, et ad majorem commoditatem eorundem fratrum, capi possint. Teste ut supra.

Pro probis hominibus de Dunewic' de portu faciendo.—Rex concessit probis hominibus suis de Dunewic' xx. marcas, quas regi debent de tallagio, et x. marcas de premisso, et xlvij. libras et x. solidos de firma ville sue, de termino Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. in subsidium amocionis et refeccionis portus ville sue predicte. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos homines de predictis particulis pecunie predicte quietos esse faciant, ut predictum est. Teste ut supra.

Pro Johanna filia Dionisii et Ada de Neusum.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Eboraci fieri precepit, quod una bovata terre et dimidium toftum cum pertinenciis in Gartun', que fuerunt Michaelis filii Dionisii, utlagati pro felonia, extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod idem Michael terram illam et toftum tenuit de Johanna filia Dionisii, sororis Elizabet uxoris Ade de Neusum, cujus heres ipsa est, mandatum est vicecomiti Eboraci quod de prefatis terra et tofto eidem Ade et Elizabet plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Elione (sic) *de Rabain, de c. libris in Hibernia.*—Rex de fine quem Margeria que fuit uxor Theobaldi Pincerne fecit cum rege pro se maritanda cui voluerit, concessit per litteras suas patentes Elye de Rabayn, c. libras, de dono regis ; et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod de primis denariis proventuris de fine

1250.

predicto prefatas c. libras prefato Elye, retentis penes se litteris regis patentibus eidem inde confectis, habere faciant. Teste rege apud Westmonasterium xxvij. die Aprilis.

Pro W. de Fortibus, herede H. de Vivonia.—Mandatum est vicecomiti Sumers' et Dors' quod habere faciat Willelmo de Fortibus, filio et heredis (*sic*) Hugonis de Vivonia, omnia arreragia debitorum, que eidem Hugoni racionabiliter debebantur, de tempore quo predictus Hugo fuit vicecomes regis comitatuum predictorum. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Pokesl' faciat habere Roberto Passel', archidiacono Lewensi, decem fusta ad fabricam ecclesie sue de Swaneburn', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ada de Eston' de decima de Pecco.—Mandatum est [ballivo *cancelled*] Willelmo de Horsend', ballivo de Pecco, quod Ade de Eston', persone ecclesie de Pecco, habere faciat decimum denarium de herbagio vendito in parochia sua a tempore quo ballivam de Pecco recepit, sicut illum habuit per preceptum regis, tempore quo Warnerus Engayne et Johannes de Grey ballivam illam habuerunt. Teste ut supra.

Pro abbate de Wautham, de regardo forestariorum.—Rex inspexit cartam Ricardi regis, avunculi sui, et confirmacionem suam de quietancia concessa abbati et canonicis de Waltham de essartis, vasto et rewardo, et de visu forestariorum in terris suis subscriptis, videlicet in Essex' de ccc. acris apud Waltham ; et de c. et lx. acris apud Nesing' ; et de lx. acris apud Epping' ; et de c. et xl. acris apud Siwardest' ; et de xxxij. acris apud Wodeford'; et de iiij^{xx} acris apud Alwardeton', et de vasto facto in eadem villa ante adventum ipsorum canonicorum ; et de xl. acris apud Luketon' ; et de xxxix. acris apud Tipeden' ; et de xl. acris apud Walde ; et de c. et quatuor acris apud Uppeministr' ; et de lx^{a} acris apud Passefeud' ; et de xl. acris apud Netleswell' ; et mandatum est regardatoribus foreste in comitatu Essex' quod nullum regardum faciant in terris predictorum abbatis et canonicorum vel hominum suorum in essartis predictis contra libertates predictas, quibus libertatibus hucusque usi sunt. Teste rege apud Westmonasterium xxx. die Aprilis.

Pro priore hospitalis Sancti Johannis Jerusalem.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit, quod prior hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia tempore nostro et tempore Johannis regis, patris sui, consuevit habere racionabilia estoveria sua in bosco de Stobbeswod', qui est infra metas foreste regis Norhumbr', mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod eidem priori prefata estoveria habere permittat [faciat *cancelled*], sicut ea habere consuevit temporibus predictis. Teste ut supra.

De brokettis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Hugonem Franceys, servientem suum, usque forestam Essex' ad capiendum in ea ad opus regis quatuor brokettos ; et mandatum est custodi ejusdem foreste quod ipsum ad hoc admittat. Teste ut supra.

1250.

Pro abbate Sancti Edmundi de regardo forestariorum.—Quia per inspeccionem rotulorum Roberti Passelewe et sociorum suorum, justiciariorum regis ultimo itinerancium ad placita foreste in comitatu Essex', rex perpendit evidenter quod nullum regardum factum fuit in boscis abbatis Sancti Edmundi de Herlawe et Stapelford', vel in essartis ipsius abbatis de Herlawe, mandatum est regardatoribus foreste regis Essex' quod nullum regardum faciant in boscis vel essartis predictis aliter quam retroactis temporibus fieri consuevit. Teste rege apud Westmonasterium tercio die Maij. per Radulfum filium Nicholai.

Eodem modo mandatum est regardatoribus foreste in comitatu Norhampton' de boscis ipsius abbatis de Werketon'. Teste ut supra.

[m. 12.] *De quercubus datis.*—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Kyngeswode faciat habere Philippo Basset sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium vj. die Maii.

Pro abbate Sancti Edmundi.—Rex dedit respectum abbati de Sancto Edmundo usque Pentecostem de inquisicione facienda in libertate sua. Mandatum est Willelmo Britoni et W. de Axemue quod ipsam libertatem non intrent occasione predicta, donec a rege aliud receperint in mandatis. Teste ut supra.

De custodia parci Norhampt' commissa.—Rex commisit Simoni de Thorp', vicecomiti Norhampton', custodiam parci regis Norhampton'; et mandatum est predicto Simoni quod custodiam parci illius a Roberto de Mares recipiat. Teste ut supra. [*Cancelled*], *quia non habuit.*

Pro Katerina quondam uxore Johannis Cors de Bof, de dote.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Norf' et Suff' quod Katerine que fuit uxor Johannis Cors de Bof habere faciant racionabilem dotem suam que eam contingit de serjantia quam predictus Johannes, quondam vir suus, tenuit de rege in capite in predictis comitatibus. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Maii.

Pro P. de Monteforti, de respectu.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod demandam quam facit Petro de Monteforti pro expeditacione canum suorum in maneriis suis de Preston', Wenge, Martinestorp' et Lindon', ponat in respectum usque ad festum Omnium Sanctorum anno etc. xxxv^{to}. Teste ut supra.

Pro Waltero filio Willelmi de Loveraz, de homagio.—Rex cepit homagium Walteri filii et heredis Willelmi de Loveraz de omnibus terris et tenementis que predictus Willelmus tenuit de rege in capite, et similiter de balliva de la Bocholt, quam idem Willelmus tenuit, et rex reddidit eidem Waltero ballivam predictam. Et mandatum est Roberto de Stopham', ballivo de Clarendon', quod eidem Waltero de predicta balliva plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium x. die Maii.

1250.

Pro Henrico Gerard'.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Linc' quod, occasione communis sumonicionis facte coram eis in itinere suo in comitatu predicto, Henricus Gerard' non ponatur in defaltam, et, si ipsum occasione predicta ammerciaverunt, ammerciamentum illud eidem Henrico penitus relaxent. Teste ut supra.

Pro Thoma de Rammesden'.—Rex, per finem xxx[a] marcarum quem Thomas de Rammesden' fecit cum rege, concessit eidem Thome quod domum illam in Rammesden', quam levaverat ad nocumentum foreste regis Essex', et quam R. Passelewe et socii sui, justiciarii itinerantes ad placita foreste in comitatu Essex', prosterni debere decreverant, decetero stantem habere possit. Et mandatum est Ricardo Fillol, senescallo foreste predicte, quod predictam domum sic stare permittat. Teste ut supra.

Pro abbate et canonicis de Notle.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat abbatem et canonicos de Notle habere duas carettas euntes in foresta regis de Bernewod' pro bosco ad focum, sicut habere solebant temporibus predecessorum regis et suo, quousque R. Passelewe et socii sui, qui itineraverint ad placita foreste in comitatu Buk', in eodem itinere eos inpediverunt, ne haberent predictas carettas, et causam ipsius inpedimenti regi scire faciant. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in parco regis de Bricstok, ubi ad minus detrimentum ejusdem parci capi possint, faciant habere priori de Lenton' v[que] quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Clive et Apetorp'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat homines regis de Clive et de Apetorp' habere comunam pasture infra metas foreste regis de Clive extra parcum regis, sicut ipsi eam habere consueverunt. Teste ut supra.

Pro Johanne de Baillol de respectu.—Mandatum est eidem G. quod, si canes in maneriis que Johannes de Baillol habet de honore de Huntedon', infra metas foreste regis, non consueverint expeditari, tunc districtionem quam facit pro expeditacione canum in maneriis predictis ponat in respectum usque ad festum Omnium Sanctorum anno etc. xxxv[to]. Teste ut supra.

De custodia manerii de Mollesworth' tradita.—Mandatum est vicecomiti Huntindon' quod de custodia manerii de Molleswurth', que ad regem pertinet racione custodie terre et heredis Willelmi de Lindes', plenam seisinam nomine regis habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Maii.

Pro Petro de Lenton'.—Rex concessit priori de Lenton' quod capere possit petram in quarrera que est in riffleto de Notingham infra metas foreste nostre de Sirewode, ad fabricam ecclesie sue; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum priorem petram illam sic capere permittat. Teste ut supra.

1250.

De tradendo per ballium.—Johannes de Sudefeud', captus et detentus in prisona regis Wintonie pro morte Henrici le Swan, unde appellatus est, habet literas vicecomiti Suht' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De libertatibus abbatisse de Tarente clamandis.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod cartam, quam rex fecit abbatisse et monialibus de Tarente de quibusdam libertatibus, in pleno comitatu suo legi, et decetero firmiter teneri, et libertates in ea contentas observari, faciat. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Maii.

Pro priorissa de Campeseye et successoribus suis.—Rex concessit priorisse de Campeseye et successoribus suis quod, pro scutagio vel aliis demandis que exiguntur per summonicionem Scaccarii de manerio de Dyham, nulla decetero fiat districtio super ipsam priorissam de aliquo tenemento quod tenet in liberam elemosinam de Johanne de Stutevill' in eodem manerio, set, si aliqua districtio fieri debeat in manerio predicto, fiat super tenementum ipsius Johannis, quia idem Johannes recognovit in curia regis quod ipsam priorissam de predictis demandis acquietare debet. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsam priorissam decetero non distringa[n]t pro scutagio vel aliis demandis, set ipsam districtionem facia[n]t super tenementum ipsius Johannis in eadem villa, sicut predictum est, et sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Maii.

De respectu itineris justiciariorum in comitatu Norf'.—Rex posuit in respectum iter justiciariorum suorum in comitatu Norf' usque in crastinum Nativitatis Beate Marie; et mandatum est vicecomiti Norf' quod predictum respectum in pleno comitatu suo publice clamari faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Sancto Edmundo.—Mandatum est Willelmo Britoni et Willelmo de Axemuth' quod non intrent libertatem abbatis de Sancto Edmundo ad aliquas inquisiciones in ea faciendas, donec aliud a rege receperint in mandatis. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Maii.

Pro Edmundo de Lacy.—Mandatum est justiciario Cestrie quod Edmundo de Lacy, valetto regis, secundum legem et consuetudinem partium Cestrie, exhibeat plenam justiciam de nativis et fugitivis suis ubicumque fuerint in balliva sua. Teste ut supra.

De quodam libro liberando ad opus regine.—Mandatum est fratri R. de Sanford', magistro milicie Templi in Anglia, quod faciat habere Henrico de Warderoba, latori presencium, ad opus regine, quendam librum magnum, qui est in domo sua Lond', gallico ydiomate scriptum, in quo continentur gesta Antiochie et regum etc. aliorum. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Rokingham faciat habere abbati de Burgo quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

1250.

De debito Aaron de Eboraco, Judeo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod venire faciant coram eis Willelmum Marmium, et audita contencione inter regem et ipsum de debito quod Aaron de Eboraco exigebat ab eodem Willelmo, si clarum fuerit debitum illud, ad judicium in eadem loquela procedant; si vero aliquid ambiguitatis invenerint in eadem, prefatam loquelam venire faciant certo die coram rege termunandam (*sic*). Teste rege apud Merton' xix. die Maii.

De catallis Abrahe de Berchamsted' inrotulandis.—Mandatum est W. de Haverhull', Johanni Franceys et Johanni de Wivill' quod scrinium illud quod R. comes Cornubie nuper regi misit Lond', in quo catalla Abrahe de Berchamsted', Judei, continentur, aperiri, et catalla illa inrotulari, et scrinium illud iterum resignari, faciant, et penes ipsos salvo deponi. Teste ut supra.

De tradendo per ballium.—Willelmus de Pirile, captus et detentus in prisona de Guldeford' pro morte Johannis de Standon', unde appellatus est, habet literas regis vicecomiti Surr' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Thomas de Haliwell' et Willelmus Beritt, capti et detenti in prisona Wintonie pro morte Henrici le Porcher, unde rettati sunt, habent litteras regis vicecomiti Suht' quod ponantur per ballium. Teste rege apud Wyndes' xxij. die Maii.

De tradendo per ballium.—Johannes de Ditton', Willelmus frater ejus, et Ada (*sic*) filius Rogeri de Ditton', capti et detenti in prisona de Tonebrig' pro morte Ricardi de Capella, unde rettati sunt, habent literas regis vicecomiti Kancie quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Brehull' faciat habere Idonee uxori Willelmi Lungesp' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est eidem G. quod in foresta regis de Salceto faciat habere fratribus de ordine Minorum apud Norht' xij. robora ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Windes' xxv. die Maii.

De regardo faciendo.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod fieri faciat regardum in foresta regis de Cette in balliva Avicie de Columbariis, et in balliva Roberti de Mundestrop', sicut retroactis temporibus fieri consuevit. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est officiali W. Wintoniensis episcopi quod permittat milites libertatis domini sui facere regardum in predictis ballivis, sicut retroactis temporibus facere consueverunt. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Molis.—Rex bene recolit se dedisse Nicholao de Molis duos cervos in foresta sua de Pikering', et unum cervum in foresta de Gautr', tempore quo fuit vicecomes in comitatu Eboraci. Et mandatum est G. de Langel' et sociis suis, justiciariis itinerantibus

1250.

ad placita foreste in comitatu Eboraci, quod ipsum Nicholaum ob capcionem eorundem cervorum in forestis predictis non occasionent, sed ipsum inde penitus quietum esse faciant. Teste rege apud Wind' xxv. die Maii.

De cervo dato.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod Johanni de Schipton', capellano regis, faciat habere unum cervum in foresta de Galtris, de dono regis. Teste ut supra.

De aeria falconum custodienda.—Mandatum est Willelmo de Sancto Audoeno, ballivo de Wodest', quod latori presencium committat aeriam falconum regis in parco de Wodest', custodiendam ad opus regis. Teste ut supra.

Mandatum est W. de Haverhill' thesaurario, P. Blundo, constabulario Turris, et Ernaldo Geraudon, camerario Lond', quod civitatem Lond', pontem ejusdem civitatis, cum comitatu Middelsex', captos in manum regis, maiori et vicecomitibus ejusdem civitatis, cum exitibus et proventibus inde perceptis tempore quo eadem civitas, pons, et comitatus fuerunt in custodia sua per preceptum regis, reddi faciant. Teste rege apud Wind' xxv. die Maii.

Pro Ricardo de Muntfichet.—Rex concessit Ricardo de Muntfichet quod de exitibus comitatuum Essex' et Hertford' regi respondere possit ad Scaccarium, de tempore quo fuit vicecomes eorundem comitatuum, eo modo quo Johannes de Watton', qui prius vicecomes regis extiterat eorundem comitatuum, regi inde respondere consuevit ad idem Scaccarium. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri faciant. Teste ut supra.

Pro Petro Braunch'.—Rex bene recolit se concessisse Petro Braunch', qui fuit cum eo in excercitu suo de Gannoc per preceptum regis, scutagium suum de quatuor feodis militum que idem [Willelmus *cancelled*] Petrus tenuit de Willelmo de Warenn', quondam comite Warenn', cujus heres est infra etatem et in custodia regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Petrum de scutagio predictorum iiij^or^ feodorum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Memorandum quod die Sabbati proxima post festum Sancte Trinitatis recessit J. de Lessinton' de curia, et commissum fuit sigillum P. de Rivallis et Magistro W. de Kilkenny.

Pro R. comite Cornubie.—Mandatum est vicecomiti Salop' et Stafford' quod omnes denarios provenientes de amerciamentis ultimi itineris G. de Langel' et sociorum suorum, justiciariorum itinerancium ad placita foreste in comitatibus predictis, levari et colligi faciat, et eos sine dilacione liberet R. comiti Cornubie, fratri regis, in partem solucionis debiti in quo rex ei tenetur. Et summam liberacionis ei inde facte regi scire faciat. Teste rege apud Wind' xxvij. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sumerset' et Dorset' pro eodem comite de ultimo itinere ejusdem G. ut supra. Teste ut supra.

1250.

De tradendo in ballium.—Michael Purchaz, captus et detentus in prisona Exonie pro quodam falso brevi quod inpetravit, sicut ei inponitur, habet literas vicecomiti Devonie quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De canibus regis reddendis.—Mandatum est vicecomiti Hereford' quod sine dilacione distringat Walterum de Muscegros per terras et catalla que habet in balliva sua ad reddendum latori presencium canes regis cum catallis suis, quos se habere recognoscit. Teste ut supra.

De bosco succidendo.—Mandatum est constabulario castri regis de Kenilleworth', quod in bosco regis de Kenilleworth', ex utraque parte vie inter Coventriam et Warrewicum, pro securitate transeuncium per eandem, succidi faciat totum subboscum ad latitudinem sex acrarum terre. Teste ut supra.

Prohibicio de manerio de Caumbes.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod non permittat quod aliqui viri religiosi ingrediantur manerium de Caumbes ad emendum in eo vel possidendum aliquam terram, sine licencia regis vel heredum suorum, quia idem manerium tenetur de rege et heredibus suis ad feodi firmam. Teste rege apud Wind' xxviij. die Maii.

Pro Johanne de Grey, de warancia diei.—Quia Johannes de Grey fuit coram rege apud Windes' in octabis Sancte Trinitatis, ita quod eo die coram G. de Langel', justiciario foreste, interesse non potuit ad placita foreste regis; et mandatum est eidem G. quod propter absenciam suam ad diem illum non ponatur in defaltam, nec in aliquo sit perdens, quia absenciam suam quo ad hoc rex ei warantizat.

Pro Ala de Moneay.—Mandatum est vicecomiti Roteland' quod liberari faciat Ale de Moneay Johannem de Tikencot', cui [Johannes *cancelled*] Willelmus de Plessetis maritavit quandam filiam [suam *cancelled*] ipsius Ale tempore quo predictus Johannes fuit in custodia sua; nec permittat quod aliquis per ipsum vel per alium faciat vastum, vendicionem vel exilium de terris, domibus, hominibus aut gardinis, que habet in custodia de hereditate predicti Johannis ad exheredacionem ipsius Johannis. Teste ut supra.

Pro prioribus Sancte Trinitatis Lond' et Sculdeham'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, occasione inquisicionis facte de terris et tenementis que fuerunt in Judaismo tempore J. regis, patris nostri, priores Sancte Trinitatis Lond' et de Schuldham non disseisientur de terris vel tenementis suis, que tenent in Lond' de feodo Johannis filii Galfridi, justiciarii Hibernie, donec aliud a rege receperi[n]t in mandatis. Teste ut supra.

Pro priore Sancti Switthuni Wintonie.—Mandatum est Roberto de Dacre quod illa xj. dolia vini, que nuper applicuerunt super terram prioris Sancti Switthuni Wintonie apud Goseport, que arestari fecit, et que idem prior emerat ad opus suum, ut dicit, libere et sine

1250.

inpedimento quo voluerit abducere permittat. Teste rege apud Windes' xxix die Maii.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex concessit Willelmo de Valencia, fratri suo, quod quamdiu regi placuerit habeat in foresta de Wiredal' cc. et xx. vaccas cum earum secta. Et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum Willelmum ipsas vaccas cum earum secta in eadem foresta habere permittat, ut predictum est. Teste ut supra.

Pro Johanne Maunsel'.—Mandatum est J. de Cormailes, senescallo foreste in comitatu Suht' [G. de Langel', justiciario foreste, *cancelled*] quod inquisicionem de expeditacione canum in balliva de Essell', que est in manu Johannis Maunsel ex concessione regis, ponat in respectum usque ad octabas Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Pro Isabella de Mortuo Mari.—Mandatum est Petro de Nevill', custodi foreste regis in comitatu Roteland', quod inquisicionem de expeditacione canum in manerio Isabelle de Mortuo Mari de Ocham' ponat in respectum usque ad octabas Sancti Michaelis, quia ostensum est regi ex parte ejusdem Isabelle, quod canes in predicto manerio non consueverunt nec debent expeditari. Teste ut supra.

[m 11.] *De quercubus datis.*—Mandatum est Galfrido de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Kingeswod' extra Colecestriam faciat habere Bertramo de Crioill', custodi castri regis Dovor', lx. quercus, ad reparacionem domorum ejusdem castri, quas Magister Johannes, carpentarius ejusdem castri, eligere voluerit ad operaciones predictas. Teste rege apud Windes' xxix. die Maii.

Pro Simone de Stavere, mercatore Alemannie, et sociis suis.—Mandatum est ballivis regis Lenn' quod, non obstante inhibicione regis eis facta ne permitterent aliqua blada extra regnum regis sine licencia sua abduci, permitta[n]t Simonem de Stavere et socios suos, mercatores Alemannie, quandam navem suam ordeo carcatam, et in villa sua occasione predicta arestatam, libere quo voluerint hac vice abducere, ita quod decetero nullum bladum a regno Anglie abducant. Teste ut supra.

Hybernia.—Venientes ad regem prior Sancte Trinitatis Dublin' et Magister B. Cornubien', canonicus Sancti Patricii Dublin', ex parte [canonicorum *cancelled*] capitulorum suorum, regem humiliter supplicarunt ut super terra de Oconak' et ejus pertinenciis indempnitati sue curaret sollicite providere. Et quia rex bene scit quod terra illa una cum castro male fuit alienata a capitulis supradictis de consilo (*sic*) regis, ita duxit donandum quod loco terre predicte, que regi remanebit, provideatur in xxx. libratis terre predictis capitulis competenter. Igitur mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod provisionem illam in valle Dublin', quamcito poterit, faciat. Qua facta regi eam significet ut rex inde capitulis illis securitatem debitam facere valeat, et eis injungat, ut tunc regi deferant omnia munimenta que habent de terra predicta. Et interim terram illam in tenanciam eis committat. Teste rege apud Wind' xxix. die Maii.

1250.

Et mandatum est L. archiepiscopo Dublin', eodem modo ut supra de provisione predicta facienda et securitate facienda eisdem capitulis de terra predicta, postquam justiciarius Hibernie eam regi significaverit.

Eodem modo mandatum est priori et conventui Sancte Trinitatis et decano et capitulo Sancti Patricii Dublin' de predicta provisione facienda eisdem capitulis de terra predicta, ut supra continetur. Teste ut supra.

Hybernia.—Rex concessit R. Armakano archiepiscopo quod ad querelas et placita que ipsum et ecclesiam suam contingunt audienda et termunanda (*sic*) in Hibernia, habeat justiciam ex parte regis per Johannem filium Galfridi, justiciarium Hibernie, assignandos de mense in mensem, si opus fuerit. Et mandatum est predicto J. filio Galfridi, quod ei taliter justiciam habere faciat secundum quod viderit expedire. Teste ut supra.

Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod allocari faciat Petro de Burmingh' in exitibus terrarum, que fuerunt Theobaldi Pincerne et Ricardi de Burgo, cc. libras, quas posuit in custodia earundem terrarum usque ad festum Sancti Johannis Baptiste anno etc. xxxiiij. Et a dicto festo Sancti Johannis Baptiste singulis annis faciat ei allocari in exitibus terrarum, que fuerunt predicti Theobaldi pro custodia earundem terrarum, c. marcas tempore pacis ; et si, quod absit, guerra emerserit, sumptus suos quos pro custodia ipsarum terrarum ponet, eidem allocari faciet secundum quod fuerint allocandi. Teste ut supra.

Rex bene recolit et vult quod pro duobus milibus et cc. marcis regi ad terminos per J. filium Galfridi, justiciarium, statuendos reddendis Conehorn Obren teneat terram quam pater ejus tenuit per cartam J. regis, patris hujus, quamdiu regi et heredibus suis bene ac fideliter servierit, accepta ab eo securitate quod nichil de predicta terra alienabit, quominus ad regem vel heredes suos revertatur si in aliquo contra fidem regis venire presumpserit. Terram autem quam de rege tenet ad firmam, sicut viderit expedire, poterit eidem committere. Teste ut supra.

De denariis regi mittendis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod omnes denarios quos habent ad Scaccarium regis Lond' regi per dilectum et fidelem suum P. de Rivallis sine dilacione transmittant. Et rex, cum sciverit quantum ei liberaverint, breve suum de Liberate eas inde habere faciet. Teste rege apud Bustlesham' xxx. die Maii.

De quercubus datis.—Mandatum est Godefrido de Lyston', custodi foreste de Windes', quod in balliva sua faciet habere Roberto de Shotendon' duas quercus ad duos bonos postes tortos inde faciendos, de dono regis. Teste rege apud Rading' xxx. die Maii.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod Johanni de Exonia, clerico regis, robam suam habere faciant, sicut eam percipere consuevit. Teste rege apud Wind' xxviij. die Maii.

1250.

De ponendo per ballium.—Robertus filius Roberti Sweyn, captus et detentus in prisona regis Sarr' pro morte Willelmi filii Willelmi Cucy, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Wyltes' quod cap' etc.

De quodam rotulo debitorum misso baronibus de Scaccario.—Rex mittit baronibus de Scaccario et thesaurario suo rotulum de prestitis pluribus factis de prisis regis per W. de Plessetis, quondam clericum regis, mandans quod omnes debitores in eodem rotulo contentos distringant ad debita illa sine dilacione regi reddenda, quia rex ea de suo proprio solvit, excepto Johanne Maunsel, cui rex dedit terminos de iiij^{xx} et xx. et xiij. libris, ut in rotulo finium continetur. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Radulfus filius Willelmi Payn, captus et detentus in prisona de Brug' pro morte Ade fil' Galfridi, unde appellatus est, habet literas vicecomiti Stafford' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Waltero Adriani, cive Lond'.—Quia rex Danorum significavit regi per litteras suas quod quidam de civitate Libiccensi Walterum Adriani, hominem Nicholai Adriani, civis regis Lond', bonis suis mercimonialibus usque ad summam ccc. marcarum argenti spoliarunt, et mandatum est ballivis de Len quod si qua navis apud eos applicuerit, que sit de civitate predicta Libiccensi, illam cum mercimoniis in ea inventis arestari faciant, donec predicta bona predicto civi regis integre restituantur. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est custodibus nundinarum Sancti Botulfi. Teste ut supra apud Walingford' primo die Junii.

De ponendo per ballium.—Robertus de la Brok', captus et detentus in prisona Wintonie pro morte Willelmi Todric', unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Suht' quod ponatur per ballium etc.

Pro Simone de Heddon'.—Mandatum est vicecomiti Notingh' quod, quamdiu Simon de Heddun' sit conservator placitorum corone regis in comitatu predicto, non ponatur in assisis, juratis, vel aliquibus recognicionibus. Teste rege apud Oxoniam iij. die Junii.

Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quamdiu idem Simon sit conservator predictorum placitorum in comitatu predicto, non permittat ipsum regardatorem fieri vel viridarium foreste, nec ponatur in aliquibus inquisicionibus ejusdem foreste. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Chippeham faciat habere Hugoni de Vivon' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Fratribus Predicatoribus Lond'.—Mandatum est Ricardo Fillol, senescallo foreste Essex', quod illas duas quercus, quas abbatissa de Barking' dedit Fratribus Predicatoribus Lond', et quatuor quercus quas Alicia de Hodeng' dedit eisdem infra metas foreste predicte,

1250.

permittat eosdem fratres libere prosternere et ad domum suam sine occasione cheminagii abducere. Teste rege apud Wodest' v. die Junii.

Pro W. Wigorniensi episcopo.—Mandatum est ballivis portus Dovor' quod W. Wigorniensem episcopum cum familia sua in portu suo sine inpedimento transfretare permittant. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Willelmus de Cornok', captus et detentus in prisona Bristolli pro morte Mabilie Stak' et Dionis' fil' ejus, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Glouc' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Adam Barnefader, captus et detentus in prisona de Bruges pro morte Willelmi de Bromself, unde appellatus est, habet litteras vicecomiti Stafford' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Brianus de Neubol et Petrus de Maddel', capti et detenti in prisona regis de Bruges pro morte Willelmi de Bromself, unde rettati sunt, habent litteras vicecomiti Stafford' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De falconibus regis mutandis et canibus suis.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod sex falcones regis ardearios et quatuor falcones Edwardi filii regis, qui sunt in custodia Radulfi de Erleham', et quos S. de Trop, quondam vicecomes Norhampt', incepit mutare, quamdiu habuit custodiam predicti comitatus, et qui non dum permutati sunt a tempore quo recepit custodiam ejusdem comitatus, mutari faciat apud Geytinton' ; et tribus leporariis regis et duobus leporariis predicti Edwardi inveniat necessaria, videlicet, cuilibet leporario unum obolum per diem et cuidam garcifero, custodi predictorum leporariorum et falconum, inveniat liberacionem suam, scilicet, tres obolos per diem. Et rex, cum sciverit custum illud, in firma predicti comitatus ei faciet allocari. Teste rege apud Wodest' vij. die Junii.

Eodem modo mandatum est eidem vicecomiti de v. girofalconibus regis qui sunt in custodia Henrici de Hauvill' apud Bricstok', et de uno girofalcone et duobus falconibus gentilibus, qui sunt in custodia Gilberti de Hauvill' apud Geitinton' permutandis, et de tribus leporariis regis et de duobus custodibus eorum. Et rex, cum sciverit custum, etc. ut supra.

Pro maiore et civibus Eboraci.—Venit ad regem ex parte civium Eboraci maior ejusdem civitatis, vendicans quasdam libertates forestam regis tangentes per cartas predecessorum regis, regum Anglie, quas protulit coram rege. Et quia non constitit regi de jure suo in premissis, mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in negocio tangente predictos cives coram ipso procedat, judicium prorogans, et certum diem eisdem civibus prefigat, quo coram rege interesse possint, ad audiendum judicium suum tam de negocio illo quam libertatibus memoratis. Teste ut supra.

De quodam vestimento faciendo ad opus cardinalis.—Mandatum est Edmundo de Westmonasterio quod fieri faciat ad opus albi cardinalis unam casulam et tunicam et dalmaticam de albo samitto cum aurifrigiis, fresellis et aliis apparatibus, et unam mitram competentem

1250.

eidem cardinali, quas rex ei transmittere proponit de dono. Et cum rex sciverit custum, breve suum de Allocate ei inde habere faciet. Teste rege apud Wodest' viij. die Junii.

De castro de Pevenes' firmando.—Quia rex proponit firmare castrum suum de Pevenes', mandatum est vicecomiti Sussex' quod omnes illos de balliva sua qui servicia debent ad illum castrum distringat ad illa servicia facienda, secundum quod debent et solent. Teste ut supra.

De catallis que fuerunt Ricardi de Clifford' arestandis.—Quia Ricardus de Clifford' regi tenebatur in pluribus debitis, de quibus executores sui non dum regi satisfecerunt, mandatum est vicecomiti Glouc' quod omnia bona et debita que fuerunt ipsius Ricardi in balliva sua arestari faciat, ita quod predicti executores nullam penitus habeant administracionem de bonis aut debitis que fuerunt ipsius Ricardi, donec de debitis que regi debuit plene fuerit satisfactum. Teste ut supra.

Quia R. de Clifford' regi in pluribus debitis tenebatur, de quibus regi non dum est satisfactum, propter quod vicecomiti Glouc' fuerat demandatum quod omnia bona ipsius defuncti in manum regis caperet, usque ad solucionem debiti memorati, mandatum est W. Wigorniensi episcopo et coexecutoribus testamenti predicti Ricardi, quod de catallis et debitis que fuerunt ipsius defuncti nemini aliquid inde solvant, quousque regi de debito suo plenarie fuerit satisfactum; set omnia catalla et debita predicta integre reserventur usque ad satisfactionem quantitatis pecunie regi debite. Teste ut supra.

Pro Magistro Johanne, persona ecclesie de Witecok'.—Mandatum est Petro de Nevill', forestario de Roteland', quod Magistrum Johannem, personam ecclesie de Whitecok', permittat esse in tali statu in quo fuit antequam G. de Langel' officium justiciarii foreste regis susceperit, usque ad adventum ipsius G. in partes suas. Teste ut supra.

De ornamento capelle liberando albo cardinali.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod ornamenta capelle cum mitra, unde rex ei dixit, liberet Willelmo de Lucy, latori presencium, deferenda ex parte regis albo cardinali, domino suo. Teste ut supra.

Pro Roberto de Legh'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Oxonie fieri precepit, quod quatuor acre terre cum pertinenciis in Sudleye, quas Johannes le Chanceler, qui utlagatus est pro morte Gilberti Smart, tenuit, extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Roberto de Legh', mandatum est eidem vicecomiti quod eidem Roberto de predictis quatuor acris terre plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De denariis liberandis in garderoba regis per vicecomitem Buk'.—Mandatum est vicecomiti Buk' et Bed' quod, sicut se et sua diligit, nullatenus omittat quin habeat coram rege hac instanti die Sancti Barnabe apostoli omnia arreragia que regi debentur de exitibus

1250.

predictorum comitatuum, liberanda in garderoba regis ad opus suum. Teste rege apud Wodest' x. die Junii.

Pro reclusa Sancte Marie de Dam.—Mandatum est thesaurario et camerario Scaccarii Dublin' quod recluse Sancte Marie de Dam habere faciant liberaciones suas de antiqua elemosina predecessorum regis et sua constituta, sicut eas percipere debet ex constitucione predicta. Teste ut supra.

Pro Ivone de Kendal'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Clive habere faciat Ivoni de Kendale, servienti regis, quatuor bonas quercus ad maeremium, cum omnimodis escaetis earundem. Teste ut supra.

Pro servientibus ad arma in castro Windes'.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod quatuor servientibus regis ad arma commorantibus in castro de Windes' in municione ejusdem castri, quorum quilibet capit in die ix. denarios pro stipendiis suis, sine dilacione faciat habere liberaciones suas a festo Omnium Sanctorum anno etc. xxxiiij. usque ad diem Dominicam proximam post festum Sancti Barnabe apostoli, anno eodem, utraque die computata. Et cum rex sciverit quantum ei[s] liberaverit, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Hugone le Franceys.—Rex concessit Hugoni le Franceys, servienti suo, custodiam terre et heredis Alani de Hale, habendam usque ad legitimam etatem predicti heredis, unacum maritagio ejusdem; et mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norht' quod eidem Hugoni de prefata custodia plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

[m. 10.] *Pro Thoma le Franceys.*—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Norf' fieri precepit quod xiij. denarate redditus cum pertinenciis, quas Johannes le Bretun, qui utlagatus fuit pro felonia quam fecit, tenuit in Haill', fuerunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod idem Johannes eundem redditum tenuit de Thoma le Franceys, mandatum est vicecomiti Norf' quod eidem Thome de eodem redditu plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wodest' x. die Junii.

De imaginibus faciendis et de texto regi mittendo.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod imagines lotorii regis, quas pridem rex ei injunxit faciendas, faciat parari, et preciosam casulam regis de samito liniri faciat de diaspera, et textum Annunciacionis Beate Marie perfici faciat, sicut rex ei dixit, et ipsum textum, cum preparatus fuerit, ad regem mitti faciat. Teste ut supra.

Pro priore de Chikesand'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, occasione inquisicionis facte de terris et tenementis que fuerunt in Judaismo tempore J. regis, patris ejus, prior de Chikesand' non disseisiatur de terris vel tenementis suis que habet in Lond' de feodo J. filii Galfridi, justiciarii Hybernie, donec aliud inde a rege receperint in mandatis. Teste ut supra.

Mandatum est Waltero de Avenebur' quod de terris [*unfinished*].

1250.

Pro Warino de Monte Canisio.—Mandatum est Willelmo Trussel, senescallo foreste in comitatu Norht', quod in foresta de Withlewod' faciat habere [Rogero *cancelled*] Warino de Monte Canisio quatuor damos, de dono nostro. Teste ut supra.

Pro Alicia que fuit uxor Ricardi de Burgo.—Mandatum est Petro de Burmingham' quod Alicie que fuit uxor Ricardi de Burgo assignet racionabilem dotem suam de serviciis militum tenencium de Waltero de Burgo, fratre et herede predicti Ricardi, existente in custodia regis, et hoc sine dilacione faciat. Teste rege apud Wodest' xj. die Junii.

Pro Agatha de Ferrariis.—Quia Agatha de Ferrariis, que infra etatem fuit et in custodia regis, per consideracionem curie regis judicata est plene etatis, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod de omnibus terris et tenementis que eam hereditarie contingunt, de porcione terrarum que fuerunt W. Marescalli, quondam comitis Penbr', in Hybernia, unde una heredum est, et que extiterunt in custodia regis racione ipsius Agathe, eidem Agathe plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wodest' xij. die Junii.

Eodem modo mandatum est Waleramo Teutonico pro eadem Agatha de porcione ipsam contingente in Magor. Teste etc. ut supra.

Pro Willelmo Barroc'.—Mandatum est justiciario Cestrie quod Willelmo Barroc' [quod *cancelled*] de terra sua in Petrual talem seisinam habere faciat qualem habuit quando ab eadem recessit fame compulsus. Teste ut supra.

De provisione vini.—Quia rex, Domino disponente, in brevi venturus est usque Norht', mandatum est maiori et ballivis Norht' quod omnibus modis provideant regi de quinque doliis boni vini ; ita quod ea prompta habeant apud Norht' in proximo adventu regis, sicut se ipsos diligunt. Et rex cum sciverit custum, illud eis allocabit. Teste rege apud Wodest' xiiij. die Junii.

De maeremio ad operaciones regis de Geytinton'.—Mandatum est custodi foreste regis de Rokingham' quod in forestis de Selveston' et Geytinton' facias (*sic*) habere custodibus operacionum regis de Selveston' et Geytinton' ad easdem maeremium, ubi ad minus detrimentum ejusdem foreste capi possint, ad prefatas operaciones ibidem perficiendas. Teste ut supra.

De transfretacione Ossoriensis episcopi.—Mandatum est ballivis portus Dovor' quod G. Ossoriensem episcopum cum familia sua in portu predicto libere permittant transfretare. Teste ut supra.

Pro Ardmacano archiepiscopo Hibernie.—Rex concessit R. Ardmacano archiepiscopo quod ad querelas et placita, que ipsum et ecclesiam suam contingunt, de mense in mensem audienda et terminanda habeat justiciarios in Hibernia ex parte regis. Et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod ei taliter justiciarios habere faciat, qui sibi et in querelis et placitis suis predictis debitam exhibeant justiciam. Teste ut supra.

1250.

Pro W. de Ferrariis, comite Dereb'.—Mandatum est justiciariis itinerantibus in comitatu Linc' quod permittant W. de Ferrariis, comitem Dereb', gaudere libertatibus suis, quibus hucusque juste usus est in terris et feodis suis in comitatu predicto. Teste ut supra.

Pro custode hospitalis de Crickelad'.—Mandatum est Johanni de Vernun, custodi foreste de Braden', quod in eadem foresta regis permittat custodem hospitalis Sancti Johannis de Crickelad' habere cheminagium suum, sicut illud habere [debet *cancelled*] solet (*sic*) ante quam G. de Langel' fuisset justiciarius foreste, donec rex inde cum eo habuerit colloquium. Teste ut supra xv. die Junii.

De tradendo per ballium.—Johannes le Chanceler, captus et detentus in prisona regis Oxonie pro morte Gilberti Smart, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Oxonie quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Hybernia de heredibus Mar'.—Cum Margareta, comitissa Linc', que fuit uxor W. Marescalli, quondam comitis Penbr', dotata sit de terris que fuerunt ipsius comitis, quondam viri sui, in Hibernia, scilicet de tercia parte predictarum terrarum integra, per consideracionem curie regis, et assumpta sit illa tercia pars, unde dotata est, de porcionibus hereditatis predicte contingentibus Willelmum de Vesci et Agnetem uxorem ejus, Reginaldum de Moun et Isabellam uxorem ejus, Matillidem de Kyme, Franconem de Boun et Sibillam uxorem ejus, Willelmum de Vallibus et Alienoram uxorem ejus, Johannem de Moun et Johannam uxorem ejus, Agatham de Ferrariis, que est in custodia regis, Rogerum de Mortuo Mari et Matillidem uxorem ejus, unde prenominati participes suis porcionibus penitus sunt destituti; mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod non obstante aliquo contrario mandato regis eis super hoc directo, omnes terras et omnia tenementa, cum feodis et omnibus pertinenciis, que fuerunt predicti comitis Marescalli in Hibernia, et de quibus idem comes fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, excepta dote predicta, que integra remaneat, partiri faciat sine omni dilacione porcionibus convenientibus inter ipsos heredes predicti comitis Marescalli, ita quod unusquisque predictorum heredum, secundum legem terre Hibernie, et secundum magis et minus, suam habeat convenientem porcionem. Et cum inter predictos heredes de predictis terris et tenementis porciones equales fuerint assignate, de porcione contingente Willelmum de Vescy et Agnetem uxorem ejus, assignet Johanni de Moun et Johanne uxori ejus x. libratas terre per racionabilem extentam, sicut prius decem libratas terre habuerunt in Kildar' de porcione eorundem Willelmi et Agnetis, antequam manerium de Kildar' assignatum fuit in dotem prefate comitisse. Et ita se habeat in hac divisione hereditatis et porcionum assignacione, quod nulli predictorum heredum injuria irrogetur, et discrecionis sue diligenciam circa hoc adhibitam debeat commendare. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Mariny.—Ex parte Willelmi de Marini, militis regis, est ostensum quod cum Agnes de Canvill', uxor sua, contra ipsum moveret divorcii questionem coram officiali episcopi Lond',

1250.

qui vices suas officiali archidiaconi Lond' totaliter commisit, qui in ipsa procedens iniquam contra ipsum militem tulit sentenciam diffinitam, a qua ad Cantuariensem archiepiscopum appellavit; qui ad eam rescribens, partibus convocatis coram ipso, causam ipsam examinavit, sicut rex mandavit per literas patentes, prefata Agnes, lite pendente coram predicto archiepiscopo, ipsum Willelmum vi et armis a suis domibus et possessionibus violenter ejecit. Et mandatum est vicecomiti Essex' quod per sacramentum proborum et legalium hominum facta inquisicione de premissis, si rem gestam sic invenerit, tunc ipsum militem de prefatis domibus et possessionibus talem seisinam habere faciat qualem habuit tempore quo lis mota fuit coram archiepiscopo predicto, et ipsum a prefata possessione ante litis decisionem ejici non permittat. Teste rege apud Wodest' xvj. die Junii.

Pro Willelmo de Monte Revelli.—Mandatum est thesaurario et camerariis regis, quod tam in partem debitorum in quibus rex Willelmo de Monte Revelli tenetur pro Fulcone de Castro Novo, unde receperunt breve regis de Liberate continens octies xx. marcarum, ad reddendum ei unam medietatem ad Scaccarium Pasche preteritum et aliam medietatem ad Scaccarium Sancti Michaelis proximo sequens, quam pro solucione annui feodi sui de predicto termino Pasche, et pro dampnis que sustinuit in guerra regis Wasconie, faciat habere eidem Willelmo xl. marcas, ita quod pro omnibus arreragiis suis predictis plus ad presens non recipiat. Teste ut supra.

Pro Eygnon' filio Oeny.—Rex concessit Eygnon' filio Oeny molendinum de Ryn in valle de Cloyt, habendum et tenendum tota vita sua loco xl. solidorum quos prius rex ei concesserat, percipiendum ad Scaccarium regis Cestrie. Et mandatum est justiciario Cestrie quod eidem Eygnon' de prefato molendino plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Postea per eadem verba mandatum fuit A. la Zusch', justiciario Cestrie, apud Glouc'.

Hybernia de moneta.—Mandatum est thesaurario et camerariis Hibernie de Dublin', quod amodo non recipiant aliquam pecuniam ad Scaccarium regis Dublin', nisi per pondus; ita quod libra quam receperint ponderet libram recti et legalis ponderis, donec rex novam monetam ibidem miserit. Teste ut supra.

Pro Albreda que fuit uxor Humfridi de Montibus.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norht' quod de omnibus terris et tenementis que Humfridus de Montibus tenuit de rege in capite in comitatu predicto, et de quibus fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, Albrede que fuit uxor ipsius Humfridi racionabilem dotem suam assignent. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Waukfelwod' faciat habere Willelmo de Ferrariis, comiti Dereb', quatuor quercus, de dono regis. Teste rege apud Wodest' xvij. die Junii.

1250.

Pro comite Dereb'.—Mandatum est Willelmo Trussel, senescallo foreste in comitatu Norht', quod districtionem quam facit in feodo Willelmi de Ferrariis, comitis Dereb', in balliva sua pro expeditacione canum ponat in respectum usque ad reditum G. de Langel' de partibus borealibus. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Ricardo Fillol, senescallo foreste regis in comitatu Essex', pro eodem comite.

Pro burgensibus Oxonie.—Burgenses Oxonie solverunt in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, apud Wodest' in crastino Sancti Barnabe apostoli quater xx. marcas, per quas finem fecerunt cum rege pro pluribus transgressionibus et maxime pro transgressione facta Ademaro de Lezignan, fratri regis ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos de eisdem iiij^{xx} marcis quietos esse faciant. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Hugo de Gastero, captus et detentus in prisona Glouc' pro morte Mabilie Stoc, Dionis' fil' ejus et Cecilie filie Dionis', unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Glouc' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De vinis Willelmi de Monte Revelli.—Mandatum est Roberto de Dacre quod Ernaldum Marcather, hominem Willelmi de Monte Revelli, permittat habere xxv. dolia vini, que sunt in navi que vocatur *Champen'* de Dunewico apud Sanctum Botulfum, quieta de prisa regis, ad faciendum inde comodum suum. Teste ut supra apud Wodest' xix. die Junii.

Pro Johanne Ruffardi.—Mandatum est Ernaldo Geraudun, camerario Lond', quod de c. doliis vini, que Johannes Ruffardi habet in Lond', capiat ad opus regis xx. dolia vini, et de residuis iiij^{xx} doliis ipsum Johannem comodum suum prout voluerit facere permittat. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Rogerus filius Matillidis de Newent' et Johannes le Clerc, capti et detenti in prisona regis Norht' pro morte Galfridi filii Arnaldi, unde appellati sunt, habent litteras regis vicecomiti Norht' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Buk' quod si Willelmus filius Mathei de Botteclaidon', captus et detentus in prisona regis de Ailesbur' pro transgressione foreste, invenerit ei xij. legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu predicto, ad standum inde recto coram eisdem, tunc ipsum Willelmum illis xij. tradat in ballium, ut predictum est. Teste etc.

De damis datis abbati Westmonasterii.—Mandatum est Johanni filio Nigelli quod in foresta regis de Bernewod' [quod *cancelled*] abbati Westmonasterii faciat habere octo damos, quos rex ei concessit per cartam suam singulis annis contra festum ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

1250.

Pro servientibus Flandrie.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod inveniant [servientibus Flandrensibus *cancelled*] quatuor decim servientibus regis Flandrensibus qui morantur Lond', credenciam racionabiliter ad se ipsos sustentandos usque in tres septimanas ab instanti festo Sancti Johannis Baptiste, et rex de credencia illa eis respondebit in illis c. marcis, quas regi habere faciant, sicut rex eis mandavit. Teste ut supra.

Pro comite Dereb' de vinis.—Mandatum est Roberto de Dacre quod de centum doliis vini que Reymundus de Kinzac duxit ad nundinas Sancti Botulfi ad opus regis xxx[a] dolia de melioribus vinis illis capiat ; residuum vero W. de Ferrariis, comiti Dereb', integre dimittat. Teste rege apud Farend' xx. die Junii.

Pro Waltero Achard'.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario suo Hibernie, quod Walterum Achard' et Walterum filium ejus in servicio nostro in Hibernia retineat ad vadia, sicut prius ; et eisdem pro arreragiis vadiorum suorum aliquam recompensacionem faciat, ne rex inde peticionem habeat. Teste ut supra.

Pro Joele de Stokes.—Rex dedit Joeli de Stokes, servienti regis, domum illam cum pertinenciis, que fuit Jacobi, Judei, in Exonia, et placeam illam cum pertinenciis que fuit Annoti, Judei, in eadem villa, que sunt escaeta regis. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod eidem Joeli de eisdem domo et placea cum pertinenciis plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Merleberge xxij. die Junii.

De vaccis Willelmi de Valencia.—Mandatum est G. de Langel', justiciario [Hibernie *cancelled*] foreste, quod amoveri faciat a foresta regis de Wiredal' illas cc. et xx. [marcas *cancelled*] vaccas cum earum exitu, quas rex mandavit quod permitteret W. de Valencia habere ad pasturam in foresta predicta ; ita quod eas esse faciat ad pasturam in aliqua alia foresta regis, ubi ad minus detrimentum foreste fieri possit. Teste ut supra.

De placitis ecclesie de Kilgaran.—Quia rex intellexit ex testimonio fidedignorum quod placita de patronatu ecclesie de Kilgaran teneri semper consueverunt in comitatu Penbr', mandatum est W. de Cantilupo juniori quod in curia W. de Valencia de Penbr' jus suum, si quod habet in advocacione ecclesie predicte, prosequatur. Teste ut supra per ipsum regem.

Eodem modo mandatum est abbati Sancti Domuelis. Teste ut supra.

De domibus apud Bristollum liberandis.—Quia cuneus regis amovetur a villa Bristolli, nec amplius ibidem moneta fabricatur, mandatum est maiori et ballivis Bristolli, quod domos in quibus monetarii regis manserunt ad monetam fabricandam, illis quorum domus ille sunt sine dilacione faciant deliberari, ne iteratus inde clamor audiatur. Teste rege apud Merleberge xxiiij. die Junii.

Pro fratribus hospitalis Sancti Johannis Oxonie.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod reddi faciat fratribus hospitalis Sancti Johannis

1250.

extra portam orientalem Oxonie, quamdiu villa regis Oxonie fuerit in manu et in custodia sua, elemosinam constitutam, sicut eam percipere consueverunt temporibus quibus villa illa fuit in manibus burgensium regis, una cum arreragiis eis inde debitis de tempore custodie sue. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Kinton'.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod, quamdiu Willelmus de Kinton' fuerit viridarius regis in foresta de Feckenham, ipsum non ponat in assisis, juratis vel recognicionibus aliquibus. Teste rege apud Merl' xxvj. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Dene quod in eadem foresta in [aptiori *cancelled*] competenti loco ejusdem faciat habere Fratribus Predicatoribus Bristolli quatuor quercus ad maeremium, cum omnibus escaetis suis, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 9.] *Pro Fratribus Predicatoribus de Wylton'.*—Mandatum est J. de Vernun, senescallo foreste regis de Selewod', quod illa xx. fusta que Willelmus Mauduit dedit Fratribus Predicatoribus Wilton' in bosco suo, qui est infra metas foreste regis predicte, ipsos fratres libere extrahere et abducere quo voluerint sine inpedimento et occasione cheminagii permittat. Teste rege apud Merleberge xxvj. die Junii.

De quercubus ad operaciones regis de Eboraco.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Longwath' faciat habere vicecomiti Eboraci xl. quercus ad maeremium, ad operaciones regis Eboraci inde faciendas. Teste rege apud Merleberge xxviij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem G. quod in foresta regis de Salceto faciat habere Philippo Luvel x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Philippo Luvel.—Rex perdonavit eidem Philippo transgressionem quam fecit capiendo unam damam et unam bissam in foresta regis de Shirewod' in transitu suo per eandem ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum Philippum ob capcionem illam coram ipso non occasionet. Teste ut supra.

Pro Thoma Harang'.—Mandatum est baronibus de Scaccario et justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis quod si Thomas Harang' invenerit eis xij. bonos plegios qui eum manucapiant habere coram rege in quindena Sancti Michaelis, ad respondendum de usura unde irretitus est, tunc ipsum Thomam cum omnibus bonis et catallis suis predictis xij. committant in [ballium *cancelled*] plevinam, ut predictum est ; et habeant ibi hoc breve. Teste ut supra.

Pro Lumbardo de Crickelad', Judeo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, accepta sufficienti securitate a Lumbardo de Creckelad' de tribus marcis auri ad opus regis, tunc ipsum Lumbardum captum pro retonsione monete, unde rettatus

1250.

est, a prisona deliberent, et catalla sua omnia ipsum habere permittant. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Johannes de Whytel' et Willelmus, frater ejus, capti et detenti in prisona de Abbend' pro morte Simonis Boldric', unde rettati sunt, habent litteras vicecomiti Berk' quod ponantur per ballium. Teste rege apud Merleberge xxx. die Junii.

Pro Alexandro, scriptore de Smethefeud.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod diligentem faciant inquisicionem si Alexander, scriptor de Smethefeud', captus et detentus in prisona regis de Neugate pro insultu facto in B. Cantuariensem archiepiscopum et suos in prioratu Sancti Bartholomei de Smethefeud' culpabilis sit de insultu illo nec ne; et si per inquisicionem illam invenerint quod inde culpabilis non sit, tunc ipsum Alexandrum ad mandatum R. Cycestrensis episcopi a prisona qua detinetur deliberari faciant. Teste ut supra.

De judicio Abrahe de Berchamsted'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod cum justiciarii regis ad custodiam Judeorum assignati eis scire facient, accedant ad eos et omnes querelas tangentes Abraham de Berchamsted' audiant et eas sentencia judiciali terminent, reservato tamen regi judicio de vita vel membris, vel abjuracione regni regis, si cui talium meritis suis exigentibus de jure debeat subjacere. Teste rege apud Merleberge primo die Junii.

Pro Waltero filio et herede Saeri de Wahull'.—Quia rex cepit homagium Walteri filii et heredis Saheri de Wahull' de omnibus terris et tenementis que idem Saerus tenuit de rege in capite, mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norht' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Saeri in comitatu predicto, et que occasione mortis predicti Saeri ceperunt in manum regis una cum omnibus exitibus earundem, eidem Waltero plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Merleberge secundo die Julii.

De quercubus ad opera regis de Divisis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Melkesham faciat habere constabulario regis de Divisis l[a] quercus ad pontes et alias operaciones, quas rex ei injunxit, faciendas in castro predicto. Teste ut supra.

Pro hominibus regis de Gillingham.—Mandatum est J. de Vernun, senescallo foreste de Gillingham, quod districtionem quam facit hominibus regis de Gillingham de expeditacione canum suorum ponat in respectum usque in xv. Sancti Michaelis, et quod ipsos homines super hoc vexari interim non permittat. Teste ut supra.

Pro Reymundo Makeyn, civi Burdegale.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de primis denariis provenientibus de Judaismo nostro, faciant habere civi regis de Burdegala, Reymundo Makeyn, dcciij[xx] et xij. marcas, in quibus rex ei tenetur de pluribus debitis, videlicet, unam medietatem ad Scaccarium Sancti

1250.

Michaelis anno etc. xxxiiij., et aliam medietatem ad Scaccarium Pasche proximo sequens, receptis ab eodem Reymundo litteris regis patentibus in ultimo pacamento, quas penes se habet de summa debiti predicti. Et hoc nullatenus omittant. Teste rege apud Merleberge iij. die Julii.

[*Cancelled. Quia aliter inferius.*]

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Whitlewod' faciat habere dilecto et fideli nostro R. comiti Wintonie duos damos, de dono regis. Teste rege apud Lutegarshal' iiij. die Julii.

Pro Petro Everard'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri rex (*sic*) precepit quod Ricardus de Neuport percussus fuit non ab aliquo homine set a quodam equo suo, ita quod statim obiit, mandatum est vicecomiti Norht' quod omnes merces et omnia catalla Petri Everard', que occasione ipsius mortis fecit arestari, eidem Petro sine dilacione liberari faciat. Teste ut supra.

De operacionibus Turris London'.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio et constabulario Turris Lond' quod de lx. marcis quas vicecomites Lond' eis liberabunt per preceptum regis, cameram regis cum [turella *cancelled*] oriolo et deambulatorio in circuitu super acquam versus orientem juxta capellam regis in predicta Turri regis reparari faciant, ubi indiget, et plumbari, et cameram privatam fieri ibidem, citra festum Sancti Michaelis, per visum et testimonium legalium hominum. Teste rege ut supra v. die Julii.—*Plus habetur inferius.*

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Chippeham faciat habere Roberto Walerand' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem G. quod in foresta regis de Rokingham faciat habere J. de Plessetis, comiti Warr', tres damos, do dono regis. Teste ut supra.

De casula regis perficienda.—Mandatum est E. de Westmonasterio, clerico regis, quod preciosam casulam regis, que est in faciendo, perfici faciat citra festum Sancti Edwardi. Teste ut supra.

De compoto reddendo in Wasconia.—Mandatum est Drogoni de Barentin et Willelmo de Boeles per literas diversas quod sint in festo Assumpcionis Beate Marie proximo sequentis (*sic*) in Wasconia ad reddendum compotum suum Simoni de Monte Forti, comiti Leyc', de tempore quo fuerunt senescalli regis Wasconie. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Waltero de Arundell'. Teste etc.

De ponendo per ballium.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod si Adam le Brun, Willelmus le Paumer et Rogerus filius Ernaldi, detenti in prisona regis de Bruges pro transgressione foreste, invenerint ei xij. legales homines qui eos manucapiant habere coram justiciariis proximo itineraturis in comitatu predicto, ad standum etc., tunc

1250.

ipsos illis xij. tradat in ballium. Teste rege apud Lutegarhal' vj. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in Foresta Nova regis faciat habere Guidoni de Rupe Forti duos damos, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam [viij. die Julii *cancelled*]. Postea muta (*sic*) fuit data in anno xxxvj., ij°. die Junii.

Pro W. Wintoniensi episcopo et hominibus suis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod venerabilem patrem W. Wintoniensem episcopum et homines suos in comitatu Norhampton' de expeditacione canum suorum permittat esse in pace, sicut solent esse, usque ad festum Sancti Eduuardi. Teste ut supra.

De quercubus ad operaciones de Merleberg'.—Mandatum est Avicie de Columbariis, custodi foreste regis de Cette, quod in eadem foresta faciat habere constabulario de Merleberge xl. quercus ad maeremium, ad operaciones castri regis ibidem, que rex ei injunxit, inde faciendas. Teste ut supra.

De cindulis ad opera de Lutegarshal'.—Mandatum est constabulario regis de Divisis quod in forestis regis que sunt in balliva sua faciat habere constabulario regis de Lutegarshal' x. milia scindularum ad operaciones regis de Lutegarshal', que ei injunximus, faciendas. Teste ut supra.

Pro executoribus Thome de Windesor'.—Mandatum est H. de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Dorset' quod executores testamenti Thome de Windesor' permittant habere liberam administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius Thome, ad execucionem testamenti sui inde faciendam, accepta ab eis securitate quod de primis bonis ipsius defuncti regi satisfacient de debitis, si in aliquibus regi tenebatur. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Bernewod' faciat habere Willelmo de Cantilupo seniori, tres damos, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam ix. die Julii.

Hybernia. De executoribus Ricardi de Burgo.—Quia Ricardus de Burgo tenebatur regi in c. marcis de arreragiis d. marcarum quas regi annuatim solvere consuevit ad Scaccarium nostrum Dublin' pro terra quam idem Ricardus de rege tenuit in Kunnok', mandatum est Petro de Burmigham' et aliis coexecutoribus suis testamenti predicti Ricardi, quod predictas c. marcas regi ad idem Scaccarium sine dilacione reddi faciant. Quod nisi fecerint, mandatum est justiciario Hibernie quod ad hoc faciendum ipsos, si necesse fuerit, compelat. Teste ut supra apud Wintoniam ix. die Julii.

Pro hominibus de Basingstoc'.—Mandatum est custodi foreste regis de Pembergh' quod demandam quam facit hominibus de

1250.

Basingstok' de expeditacione canum suorum ponat in respectum usque in xv^{nam} Sancti Michaelis. Teste ut supra.

De tradendo per ballium.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod si Walterus Burdun', captus et detentus in prisona Wintonie pro transgressione foreste, unde irretitus est, invenerit ei xij. legales homines qui eum manucapiant habere coram justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu predicto, ad standum recto etc. tunc ipsum Walterum tradat in ballium predictis xij. Teste rege apud Wintoniam xj. die Julii.

Pro Magistro milicie Templi.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod catalla que fuerunt Henrici Goscelin, qui abjuravit regnum Anglie pro morte hominis, et que sunt in manu regis, per sacramentum proborum et legalium hominum appreciari faciat ; et cum appreciata fuerint illa habere faciat Magistro milicie Templi in Anglia usque ad adventum justiciariorum regis ad partes illas, ut tunc de catallis illis regi respondeat, prout inde respondere debebit. Teste ut supra.

Pro hominibus regis de Aulton'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districtionem quam facit super homines regis de Aulton' pro expeditacione canum suorum ponat in respectum usque ad festum Sancti Eduuardi proximo futurum. Teste ut supra.

De una quercu data.—Mandatum est senescallo Nove Foreste quod in bosco de Godeshill' faciat habere Johanni de Brumore unam bonam quercum ad molendinum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Willelmo de Langel', custodi foreste regis de Whicchewod', quod in eadem foresta faciat habere priori de Hurle duas quercus, de dono regis. Teste ut supra.

De denariis regi mittendis.—Mandatum est H. de Wengham quod centum marcas, quas habet de exitibus abbacie Salopie, regi sine dilacione mittat. Teste ut supra.

Pro hominibus abbatis Westmonasterii.—Mandatum est Johanni filio Nigelli quod demandam, quam facit hominibus abbatis Westmonasterii pro expeditacione canum suorum, ponat in respectum usque in quindenam Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in Nova Foresta faciat habere Alienore comitisse Leyc' decem damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Farendon'.—Mandatum est Johanni de Cormailles, senescallo foreste de Axiholt, quod districtionem, quam facit R. Exoniensi episcopo et hominibus suis de Farendon' pro expeditacione canum suorum, ponat in respectum usque ad quindenam Sancti

1250.
Michaelis, anno etc. xxxiiij^{to}. Teste rege apud Wintoniam xij. die Julii.

Pro Alicia, nutrice Edwardi filii regis.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Waltham quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Alicie, nutrici Edwardi filii regis, medietatem unius dolii vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Geres.—Rex concessit Johanni de Geres catalla que fuerunt Willelmi filii Ricardi de Denton', utlagati, per precium illud ad quod catalla illa fuerunt appreciata coram justiciariis regis ultimo itinerantibus in comitatu Linc'; ita quod de precio illo regi respondeat ad Scaccarium suum Michaelis proximo futurum. Et mandatum est predicto vicecomiti quod, accepta ab eodem Johanne securitate de predicto precio regi reddendo ad terminum predictum, eidem Johanni de predictis catallis, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro hominibus de Pidinton'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districtionem, quam facit super homines regis de Pidinton' in comitatu Oxonie pro expeditacione canum suorum ponat in respectum usque ad festum Sancti Edwardi. Teste ut supra.

Pro hominibus de Suhampt'.—Mandatum est vicecomiti Suhampton' quod faciat habere hominibus regis de Suhampt' returnum brevium regis, sicut illud habere consueverunt. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Bere quod in foresta regis de Bere juxta Wintoniam faciat habere Stephano Fromund' sex quercus ad maeremium cum escaetis, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ermengard' que fuit uxor Roberti de Herdewic'.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Cantebr', quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Roberti de Herdewic' in comitatu predicto, et que ceperunt in manum regis, Ermengarde que fuit uxor ipsius Roberti racionabilem dotem assignari faciant. Teste rege apud Wintoniam xiij. die Julii.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod faciat habere P. Chaceporc' duos damos in foresta de Dene, et duos damos in foresta de Selewod', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est Willelmo filio Warini, senescallo foreste de Fekeham, quod in eadem foresta regis faciat habere Magistro Simoni de Wauton' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De maeremio ad castrum de Bruges.—Mandatum est Galfrido filio Warini quod in foresta regis de Shirlet [Kynefar' *cancelled*] faciat habere Roberto de Grendon', vicecomiti regis Stafford' et Salopie, maeremium per visum forestariorum et viridariorum ejusdem foreste, ad reparacionem domorum regis in castro de Bruges'. Teste ut supra.

1250.

Pro Godefrido de Lyston'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod demandam, quam facit Godefridum de Lyston' forestam regis tangentem, ponat in respectum usque ad xv^{nam} Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. Teste ut supra.

De lana abbatis de Morgan arestanda.—Mandatum est maiori et ballivis Bristolli quod totam lanam quam mercatores de Gaunt duci facient usque Bristollum, et quam ipsi mercatores emerunt de abbate de Morgan, arestari et ad opus regis salvo custodiri faciant, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro hominibus de Suhampt'.—Mandatum est custodi foreste de Bere extra Wintoniam quod districtionem, quam facit hominibus regis de Suhampt' pro expeditacione canum suorum, ponat in respectum usque in xv^{nam} Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij^{to}. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Johanni de Venoyz, custodi foreste regis de Axyholt, quod in eadem foresta regis faciat habere Willelmo de Clare, valletto regis, duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

[m. 8] *De quercubus ad operaciones castri Wintonie.*—Mandatum est custodi foreste regis de la Bere quod in eadem foresta faciat habere Magistro Gerardo, carpentario regis, xl. quercus ad operaciones regis in castro Wintonie inde faciendas. Teste rege apud Wintoniam xvj. die Julii.

Pro hominibus regis de Iwode.—Mandatum est Johanni de Cormayles, senescallo foreste regis in comitatu Suhampton', quod districtionem, quam facit hominibus regis de Iwode pro expeditacione canum suorum, ponat in respectum usque ad xv^{nam} Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Johanni de Venoyz, custodi foreste regis de Axiholt, quod in eadem foresta faciat habere Fratribus Predicatoribus Wintonie quinque robora ad focum suum, de dono regis, cum omnibus escaetis suis. Teste rege apud Wherewell' xvij. die Julii.

Pro Willelmo de Gardinis.—Rex perdonavit Willelmo de Gardinis illos l^{a} solidos, quos Gilbertus le Bret debuit Abecoc et fratribus suis, filiis Urselli, Judei Wintonie, et qui ab eodem Willelmo exiguntur racione custodie terre et heredis ipsius Gilberti, quam habet de dono regis ; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictum Willelmum et predictum heredem de predictis l. solidis quietos esse faciant. Teste ut supra.

De una campana facienda.—Mandatum est Edwardo filio Odonis quod de metallo quod est in custodia sua unam campanam fieri faciat majorem hiis quas fieri fecit anno preterito, et si metallum illud non sufficiat ad illam faciendam, metallum quantum deerit Lond' vel

1250.

alibi emat, quia rex non vult quod aliqua de veteribus campanis frangatur propter aliquem metalli defectum, et provideat quod campana illa fiat citra festum Beati Edwardi. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi ballive [foreste *cancelled*] Ricardi de Wrotham in comitatu Sumers' quod in eadem balliva faciat habere Henrico de Bratton' duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Thoma de Pouton', serviente regis.—Mandatum est Roberto de Muscegros quod Thomam de Poulton', servientem regis, retineat in servicio regine ad vadia regis, vij. denarios et obolum per diem. Teste rege apud Clarend' xviij. die Julii.

Pro Elena de Percy et hominibus suis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod omnes demandas Elenam de Percy et homines suos contingentes pro foresta regis ponat in respectum usque in xv^{nam} Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. Teste ut supra.

Pro executoribus Roberti de Lexinton'.—Quia executores testamenti Roberti de Lessinton' manuceperunt coram rege quod regi satisfacient de precio bladi instantis autumpni quod idem Robertus seminari fecit in manerio de Bere, quod idem Robertus tenuit de rege ad feodi firmam, si bladum illud regi debeat remanere, mandatum est vicecomiti Dorset' quod, non obstante precepto quod rex nuper ei fecit de blado illo colligendo ad opus regis, permittat Reginaldum, quondam ballivum ejusdem Roberti in manerio predicto, bladum illud colligere, donec discussum fuerit utrum regi an predicto defuncto debeat remanere. Teste rege apud Clarend' xix. die Julii.

Pro executoribus Petri Pictavensis.—Mandatum est Henrico de Wengham et coescaetori suo in comitatu Sumerset' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Petri Pictavensis quod solvent regi debita, si que idem Petrus regi debebat, permittat eosdem executores habere liberam administracionem de omnibus bonis et catallis que sua fuerunt in comitatu predicto, ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Pro Agnete que fuit uxor Petri Pictavensis.—Mandatum est H. de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Sumerset' quod de omnibus terris et tenementis de quibus Petrus Pictavensis fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit, et que sunt in manu regis et in custodia sua, Agneti que fuit uxor predicti Petri racionabilem dotem assignari faciant. Teste ut supra.

Pro Godefrido de Lyston'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod districtionem, quam facit ad mandatum G. de Langel', justiciarii foreste, super Godefridum de Lyston' de hiis que tangunt forestam regis in comitatu Eboraci, de tempore quo fuit forestarius regis in comitatu predicto, ponat in respectum usque ad xv. Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij.; et averia sua hac occasione capta ei deliberari faciat. Teste ut supra.

1250.

De quercubus ad operaciones de Scardeburg' et Pikering.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in haya de Scalleby faciat habere Roberto de Crepping', vicecomiti Eboraci, xx. quercus ad domos castri regis de Scardeburg' faciendas et emendandas ; faciat etiam habere eidem vicecomiti in foresta regis de Pikering' x. quercus ad domos castri regis de Pikering' reparandas. Teste ut supra.

Pro executoribus Stephani de Baiocis.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Wyltes' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Stephani de Baiocis quod solvent regi debita, si que idem Stephanus regi debebat, permittant eosdem executores habere liberam administracionem de omnibus bonis et catallis que sua fuerunt in comitatu predicto, ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra.

Pro Thoma Corbet.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod allocent Thome Corbet, quondam vicecomiti regis Salopie et Stafford', in proficuis eorundem comitatuum id quod ei restat allocandum, de tempore quo fuit proficuarius predictorum comitatuum, sicut aliis vicecomitibus regis per tantum temporis allocari consuevit. Et quia castra regis in custodia ipsius Thome existencia per idem tempus minus bene custodivit, et c. marcas, quas in reparacione predictorum castrorum posuisse debuit per breve regis de computate, non apposuit, mandatum est eisdem baronibus quod ab eodem Thoma bonam securitatem recipiant quod de predicta transgressione regi satisfaciet ad mandatum regis. Teste ut supra.

Pro Bertramo de Crioill'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Suht' fieri fecit, quod Johannes de Benneng', utlagatus pro felonia, tenuit tres virgatas terre cum pertinenciis in Odiham' de Thoma de Benneng', qui infra etatem est et in custodia B. de Crioyll', et idem Thomas tenuit de abbate de Certes', mandatum est Godefrido de Lyston' quod eidem B. de prefata terra ad opus predicti Thome plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Clarend' xxij. die Julii.

Pro hominibus de Chippeham'.—Mandatum est J. de Vernun, senescallo foreste regis de Chippeham', quod districtionem, quam facit hominibus Galfridi Gascelin de Chippeham' pro expeditacione canum suorum, ponat in respectum usque ad xv. Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. Teste ut supra.

De quercubus ad quandam domum apud Clarendon'.—Mandatum est Roberto de Stopham, ballivo de Clarendon', quod in foresta regis de Clarendon' faciat habere Magistro David, carpentario regis, x. quercus ad quandam domum in manerio regis de Clarendon inde construendam, ad opus operariorum regis de Clarendon. Teste ut supra.

De tradendo in ballium pro foresta.—Mandatum est vicecomiti Sumerset' quod, si Johannes de Ashull', captus et detentus in prisona regis de Ivelcestria pro transgressione foreste regis de Recchich', unde

1250.

rettatus est, invenerit ei xij. etc. qui eum manucapiant habere coram justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste etc. tunc ipsum illis xij. tradat in ballium. Teste ut supra.

De ccc. marcis ad operaciones Westmonasterii.—Mandatum est W. de Haverhull' et Edwardo de Westmonasterio quod mutuo aut alio modo, prout melius poterunt, perquirant ccc. marcas, et eas liberent custodibus operacionum ecclesie Westmonasterii ad fabricam ejusdem ecclesie, ita quod pro defectu pecunie fabrica illa non remaneat. Teste rege apud Clarend' xxiiij. die Julii.

Pro abbate Westmonasterii.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod quamdiu terra Rogeri de Derneford' fuerit in manu regis, et quam habet in custodia sua, faciat habere abbati Westmonasterii annuum redditum ei inde debitum, una cum arreragiis redditus predicti. Teste ut supra.

Pro civibus regis Eboraci.—Mandatum est G. de Langel', justiciario suo foreste, quod omnia negocia tangencia cives regis Eboraci de foresta ponat in respectum usque a die Sancti Michaelis in xv. dies, quia eundem diem rex eis prefixit, quo coram eo comparebunt, et cartam libertatis eis concesse ostendent, et averia sua occasione foreste capta interim deliberet, et ipsos cives permittat interim sine inpedimento uti pastura sua in foresta de Galtres et alibi, sicut antea uti consueverunt. Teste ut supra.

De assensu eleccionis, de seisina habenda.—Rex eleccioni facte de Magistro Florencio, quondam cancellario Tuamensis ecclesie et subdiacono domini pape in archiepiscopum Tuamensem, regium assensum adhibuit et favorem. Et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod de predicto archiepiscopatu et omnibus terris et possessionibus ad eundem archiepiscopatum pertinentibus eidem Magistro Florencio plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Clarend' xxv. die Julii. Et habet inde litteras patentes omnibus etc., quod ei tamquam domino suo intendant etc.

De ponendo per ballium pro foresta.—Willelmus le Colier, Radulfus atte Brugeend', et Johannes Arun, detenti in prisona Norht' pro transgressione foreste regis de Geytinton', unde rettati sunt, habent litteras regis vicecomiti Norht' quod ponantur per ballium usque ad adventum justiciariorum proximo itineraturorum ad placita foreste in eodem comitatu. Teste ut supra.

De capiendo petram ad operaciones Notingham'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat custodes operacionum castri regis de Notingham capere petram ad easdem operaciones in quarrera regis extra Notingh', prout necesse habuerint. Teste ut supra.

De quercubus ad operaciones Not'.—Mandatum est eidem G. quod in haia regis de Willeye faciat habere vicecomiti Notingh' xx. bonas quercus ad maeremium, et ad capita facienda ad opus camere regis in castro de Notingh'. Teste ut supra.

1250.

De mutuo vini facto Roberto de Mares.—Mandatum est custodibus vinorum regis Norhampton' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Roberto de Maris unum dolium vini de prestito, ita quod pro illo regi reddat unum aliud dolium apud London'. Teste rege apud Clarendon' xxvj. die Julii.

Pro Roberto de Stopham'.—Mandatum est custodibus arche Judeorum et cyrographariis Eboraci quod cartam, que fuit Hugonis de Lelay, que est sub custodia sua in archa predicta, et que Josceo nepoti Aaron et Mosseo filio Urselli, Judeis de Eboraco, commissa fuerat titulo pignoris pro quadam terra quam Robertus de Stopham, vadlettus regis, emerat a predicto Hugone in Weston' pro xv. marcis, sine dilacione extrahi, et presencium latori ad opus ejusdem Roberti liberari faciant, quia rex eidem Roberto pecuniam illam, pro qua eadem carta detinetur, perdonavit. Teste ut supra.

De j. dolio vini dato.—Mandatum est Roberto de Dacre quod de vinis regis que sunt apud Suhampton' faciat habere Juliane, domicille regine, uxori Willelmi de Albiniaco, unum dolium vini, de dono regis. Teste rege ut supra.

[m. 7.] *Pro Willelmo Chubbe.*—Rex dedit Willelmo Chubbe, servienti suo, domum illam cum pertinenciis in parochia de Colecherch' in London', que fuit Abrahe de Berchamsted', Judei ; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod eidem Willelmo de predicta domo cum pertinenciis plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Clarendon' xxviij. die Julii.

Pro Perino Teutonico.—Similiter rex dedit Perino Teutonico, istrioni suo, domum illam cum pertinenciis in parochia Sancti Laurencii Lond', que fuit predicti Abrahe ; et mandatum est predictis justiciariis etc. ut supra.

Pro communitate comitatus de excessu xl. librarum.—Rex bene vult quod illa summa pecunie que excedit xl. libras, ad quas communitas comitatus [predicti *cancelled*] Wiltes' amerciatus (*sic*) fuit pro falso judicio, cedat in subsidium ejusdem communitatis de fine centum librarum facto coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu predicto pro pulcre placitando ; et corpora assessorum et collectorum predictarum xl. librarum habeat coram rege in octabis Sancti Michaelis, ubicumque etc., ostens' quare plus quam xl. libras super prefatam communitatem assederunt, et colligere presumpserunt, sicut per ratiocinia ab eis reddita apparet. Teste ut supra.

Pro Philippo Luvel, de damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Witlewod' quod in eadem foresta faciat habere Philippo Luvel tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus ad operaciones regis de Gillingham'.—Mandatum est Johanni de Vernun, senescallo foreste regis de Gillingham', quod in eadem foresta faciat habere Magistro David, carpentario regis, l^{a} quercus ad maeremium, ad operaciones regis in manerio suo de

1250. Gillingham' inde faciendas. Teste rege apud Gillingham' xxxj. die Julii.

De wrecco de Hethe capiendo in manum regis.—Mandatum est [vicecomiti Kancie *cancelled*] ballivo Quinque Portuum quod illa tria dolia vini, que barones portus regis de Hethe nuper ceperunt de wrecco maris in portu predicto, in manum regis capiat et salvo retineat ; et cum aliquod wreccum in portu illo acciderit, decetero ad opus regis capi et reservari faciat, ita quod predicti barones nullam inde seisinam optineant. Teste ut supra.

Hibernia, de cervis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Slefcho in Hibernia, quod in eadem foresta faciat habere Waltero de Burgo, valetto regis, iiij^{or} cervos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro monialibus de Shaftesbur'.—Mandatum est Johanni de Vernun, senescallo foreste regis de Gillingham, quod permittat abbatissam et conventum Sancti Edwardi de Schaftesbir' habere duo summagia ad mortuum boscum in predicta foresta usque ad quindenam Sancti Michaelis instantis, sicut habere consueverunt. Teste ut supra.

De escaetore in comitatu Hertford'.—Robertus de Ros constitutus est escaetor regis, loco Simonis de Furnell', defuncti, in comitatu Hertford', qui prestito sacramento etc. Teste ut supra.

De cervis et damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Den' quod in eadem foresta faciat habere R. le Bigod, comiti Norff' et Marscallo Anglie, duos cervos et tres damos, de dono regis, Teste ut supra.

Pro decano et canonicis Sarisburiensibus.—Mandatum est Roberto de Stopham, ballivo de Clarend', quod districtionem, quam facit super decanum et canonicos Sarisburienses et eorem homines pro expeditacione canum suorum, ponat in respectum usque ad xv. Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. Teste ut supra.

Pro hominibus de Claverl' et de Woreford'.—Mandatum est Galfrido filio Warini, senescallo foreste regis de Morf', quod in eadem foresta permittat homines regis de Claverl' et homines de Worefeud', per visum forestariorum regis, habere husbote et heybote, sicut retroactis temporibus habere consueverunt. Teste rege apud Shireburn' primo die Augusti.

Pro averiis regis de Gillingham.—Mandatum est custodi foreste de Gillingham, quod proprios boves et proprias vaccas regis manerii sui de Gillingham' et alia minuta averia nostra ibidem, ubi prius pergere solebant in foresta predicta, amodo pasci permittat usque ad xv. Sancti Michaelis proximo futuram. Teste ut supra.

Pro magistro Templi de damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Roteland' faciat habere magistro milicie Templi in Anglia sex damos de x. damis quos singulis

1250.

De mutuo vini facto Roberto de Mares.—Mandatum est custodibus vinorum regis Norhampton' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Roberto de Maris unum dolium vini de prestito, ita quod pro illo regi reddat unum aliud dolium apud London'. Teste rege apud Clarendon' xxvj. die Julii.

Pro Roberto de Stopham'.—Mandatum est custodibus arche Judeorum et cyrographariis Eboraci quod cartam, que fuit Hugonis de Lelay, que est sub custodia sua in archa predicta, et que Josceo nepoti Aaron et Mosseo filio Urselli, Judeis de Eboraco, commissa fuerat titulo pignoris pro quadam terra quam Robertus de Stopham, vadlettus regis, emerat a predicto Hugone in Weston' pro xv. marcis, sine dilacione extrahi, et presencium latori ad opus ejusdem Roberti liberari faciant, quia rex eidem Roberto pecuniam illam, pro qua eadem carta detinetur, perdonavit. Teste ut supra.

De j. dolio vini dato.—Mandatum est Roberto de Dacre quod de vinis regis que sunt apud Suhampton' faciat habere Juliane, domicille regine, uxori Willelmi de Albiniaco, unum dolium vini, de dono regis. Teste rege ut supra.

[m. 7.] *Pro Willelmo Chubbe.*—Rex dedit Willelmo Chubbe, servienti suo, domum illam cum pertinenciis in parochia de Colecherch' in London', que fuit Abrahe de Berchamsted', Judei; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod eidem Willelmo de predicta domo cum pertinenciis plenam seisinam habere faciant. Teste rege apud Clarendon' xxviij. die Julii.

Pro Perino Teutonico.—Similiter rex dedit Perino Teutonico, istrioni suo, domum illam cum pertinenciis in parochia Sancti Laurencii Lond', que fuit predicti Abrahe; et mandatum est predictis justiciariis etc. ut supra.

Pro communitate comitatus de excessu xl. librarum.—Rex bene vult quod illa summa pecunie que excedit xl. libras, ad quas communitas comitatus [predicti *cancelled*] Wiltes' amerciatus (*sic*) fuit pro falso judicio, cedat in subsidium ejusdem communitatis de fine centum librarum facto coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu predicto pro pulcre placitando; et corpora assessorum et collectorum predictarum xl. librarum habeat coram rege in octabis Sancti Michaelis, ubicumque etc., ostens' quare plus quam xl. libras super prefatam communitatem assederunt, et colligere presumpserunt, sicut per ratiocinia ab eis reddita apparet. Teste ut supra.

Pro Philippo Luvel, de damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Witlewod' quod in eadem foresta faciat habere Philippo Luvel tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus ad operaciones regis de Gillingham'.—Mandatum est Johanni de Vernun, senescallo foreste regis de Gillingham', quod in eadem foresta faciat habere Magistro David, carpentario regis, l[a] quercus ad maeremium, ad operaciones regis in manerio suo de

1250.

Gillingham' inde faciendas. Teste rege apud Gillingham' xxxj. die Julii.

De wrecco de Hethe capiendo in manum regis.—Mandatum est [vicecomiti Kancie *cancelled*] ballivo Quinque Portuum quod illa tria dolia vini, que barones portus regis de Hethe nuper ceperunt de wrecco maris in portu predicto, in manum regis capiat et salvo retineat ; et cum aliquod wreccum in portu illo acciderit, decetero ad opus regis capi et reservari faciat, ita quod predicti barones nullam inde seisinam optineant. Teste ut supra.

Hibernia, de cervis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Slefcho in Hibernia, quod in eadem foresta faciat habere Waltero de Burgo, valetto regis, iiij[or] cervos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro monialibus de Shaftesbur'.—Mandatum est Johanni de Vernun, senescallo foreste regis de Gillingham, quod permittat abbatissam et conventum Sancti Edwardi de Schaftesbir' habere duo summagia ad mortuum boscum in predicta foresta usque ad quindenam Sancti Michaelis instantis, sicut habere consueverunt. Teste ut supra.

De escaetore in comitatu Hertford'.—Robertus de Ros constitutus est escaetor regis, loco Simonis de Furnell', defuncti, in comitatu Hertford', qui prestito sacramento etc. Teste ut supra.

De cervis et damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Den' quod in eadem foresta faciat habere R. le Bigod, comiti Norff' et Marscallo Anglie, duos cervos et tres damos, de dono regis, Teste ut supra.

Pro decano et canonicis Sarisburiensibus.—Mandatum est Roberto de Stopham, ballivo de Clarend', quod districtionem, quam facit super decanum et canonicos Sarisburienses et eorem homines pro expeditacione canum suorum, ponat in respectum usque ad xv. Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. Teste ut supra.

Pro hominibus de Claverl' et de Woreford'.—Mandatum est Galfrido filio Warini, senescallo foreste regis de Morf', quod in eadem foresta permittat homines regis de Claverl' et homines de Worefeud', per visum forestariorum regis, habere husbote et heybote, sicut retroactis temporibus habere consueverunt. Teste rege apud Shireburn' primo die Augusti.

Pro averiis regis de Gillingham.—Mandatum est custodi foreste de Gillingham, quod proprios boves et proprias vaccas regis manerii sui de Gillingham' et alia minuta averia nostra ibidem, ubi prius pergere solebant in foresta predicta, amodo pasci permittat usque ad xv. Sancti Michaelis proximo futuram. Teste ut supra.

Pro magistro Templi de damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Roteland' faciat habere magistro milicie Templi in Anglia sex damos de x. damis quos singulis

1250.

Eodem modo mandatum est custodi foreste regis de Gillingham' de xl. quercubus ad eundem pontem. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Witlewod' quod in eadem foresta faciat habere Philippo Luvel, clerico regis, tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro monialibus de Bocland'.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod non inpediat sorores de ordine hospitalis Sancti Johannis Jerusalem apud Bocland' quominus possint capere buscam in parco regis de Neuton', sicut eam capere consueverunt, per cartam regis eis inde confectam. Teste ut supra.

Pro hominibus Herefordensis episcopi.—Homines P. Herefordensis episcopi de Hereford' habent respectum usque ad xv. Sancti Michaelis de xxxix. marcis et dimidia. Et mandatum est vicecomiti Hereford' [etc.]. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus de Brug' Walteri.—Mandatum est Ricardo de Wrotham', custodi parci regis de Neuton', quod in predicto parco faciat habere vicecomiti Sumers' sex quercus ad maeremium cum escaetis earum, cariandas usque Brug' Walteri ad opus Fratrum Minorum ibidem commorancium, et quod similiter faciat habere eisdem fratribus quatuor robora in eodem parco ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Johannes de Bramelset' et Johannes de Wescot', capti et detenti in prisona regis Wintonie pro transgressione foreste, habent litteras regis vicecomiti Suht' quod ponantur per ballium usque adventum justiciariorum. Teste [*unfinished*].

Memorandum pro Waltero de Bathonia.—Memorandum quod Walterus de Bathonia, vicecomes Devonie, liberavit monialibus de Cornworthi lx. solidos de catallis que fuerunt Bonefant, Judei Exonie, concelatis et inventis per ipsum Walterum et Egidium de Erdinton' in ultimo itinere suo apud Exoniam ad catalla Judeorum inquirenda. Et inde quietus est, per preceptum regis.

Pro sacrista Glastonie de quercubus datis.—Mandatum est custodi parci regis de Periton' quod in eodem parco faciat habere sacriste Glastonie tres quercus ad imagines inde faciendas et ponendas in ecclesia sua Glaston', de dono regis. Teste rege apud Glastoniam xv. die Augusti.

[m. 6.] *De quercubus liberandis ad operaciones de Gillingham'.*—Mandatum est custodi foreste regis de Gillingham' quod in eadem foresta faciat habere custodi manerii regis de Gillingham' sex quercus ad maeremium, ad reparacionem grangiarum et domorum regis ibidem, et clausturam ad curiam et puntfaldam regis in circuitu claudendam, et quod faciat habere carucario regis ibidem unum fustum ad carucas regis reparandas, et aliud fustum fabro regis ibidem ad ferramenta earundem carucarum facienda. Teste rege apud Glastoniam xvj. die Augusti.

1250.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem custodi quod in eadem foresta faciat habere priori de Monte Acuto tres quercus ad scindulas inde faciendas, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis deliberandis que sunt in navi P. Caillau.—Mandatum est Roberto de Dacre et aliis captoribus vinorum regis Suhampt' quod l[a] dolia vini, que sunt in navi Petri Caillau, deliberari faciat, salva regi prisa sua inde debita. Teste ut supra.

De damis capiendis in Selewod'.—Mandatum est custodi foreste de Selewode quod in predicta foresta permittat Henrico de Candover' capere x. damos ad opus regis, et ad eosdem capiendos efficax consilium ei impendat. Teste ut supra.

De viridario substituendo.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod loco Radulfi de Godmanneston', custodis manerii regis de Gillingham' et viridarii ejusdem foreste, alium substituat viridarium. Teste ut supra.

Pro abbate Glastonie.—Rex respectum dedit abbati Glastonie de expeditacione canum suorum et hominum suorum ubique in terris suis usque ad xv. Sancti Michaelis anno regni nostri xxxiiij ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum abbatem et homines suos eundem respectum habere permittat. Teste rege apud Welles xvij. die Augusti.

De decima solvenda apud Clarendon'.—Mandatum est Roberto de Stopham, ballivo de Clarendon', quod de prato regis in parochia Sancti Martini solvat decimam racionabilem decano et capitulo Sarisburiensibus, que pertinet ad communam suam. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Bernewod' quod in eadem foresta faciat habere Johanne uxori Radulfi filii Nicholai tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore de Merton' et hominibus suis.—Mandatum est Ade de Mora, ballivo foreste de Pember', quod districtionem, quam facit super priorem de Merton' et homines suos pro expeditacione canum suorum, ponat in respectum usque ad quindenam Sancti Michaelis anno regni etc. xxxiiij. Teste rege apud Chiu xviiij. die Augusti.

De auxilio prestando ad cervos capiendos ad opus regis.—Mandatum est custodi forestarum regis de Menedep' et Bere quod sit in auxilium Ricardo de Candevr', venatori suo, ad capiendum in foresta de Menedep' x. cervos et in foresta de Bere sex cervos. Teste rege apud Bristollum xix. die Augusti.

Eodem modo mandatum est custodi warenne de Corf' de decem cervis capiendis in eadem. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est custodi foreste de Wolvesmer' in comitatu Suht' de xiiij. cervis capiendis in eadem. Teste ut supra.

De custodia prioratus Sancte Trinitatis Lond' commissa.—Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, quod per aliquem de

1250.

clericis suis custodiri faciat prioratum Sancte Trinitatis London', qui vacans est per mortem Ricardi, quondam prioris ejusdem domus; ita quod prioratus ille boneste et sine vasto ac destructione custodiatur. Et cum clericus ejus custodiam inde habuerit nomine regis, hoc statim regi significet. Teste rege ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Ricardo de Wrotham quod in foresta regis de Essemor' faciat habere Reginaldo de Mohun tres cervos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Jacobo de Hochang'.—Jacobus de Hochang' habet respectum usque ad xv. Sancti Michaelis de expeditacione canum suorum; et mandatum est senescallo foreste de Wolvesmer' etc. Teste ut supra.

De reclusorio apud Malmesburiam concesso.—Rex concessit intuitu caritatis Cristine filie Henrici de Sumerford' reclusorium illud, quod est sub muro burgi de Malmesburia; ita quod in loco illo suo perpetuo se teneat inclusam. Et mandatum est abbati Malmesburiensi quod ei de prefato reclusorio plenam seisinam habere faciat in forma predicta. Teste ut supra.

Pro burgensibus Oxonie.—Burgenses Oxonie liberaverunt in garderobam regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, apud Wodest', in festo Sancti Johannis Baptiste proximo preterito xx. marcas, per quas finem fecerant cum rege pro transgressione pistorum. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod ipsos propter hoc decetero non distringat, set ipsos inde quietos esse permittat. Teste rege apud Bristollum xxj. die Augusti.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Shirewod' quod in eadem foresta faciat habere Johanni de Lessinton' x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled, quia aliter in rotulo sequenti.*]

De uno sacco lane dato.—Mandatum est ballivis Bristolli quod de xlii. saccis lane et dimidio, quos mercatores de Gaunt emerunt de abbate de Morgan, et quos arestari fecerunt per preceptum regis in villa Bristolli, liberent fratri Ricardo, monacho ejusdem abbacie, unum saccum de grossiori lana, quem idem Ricardus probavit coram rege suum esse. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste foreste (*sic*) regis de Melkesham quod in eadem foresta faciat habere Elye de Rabain duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Blakemor' quod in eadem foresta faciat habere Henrico de Erleg', vicecomiti Sumerset' et Dors', unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum eidem custodi quod faciat habere Willelmo Lungsp', valetto regis, unum cervum, de dono regis. Teste ut supra.

De uno mercato et feria tenendis apud Gannoc.—Quia rex vult quod unum mercatum singulis septimanis per diem Martis teneatur

1250.

in villa de Gannoc, et quod ibidem sit una feria singulis annis durans per tres dies, videlicet in vigilia in die et in crastino Nativitatis Beate Marie, mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod feriam illam et mercatum illud per partes illas clamari faciat et decetero teneri, sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis et cervis datis.—Mandatum est R. de Wrotham, custodi foreste de la Blakemore, quod in eadem foresta faciat habere Stephano Lungesp' duos damos, de dono regis. Teste rege apud Bristollum. xix. die Augusti.

Mandatum est custodi foreste de Braden' quod in predicta foresta faciat habere abbatisse de Lacok quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Dene quod in predicta foresta faciat habere W. Landavensi episcopo duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Essemor' quod in predicta foresta faciat habere Alano la Zuch', justiciario Cestrie, duos cervos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Axiholt quod in predicta foresta faciat habere Petro de Ryvall' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Grimsted'.—Rex concessit Willelmo de Grimested', constabulario regis de Dissard, quod a festo Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij^{to} usque in unum annum proximo sequentem completum, quietus sit de sectis comitatus et hundredi regis ; et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod ipsum Willelmum per predictum tempus inde quietum esse permittat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Bello Manso.—Eodem modo mandatum est vicecomiti Warr' pro Willelmo de Bello Manso, constabulario de Gannoc. Teste ut supra.

Pro Roberto le Norreis.—Mandatum est custodi foreste Essex' quod in predicta foresta faciat habere Roberto le Noreys unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro ballivis Bathoniensis episcopi de catallis W. Tuk'.—Quia constat regi quod catalla que fuerunt Willelmi Tuk', qui rettatus fuit de morte Matillidis, sororis sue, adjudicata fuerunt W. Bathoniensi et Wellensi episcopo coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu Sumerset', pro eo quod idem Willelmus se subtraxit, nec venit coram eis, mandatum est eidem vicecomiti quod ballivos predicti episcopi occasione dictorum catallorum decetero non distringat. Teste ut supra per Henricum de Bathonia.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Savernak' quod in predicta foresta faciat habere Henrico de Bathonia duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Grey.—Ostensum est regi ex parte Ricardi de Grey quod G. de Langel', justiciarius foreste, ipsum et homines suos

1250.

facit distringi pro quibusdam feris, quas, sicut dicit, ei dedit rex in foresta sua de Pikering, de quibus vocat rotulos regis ad warantum. Et ideo mandatum est eidem G. quod eundem Ricardum et homines suos usque ad instans festum Beati Edwardi pacem inde faciat habere. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Gilbertus filius Roberti de Rillington', Agnes que fuit uxor Hugonis Norchiby et Emma filia ejus, capti et detenti in prisona regis Eboraci, habent breve vicecomiti Eboraci quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumerkote et Rogero le Taillur quod hac vice faciant habere fratri Hamoni de Hailes robam suam, sicut eam habere consuevit. Teste rege apud Glouc' xxviij. Augusti.

De quercubus habendis ad domos de Fekeham reparandas.—Mandatum est custodi foreste de Fekenham quod faciat habere custodi manerii regis ibidem tot quercus cum escaetis quot ipsum habere oportuerit ad duo milia scindularum inde facienda ad cameram regis et alias domos regis inde cooperiendas contra adventum regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Rogeri.—Mandatum est vicecomitibus Lond' quod districtioni faciendo super Willelmum filium Rogeri pro debitis in quibus Martinus filius Willelmi regi tenebatur, supersedeat omnino usque ad xv^{nam} Sancti Michaelis proximo futuram. Teste ut supra.

De cervis capiendis ad opus regis.—Mandatum est custodi foreste de Kingeswod' quod permittat Robertum de Soning', venatorem, capere in ea duos cervos ad opus regis, et quod ei ad hoc consilium et auxilium inpendat. Teste ut supra.

De quodam equo empto ad opus regis.—Mandatum est H. de Wengham quod de exitibus terrarum que fuerunt Henrici de Hasting' faciat habere executoribus testamenti prefati Henrici xlv. marcas pro quodam equo ad tantumdem per legales homines appreciato, qui fuit predicti Henrici defuncti, quem rex retinuit ad opus suum pro eodem precio. Teste rege apud Glouc' xxix. die Augusti. [*Cancelled*, (*quia*) *aliter in anno sequenti per Liberate.*]

De auro Judeorum Bristolli.—Mandatum est constabulario Bristolli quod de Judeis regis Bristolli sine ulteriori dilacione mittat regi xx. solidos auri, quos vult habere pro bene adventu suo ad partes illas. Teste ut supra.

Pro Nicholao Mutun et sociis suis nunciis.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod visis litteris faciat habere Nicholao Multon', nuncio O. ducis Bruneswic', consanguineo (*sic*) regis, latori presencium, xl. marcas, ubicumque eas debeat perquirere, ad expensas suas et sociorum suorum. Teste ut supra. [*Cancelled, quia aliter in Liberate.*]

1250.

De uno fusto ad pontem de Stapelton'.—Mandatum est custodi foreste de Kingeswod' quod in eadem foresta faciat habere hominibus regis de Stapelton' unum fustum ad pontem suum ejusdem ville reparandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Oseneya de libertatibus suis.—Quia abbas et conventus de Oseneya exhibuerunt regi cartam suam, per quam rex eis remisit et ipsos quietos clamavit pro se et heredibus suis inperpetuum de xxiiij. solidis annuatim reddendis de terris quas tenent de serjantiis regis, videlicet in comitatu Oxonie, de prato de Bullestak extra Oxoniam, quod est de serjantia Gilberti de Montibus, ix. solidos; et de prato extra Brampton', quod vocatur Huntemed', quod est de serjantia Ricardi de la Mar', v. solidos; et de prato, quod vocatur Bureweye, quod est de serjantia Henrici de la Mare, tres solidos et iiij. denarios; et in comitatu Buk', de una virgata terre cum pertinenciis in Sudcot', que est de serjantia Willelmi de Sancto Claro, dimidiam marcam; mandatum est baronibus de Scaccario quod, si predicti abbas et conventus a tempore predicte remissionis regi nichil solverint ad Scaccarium regis de predicta pecunia, ipsos inde quietos esse, et sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Glouc' xxix. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Notinghamsir' faciat habere Johanni de Lessinton' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De lucettis emendis ad opus regis.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod dc. lucettos emi ad opus regis, et d. ex eis poni faciat in vivariis regis de Windes', et residuos c. in vivariis regis apud Westmonasterium, ad vivaria illa inde instauranda. Et rex cum custum inde sciverit, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

De uno cervo dato.—Mandatum est custodi foreste de Kingeswod' quod in eadem foresta faciat habere Roberto Walerand unum cervum, de dono regis. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Robertus Blundus, captus et detentus in prisona regis de Ripon' pro morte Rogeri le Punder', unde appellatus est, habet litteras regis vicecomiti Eboraci quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Genta que fuit uxor Bonenfant, Judei Glouc'.—Rex per finem quem Genta que fuit [uxor] Bonenfant de Glouc', Judei, fecit cum rege concessit eidem Gente et filiis suis quod decetero teneant domum, que fuit predicti Bonenfant, quondam [viri] ipsius Gente, in Glouc'; et mandatum est vicecomiti Glouc' quod eisdem Judeis de predicta domo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

[m. 5.] *Pro Johanne le Masun et aliis de vinis vendendis.*—Johannes le Macun, Ricardus de Saunford', Willelmus de Chiltenham' liberaverunt in garderobam regis apud Wodest' xxv. libras de lii. libris quas regi debebant pro vinis emptis de Roberto de Dacre; et mandatum est

1250.

vicecomiti Glouc' quod pro predictis xxv. libris ipsos decetero non distringat. Teste rege apud Teokebur' xxxiiij. (*sic*).

Pro heredibus Hugonis de Kilpec.—Rex ad instanciam W. de Cantilupo et Philippi Marmiun respectum dedit heredibus Hugonis de Kilpec de omnibus demandis quas vicecomes Heref' eis facit per sumonicionem Scaccarii de ultimo itinere G. de Langel' et sociorum suorum justiciariorum ultimo itinerancium ad placita foreste in comitatu predicto, usque ad quindenam Sancti Michaelis proximo futuram; et mandatum est eidem vicecomiti quod eundem respectum ipsos habere permittat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Dene quod in eadem foresta faciat habere abbati Glouc' v. quercus ad maeremium [cum escaetis suis *cancelled*], de dono regis. Teste ut supra.

De obsidibus Glouc' liberandis.—Mandatum est constabulario castri regis Glouc' quod Griffinum Hager et Gurgenon Goth, obisides (*sic*) Mereduc filii Res', quos habet in custodia sua, liberet Roberto Walerand', cui rex injunxit quod ipsos dimittat per plegios de patria eorundem. Teste ut supra.

De denariis liberandis ad opus pape et operacionum regis.—Mandatum est W. de Haverhull, thesaurario regis, et E. de Westmonasterio quod de denariis Hibernie, quorum summa dicitur esse dcc. marce, et qui deponi debent apud Novum Templum Lond', solvi faciant ad opus domini pape de arreragiis suis d. marcas de bona moneta, per escambium vel aliter, ad melius quod poterunt, et residuum liberent ad operaciones regis de Windes'. Teste ut supra.

Et mandatum est Roberto de Sikelingh', thesaurario Novi Templi Lond', quod si predictos denarios Hibernie non dum receperit, recipiat, et eos liberet predictis W. et E. Teste ut supra.

De redditu G. de Langel'.—G. de Langel', justiciarius foreste, solvit regi die Martis proximo post festum Decollacionis Sancti Johannis Baptiste apud Gloucestriam duos espervarios, quos regi debet de redditu assiso, videlicet unum pro terra sua in manerio de Staverton', et alterum pro terra sua in maneriis de Mulecot' super Storam, Mulecot' super Aven', et Dersinton', de anno etc. xxxiiij^{to}. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum G. inde quietum esse faciant. Teste rege apud Wigorniam primo die Septembris.

De quercubus datis in Hibernia.—Mandatum est Waleramo Teutonico quod in foresta regis de Grosmunt' faciat habere priori de Lankuen' sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Wigorniam secundo die [Augusti *cancelled*] Septembris.

De duobus maneriis regis non talliandis.—Mandatum est Henrico de Wengham quod in maneriis regis de Worefeud' et Conedovr', que sunt de antiquo dominico regis, et que consueverunt talliari quando rex talliari fecit burgos et dominica sua, non assideat tallagium, donec a rege aliud habuerit in mandatis. Teste ut supra.

1250.

Pro Rogero de Clinton'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Salopie fieri fecit, quod tres acre terre cum pertinenciis in Stanton' quas Walterus de La Wodehus' tenuit, qui fugit de terra regis pro morte hominis, extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Rogero de Clinton'; mandatum est eidem vicecomiti quod eidem Rogero de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Fekenham iij. die Septembris.

De damis datis.—Mandatum est Galfrido de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Roteland' faciat habere Johanni de Plessetis, comiti Warr', tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro monialibus de Westwod'.—Mandatum est ballivis regis Wigornie quod [de] xv. marcis, per quas finem fecerunt cum rege pro transgressione mensurarum suarum in villa Wigornie, faciant habere priorisse et monialibus de Westwod' quinque marcas, de dono regis. Teste rege ut supra.

Pro abbate de Bordesle.—Rex concessit abbati de Bordesle quod non namietur per oves suas, dum tamen habuerit alia averia per que possit distringi in comitatibus Warr', Wigorn', Glouc' et Stafford'. Et mandatum est vicecomitibus predictorum comitatuum quod ipsum abbatem aliter namiari non permittant, nisi eo modo quo predictum est. Teste rege apud Fekeham' iiij. die Septembris.

De damis capiendis et cariandis usque Westmonasterium.—Rex mittit Henricum de Candovr', venatorem suum, ad capiendum ad opus regis in foresta de Fekeham x. damos, in foresta de Cannoc x. damos, et in foresta de Kenefar' x. damos, citra festum Sancti Michaelis. Et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum ad hoc admittas (*sic*), et quod per canes suos proprios capi faciat ad opus regis x. damos in foresta de Braden', et x. damos in Nova Foresta, citra predictum festum, et ipsos quos per canes suos ceperit saliri et cariari faciat usque Westmonasterium, ita quod sint ibi die Martis proximo ante instans festum Sancti Edwardi. Et custum quod ad hoc posuerit, rex ei acquietabit. Teste rege apud Evesham' vj. die Septembris.

De quercubus ad operaciones de Fekenham'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Fekeham' faciat habere Magistro S. de Wauton', custodi manerii de Fekenham, x. quercus ad maeremium, videlicet quinque infra parcum et quinque infra forestam predictam, ad operaciones regis ibidem faciendas. Teste ut supra.

De mercato habendo apud Fekeham'.—Quia rex vult quod apud manerium suum de Fekeham' teneatur quoddam mercatum singulis septimanis per diem Jovis, et quedam feria singulis annis, duratura videlicet in vigilia et in die Decollacionis Sancti Johannis Baptiste, mandatum est vicecomiti Wigornie quod mercatum illud et feriam illam per totam balliam suam clamari faciat et teneri. Teste ut supra.

1250.

De utensilibus faciendis apud Westmonasterium.—Mandatum est sacriste Westmonasterii quod de c. solidis, quos prior de Hurl' ei habere faciet, subscripta opera fieri faciat, videlicet, duo incessaria (*sic*) Beati Dunstani et vetera feretra bene burniri, et cathenas argenteas eisdem incensariis de novo fieri faciat, et si quis defectus fuerit in imaginibus infixis feretris suppleatur, et duos baculos in choro aliis pulcriores ad monachos suffulciendos fieri faciat. Et de residuo rex ei satisfaciet. Teste ut supra.

De uno damo dato.—Mandatum est Willelmo Luvel, venatori regis in foresta de Dene, quod de damis captis ad opus regis faciat habere Rogero de Lokinton' unum bonum damum integrum. Teste ut supra.

Pro Agnete filia Thome et Beatrice sorore ejus.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Norff' fieri precepit quod xvij. denariatas redditus cum pertinenciis in Hethill', quas Johannes le Bretun, qui abjuravit regnum Anglie pro felonia quam fecit, extiterunt in manu regis per unum annum et unum diem, et quod redditum illum tenuit de Thoma le Cu de Carleton', patre Agnetis filie Thome et Beatricis sororis ejus, cujus heredes ipse sunt; mandatum est eidem vicecomiti quod eisdem Agneti et Beatrici de predicto redditu plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Otenton' vij. die Septembris.

De [*mercato* cancelled] *feria tenenda apud Wodest'.*—Quia rex vult quod una feria singulis annis teneatur in manerio [nostro *cancelled*] de Wodest' per tres dies, videlicet in vigilia in die et in crastino Sancti Matthei Apostoli, mandatum est vicecomiti Oxonie quod per ballivam suam feriam illam publice clamari faciat, et decetero firmiter teneri, sicut predictum est. Teste rege apud Wodest' viij. die Septembris.

De mercato tenendo apud Melkesham' et feria similiter.—Quia rex vult quod quoddam mercatum teneatur apud manerium regis de Melkesham singulis septimanis, per diem Martis, et quod una feria teneatur ibidem singulis annis [teneatur *cancelled*], duratura per tres dies, videlicet in vigilia in die et in crastino Sancti Michaelis, mandatum est vicecomiti Wiltes' quod per totam ballivam suam predicta mercatum et feriam clamari faciat et teneri. Teste rege apud Wodest' ix. die Septembris.

Pro Abraha de Berchamsted', Judeo.—Quia Bonenfant de Exonia, Peytevinus filius Benedicti, et Josceus filius Florie, Judei London', Manasser' filius Deulecresse, Isaac filius Abrahe Exonie et Aaron filius Bonamy, manuceperunt ad habendum Abraham de Berchamsted', Judeum, coram rege in quindena Sancti Michaelis, ad parendum juri super hiis que ei obicientur, mandatum est constabulario Turris London' quod ipsum eisdem Judeis liberet interim in forma predicta. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Brehull' quod in [eadem foresta *cancelled*] bosco de Panchehal' faciat habere

1250.

Philippo de Eya sex quercus ad macremium, de dono regis. Teste ut supra.

De denariis ponendis in deposito.—Mandatum est thesaurario et camerariis regis quod de [thesauro suo *cancelled*] denariis Judaismi nostri numerari faciant m. libras, et sub sigillis suis illas deponi apud Novum Templum Lond', liberandas ibidem nuncio S. de Monte Forti, comitis Leyc', litteras suas patentes deferenti, ad castrum regis Cusiac' inde firmandum, provisuri quod pecunia illa in nullos alios usus cedat. Teste ut supra.

De capellano inveniendo.—Mandatum est vicecomiti [Glo *cancelled*] Dereb' quod in castro regis de Harestan' faciat esse unum capellanum divina celebrantem, et eidem singulis annis liberet pro stipendiis suis l. solidos. Et hoc ei faciet allocari ad Scaccarium. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in Nova Foresta faciat habere Johanni Maunsell', preposito Beverlaci, quinque damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro quodam heremita.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Warr' quod fratri Radulfo de Jerdel', heremite, tria quarteria frumenti que percipere consuevit annuatim in manerio de Jerdel', quod fuit H. de Hasting', ad sustentacionem suam, ex gracia ipsius H., singulis annis, quamdiu terre predicti Henrici fuerint in manu regis racione custodie terre et heredis ipsius H. amodo in manerio de Ellesleg', quod fuit ejusdem H., habere faciant eo modo quo ea percepit tempore predicti H. Teste ut supra.

Pro abbate Salopesbur'.—Monstravit regi abbas Salopesbur' quod cum teneatur respondere ei annuatim de xl. solidis ad opus regis pro vigilia ferie Salop', que tenetur in festo Beati Petri ad Vincula, ipsum distringant ballivi Salop' pro xl. solidis de hoc anno. Et quia eo tempore abbacia Salop' vacans fuit, et in manu regis, et omnes proventus ejusdem in usus regis devenerunt, mandatum est ballivis predictis quod ipsum abbatem propter hoc non distringant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in Nova Foresta faciat habere Nicholao de Molys tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate Salop'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Salop' fieri fecit, quod terra que fuit Willelmi Burnel in Hauekeleg', utlagati pro felonia quam fecit, extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de abbate Salop', mandatum est vicecomiti predicto quod eidem abbati de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Roberto de Sancto Johanne.—Mandatum est custodi foreste de Penber' quod demandam, quam facit Roberto de Sancto Johanne

1250.

de expeditacione canum in maneriis suis de Basing' et Shireburn', ponat in respectum usque ad xv^{nam} Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij.; et ipsum interim hac occasione non vexet. Teste ut supra.

De denariis liberatis in garderoba.—Genta que fuit uxor Bonenfant de Glouc', Judea, solvit in garderoba regis, per manum Jacobi filii sui, P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Sabbati proxima post Nativitatem Beate Marie, apud Wodest', xl. solidos, quos regi debuit pro seisina cujusdam domus, que fuit predicti Bonenfant in Glouc', habenda; et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ipsam Judeam de predictis xl. solidis quietam esse faciat. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Roteland' quod in eadem foresta faciat habere Matillidi uxori G. de Langel', justiciario foreste, duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore de Wombrig'.—Mandatum est Willelmo de Arcalewe, escaetori regis in comitatu Salop', quod occasione illius prati, pro quo Galfridus Griffini concessit pro se et heredibus suis coram justiciariis regis ultimo itinerantibus ad placita foreste in comitatu predicto reddere regi singulis annis viij. denarios ad Scaccarium, ut quietus sit de regardo, priorem de Wombrig' super terra et catallis suis, que idem Galfridus ei postea dedit, non molestet aliquatenus aut gravet. Teste ut supra.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Francigenam, panetarium suum, et alios valettos suos ad capiendum x. damos ad opus regis in foresta de Bernewod'. Et mandatum est custodi ejusdem foreste, scilicet Johanni filio Nigell', quod ipsos ad hoc admittat, et consilium et auxilium eis inpendat. Teste rege apud Oxoniam xij. die Septembris.

De ponendo per ballium.—Walterus Serle et Avicia uxor ejus, capti et detenti in prisona regis de Eylesbur' pro morte Johannis Hervest' et Matillidis uxoris ejus, unde rettati sunt, habent literas regis vicecomiti Buk' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De cervis capiendis ad opus regis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat R. comitem Cornubie capere in foresta regis de Kenefar' tot cervos quot viderit capiendos ad opus regis, sine detrimento ejusdem foreste, de quibus rex ei concessit tres cervos ad opus suum retinendos. Teste ut supra.

Pro hominibus de Selveston'.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod, capta securitate ab hominibus regis de Selveston' de ipso acquietando de x. marcis quas regi debent de tallagio super eos assesso in crastino instantis festi Sancti Michaelis, ipsos propter hoc citra predictum diem non distringat, et averia sua hac occasione capta eis interim deliberet. Teste ut supra.

De maeremio ad operaciones de Selveston'.—Significavit regi R. Basset, vicecomes Norht' quod in foresta regis de Whittlewod', extra boscos regis de Pokel' et Hanel', maeremium ad operaciones regis

1250.

apud Selveston', quas ei injunxit faciendas, non potest inveniri. Et ideo mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in [forestis *cancelled*] predictis boscis regis, ubi ad minus detrimentum [foreste *cancelled*] eorundem capi possit, hujusmodi maeremium predicto vicecomiti habere faciat. Teste ut supra.

[m. 4.] *De vino dato.*—Mandatum est custodibus vinorum regis de Wodest' quod visis literis faciat habere Stephano Bauchan unum dolium boni vini, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam xiij. die Septembris.

Pro prioratu Sancte Trinitatis London'.—Mandatum est H. de Wengham', escaetori regis, quod quamdiu prioratus Sancte Trinitatis Lond' fuerit in manu regis et in custodia sua, non capiat de eodem prioratu nisi racionabiles et moderatos exitus; quia rex non vult quod occasione custodie regis domus illa immoderate gravetur. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Johannes le Mouner, captus et detentus in prisona regis de Appelbi pro morte Ricardi le Mouner, unde appellatus est, habet litteras vicecomiti Westmerl' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Eynon' filio Oeny.—Rex concessit Eignon' filio Oený molendinum suum de Ryn cum pertinenciis, habendum et tenendum tota vita sua pro xl. solidis, quos rex ei prius concesserat percipiendos ad Scaccarium regis Cestrie. Et mandatum est Alano la Zusch, justiciario Cestrie, quod eidem Eignon' de predicto molendino plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Et rex illos xl. solidos in firma comitatus Cestrie ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Henrico de Colevill'.—Rex per finem quem Henricus de Colevill' fecit cum rege, concessit ei quod a tempore quo rex ei commisit custodiam comitatuum Cant' et Hunted' respondeat regi ad Scaccarium suum de exitibus eorundem comitatuum per eundem vicecomitem perceptis, tamquam custos et non ut firmarius; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Henricum non onerent in compoto suo tamquam firmarium, set ut proficuarium et custodem regis predictorum comitatuum, sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est [G. de Langel', justiciario foreste, *cancelled*] Willelmo Trussel, senescallo foreste de Whitlewod', quod in foresta regis de Whittlewod' faciat habere Paulino Peyvre quinque damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro rege Norwag'.—Mandatum est ballivis de Len' quod, non obstante inhibicione regis eis facta de blado non transferendo extra regnum Anglie, permittat nuncios regis Norwag' duas naves frumento carcatas, quas latores presencium eis nominabunt, libere et sine inpedimento hac vice in patriam suam adducere. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Radulphus de la Helworck, captus et detentus in prisona regis Oxonie pro morte Johannis Barfot, unde

1250.

rettatus est, habet litteras regis vicecomiti Oxonie quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De malefactoribus capiendis et imprisonandis.—Mandatum est vicecomiti Norhampton' quod Rogerum Kecche de Sulegrave, Ricardum de Marston' Prioris de War', et Walterum, qui fuit cum Ricardo de Brackel' in Sulegrave, quos Ricardus de Bleseby apellac de societate latrocinii, caute capi et in prisona nostra salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Oxoniam xiiij. die Septembris.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Leyc' de Thoma de Rotheby, qui manet apud Wicham', Waltero de Botlisford', Radulfum (*sic*) clericum de Botlisford', et Nigellum (*sic*) de Denton' de valle Beauver, capiendis ut supradictum est. Teste etc.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Oxonie de Roberto, homine Roberti de Burgo, qui habet uxorem apud Bannebur', Thoma de Hoyle, et Waltero filio fabri de Ennestann', capiendis ut supra.

De hundredis custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod hundredum regis quod pertinet ad pertinet (*sic*) ad manerium regis de Melkesham' liberari faciat ad hoc instans festum Sancti Michaelis Hugoni Gargat, custodi regis ejusdem manerii de Melkesham', custodiendum una cum predicto manerio. Et rex firmam ejusdem hundredi ei faciet allocari. Teste rege apud Oxoniam xv. die Septembris.

De ponendo per ballium.—Radulfus de Helwer', captus et detentus in prisona regis Oxonie pro transgressione foreste, unde rettatus [est], habet litteras regis vicecomiti Oxonie quod tradatur per ballium usque ad iter justiciariorum foreste in comitatu Oxonie. Teste ut supra.

De ponendis per ballium.—Robertus de la Sauz et Johannes Kedel de Haneberg', capti et detenti in prisona Oxonie pro transgressione foreste, unde rettati sunt, habent literas vicecomiti Oxonie quod ponantur per ballium usque ad adventum justiciariorum foreste in comitatu predicto. Teste ut supra.

Pro Magistro Gerardo, ingeniatore.—Rex mittit Magistrum Gerardum, ingeniatorem suum, ad Alanum la Zusch', justiciarium Cestrie, ad ordinandum et videndum opera regis in castris regis de Gannoc et Dissard' secundum quod inter regem et ipsum prelocutum fuit; mandans quod ipsum admittat, et ad negocia illa expedienda una cum ipso diligenter intendat. Et quia ibidem morari et inde ad regem sine sumptibus reverti non poterit, mandatum est eidem justiciario quod eidem Magistro G. duas marcas habere faciat, quas rex ei faciet allocari. Teste rege apud Rading' xviij. die Septembris.

Pro Emma que fuit uxor Roberti de Laverkestok'.—Mandatum est Roberto de Stopham', ballivo regis de Clarendon', quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Roberti de Laverkestok, de quibus obiit seisitus ut de feodo in comitatu Wyltes', Emme que fuit uxor

1250. ipsius Roberti per visum proborum et legalium hominum racionabilem dotem suam assignari faciat. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est Willelmo de Sancto Audoeno, ballivo de Wodest', quod Stephano Bauchan tria robora habere faciat in foresta regis de Whichewod' extra parcum regis. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Linc' quod districtionem, quam facit super homines Elye de Rabayn in comitatu predicto pro porcione ipsos contingente de communi fine ejusdem comitatus, facto coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu predicto pro pulcre placitando, relaxet usque ad xv. Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. Teste rege apud Windes' xix. die Septembris.

Pro Isolda que fuit uxor Roberti de Muscamp'.—Mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Norhumbr' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Roberti de Muscamp', que sunt in manu regis et in custodia sua, per visum proborum et legalium hominum Isolde que fuit uxor ipsius Roberti racionabilem dotem suam assignari faciat. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Warneford'.—Mandatum est J. de Cormailes, senescallo foreste de Axhiholt, quod districtionem, quam facit super Ricardum de Warneford' pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad xv. Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. Teste rege apud Wind' xx. die Septembris.

De bremiis capiendis ad opus regis.—Mandatum est ballivo de Taunton' quod faciat piscari ad opus regis in vivariis predicti manerii contra instans festum Sancti Edwardi, ita quod habeat l. bremias, et bene coquantur in pane, et quod eas habeat London' in vigilia ipsius festi ad ultimum. Teste ut supra.

Pro canonicis de Bruges.—Canonici de Brug' et homines sui habent respectum de expeditacione canum suorum usque ad xv. Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. ; et mandatum est Galfrido filio Warini, senescallo foreste de Shirlet, etc.

De damis capiendis ad opus regis.—Mandatum est P. Chaceporc, custodi episcopatus Wintoniensis, quod in parcis predicti episcopatus capi faciat xx. damos, et provideat quod sint apud Westmonasterium in instanti festo Sancti Edwardi ; et rex cariagium faciet ei allocari. Teste rege apud Windes' xxij. die Septembris.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est Henrico de Hauvill' quod de girofalconibus, quos R. comes Cornubie regi dedit, et qui sunt in custodia sua, faciat habere Willelmo de Valencia, fratri regis, unum girofalconem, de dono regis. Teste ut supra.

De execucione testamenti Roberti de Muscamp'.—Mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Norhumbr' quod permittant executores testamenti Roberti de Muscamp' habere liberam

1250.

administracionem de omnibus bonis et catallis que sua fuerunt in comitatu predicto, ad execucionem testamenti sui faciendam, accepta ab executoribus illis securitate quod regi satisfacient de debitis in quibus idem Robertus regi tenebatur. Teste ut supra.

De denariis ad opus pape.—Mandatum est W. de Haverhull' et E. de Westmonasterio quod illos dc iiij^{xx} et xix. marcas iij. solidos et iiij. denarios, quos frater Robertus de Sikelinghal' eis liberabit per preceptum regis, de veteri moneta regis Hibernie, cambiri faciant; et ex illis denariis cambitis reservent ad opus domini pape d. marcas, et residuum illius pecunie mittant usque Windes' ad operaciones regis faciendas. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est custodi manerii de Taunton' quod in vivario de Taunton' faciat habere Willelmo de Chaeny sex matrices bremias, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in Nova Foresta faciat habere Nicholao de Molis tria fusta ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro prioratu Sancte Trinitatis London'.—Mandatum est H. de Wengham quod de bladis, averiis, catallis et bonis aliis, que sunt de prioratu Sancte Trinitatis Lond', nullum faciat aut fieri permittat vastum vel vendicionem. Teste rege apud Windes' xxiij. die Septembris, quamdiu fuerint in manu regis et in custodia sua, set ea integre reservet. Teste etc.

Pro hominibus Henrici de Hasting'.—Mandatum est H. de Wengham' quod, quamdiu terre Henrici de Hasting' fuerint in manu regis et in custodia sua, non exigat a consuetudinariis earundem terrarum alias consuetudines vel alia servicia quam facere consueverunt tempore predicti Henrici. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Willelmus de Tackel' et Alanus, frater ejus, capti et detenti in prisona regis Oxonie pro transgressione foreste, habent literas regis quod ponantur per ballium usque ad adventum justiciariorum foreste.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit usque parcum de West Wicumb' Robertum de Amundestorp', Hugonem le Franc' et Petrum Bastard', ad capiendum in eo ad opus regis quatuor damos; et mandatum est ballivo de West Wicumb' quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro Magistro G. de Fering'.—Mandatum est Petro Chacepore' quod, non obstante mandato regis ei directo de capiendo domum Sancte Crucis extra Wintoniam in manum regis, permittat Magistrum G. de Fering' habere custodiam ejusdem domus, sicut prius habuit, donec rex aliud ei mandaverit. Teste ut supra.

Pro Thoma de Wintonia, clerico.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod permittat Thomam de Wintonia, clericum regis, habere

1250.

cheminagium per forestam regis de Windes' sine aliqua occasione, ad subboscum quem prosterni faciet in bosco suo de Haydon', qui est in manerio de Weston', quo voluerit cariandum. Teste ut supra. Eodem modo mandatum est G. de Langel', justiciario foreste. Teste etc.

Pro Henrico de Dylum.—Rex cepit homagium Henrici filii et heredis Ade de Dilun, de omnibus terris et tenementis que fuerunt ipsius Ade in Dilon. Et mandatum est Matillidi de Lacy quod de omnibus terris et tenementis, de quibus idem Adam fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit, eidem Henrico plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wind' xxiiij. die Septembris.

De cuniculis capiendis ad opus regis.—Mandatum est ballivo regis de Guldeford' quod in cunigeria regis ibidem capiat ad opus regis l[a] cuniculos, si tot ibidem capi possint sine destructione ejusdem cunigerie, vel pauciores si tot sine destructione capi non possint; et cuniculos illos, una cum furettis quos habet per latorem presencium, regi mittat usque Windes'. Teste ut supra.

Pro execucione testamenti W. Wintoniensis episcopi.—Quia executores testamenti W. quondam Wintoniensis episcopi, manuceperunt coram rege quod regi satisfacient de debitis, si in aliquibus regi tenebatur idem episcopus, mandatum est P. Chaceporc, custodi episcopatus Wintoniensis, quod permittat executores predictos liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt predicti episcopi, ad execucionem testamenti sui faciendam, salva tamen ordinacione statuta per P., quondam Wintoniensem episcopum, de carucis et aliis que reservari debent ad usus episcoporum futurorum. Et eisdem executoribus consulens sit et auxilians ad distringendum debitores predicti episcopi ad solucionem debitorem (*sic*) predictorum. Teste ut supra.

Pro Nicholao Aucupe.—Mandatum est eidem P. quod querat ad opus regis per prefatum episcopatum quotquot poterit de capriolis, cuniculis, cignis, gruibus, fesenciis, perdicibus, et aliis volatilibus, contra instans festum Sancti Edwardi; et Nicholao Aucupi, quem rex retinuit secum, committat vivaria predicti episcopatus custodienda; et retia que sunt apud Sutton' ei liberari faciat, et ei inveniat racionabile estoverium suum, quamdiu fuerit in servicio regis. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Walterus filius Nicholai et Johannes, frater ejus, capti et detenti in prisona de Walingford' pro morte Rogeri le Blake, unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Buk' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De damis capiendis ad opus regis.—Mandatum est ballivo de Farnham' quod permittat W. de Valencia, fratrem regis, capere in parco de Farnham' x. vel xij. damos, si voluerit, et ad illos capiendos consilium et auxilium ei inpendat. Teste rege apud Windes' xxv. die Septembris.

1250.

De damis ad opus regis.—Rex mittit Hugonem le Franc' et Robertum de Hadmundestrop' ad capiendum ad opus regis decem damos in parco de Clere, precipiens custodi manerii quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De capriolis ad opus regis.—Mandatum est Roberto de Amundestrop', ballivo de Freymantel, quod in balliva sua capiat ad opus regis duos vel tres capriolos, et illos sine dilacione regi mittat usque Windes'. Teste ut supra.

De gallinis et pullis ad opus regis.—Mandatum est P. Chaceporc', custodi episcopatus Wintoniensis, quod de eodem episcopatu venire faciat usque Westmonasterium ad opus regis dcc. gallinas et pullos, ccc. aucas et edos aliquot, provisurus quod ea habeat ibidem in vigilia Sancti Edwardi ad ultimum. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est Willelmo Luvel, venatori regis, quod de damis quos cepit ad opus regis in foresta de Dene faciat habere Hugoni de Botum, valletto regis, unum damum, de dono regis ; ita quod ob hoc non decrescat numerus damorum capiendorum quem rex ei injunxit. Teste ut supra.

Pro Magistro Rogero, coco regis.—Rex racione episcopatus Wintoniensis vacantis et in manu regis existentis, concessit Magistro Rogero Pictavensi, coquo suo, officium in pistrino prioratus Sancti Switthini Wintonie quod vacat, ut dicitur, tenendum tota vita sua ; et mandatum est P. Chaceporc, custodi episcopatus Wintoniensis quod eidem Magistro Rogero de predicto officio plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De c. libris ad operaciones de Windleshour'.—Mandatum est P. Chaceporc' quod de denariis illis, quos ad opus regis rex perquiri precepit de proventibus seu redditibus episcopatus Wintoniensis, faciat habere custodibus operacionum castri Windes' c. libras, ad easdem operaciones faciendas. Et nichilominus regi mittat omnes denarios quos perquirere poterit, quamcito poterit, sicut per aliud breve suum rex ei injunxit. Teste ut supra.

De capis contra festum Sancti Edwardi.—Mandatum est E. de Westmonasterio quod fieri faciat quandam capam de choro, precii xx. marcarum, ad opus Sancti Edwardi, et quandam aliam capam, precii v[que] marcarum, ita quod prompte sint et parate in hoc instanti festo Sancti Edwardi. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Willelmi le Wympler.—Quia constat regi per inspectionem litterarum W. quondam Wintoniensis episcopi, quod predictus episcopus concessit Isabelle que fuit uxor Willelmi le Wimpler custodiam terre et heredis Beatricis que fuit uxor Johannis de Suwerc', una cum maritagio Elic', filie et heredis predicte Beatricis, mandatum est vicecomitibus Lond' et maiori, quod ipsam heredem predicte Isabelle liberari faciant. Teste ut supra.

1250.

De Judeis imprisonandis.—Mandatum est constabulario Turris Lond' quod Abraham le Skirmissur et Aaron filium El', Judeos Glouc', captos pro transgressione, quos rex mittit usque Turrim predictam, recipiat et in eadem Turri in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De execucione testamenti Willelmi Lungespeye.—Mandatum est Henrico de Wengham quod permittat executores testamenti Willelmi Lungespeye liberam habere administracionem de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius Willelmi, ad execucionem testamenti sui faciendam, quia Stephanus Lungespeye et Henricus de Mara manuceperunt coram rege quod regi satisfacient de debitis si que regi debuit; et quod capiat in manum regis terras que sunt de hereditate Idonee uxoris ipsius Willelmi, ita quod de exitibus predictarum terrarum decetero nichil ammoveatur, donec ad regem venerit et fecerit quod de jure facere debuerit. Et quia rex concessit per litteras suas patentes predicto Willelmo quod maneria sua de Audiburn', Ambresbur' Threbrug', et Caneford' cum pertinenciis tradere possit ad firmam cuicumque voluerit, a festo Sancti Michaelis anno etc. xxxij° usque in iiij^or annos proximo sequentes completos, mandatum est eidem H. quod permittat Henricum de Mara et alios firmarios tenere predicta maneria in pace, ita quod infra terminum illum de predictis maneriis in nullo se intromittat. Teste rege apud Windles' xxvij. die Septembris.

Pro hominibus abbatis de Fiscamp'.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod districtionem, quam facit super homines abbatis de Fiscann' in Chilteham' et Sloutr' pro transgressione mensurarum in eisdem villis, ponat in respectum usque xv. Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij.; et quod interim ad bona vel catalla ipsius abbatis hac occasione manum non apponat. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Stephanus le Sampler, Ricardus Humfridi, Robertus le Rus, Thomas de la Prey, Reginaldus filius Olive, et Ricardus de La Preye, capti et detenti in prisona regis de Warr' pro morte Roberti de Wescot', unde appellati [sunt], habent litteras vicecomiti Warr' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Pro Johanne de Venoiz et Ada de la More.—Mandatum est Johanni de Cormailles quod districtionem, quam facit Johanni de Venoiz et Ade de la More pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad quindenam Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij^to. Teste ut supra.

Pro abbate de Pipwell'.—Mandatum est vieccomiti Warr' quod districtionem, quam fecit super abbatem de Pipwell', de fine pro serjantiis regis, relaxet usque ad quindenam Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij^to. Teste ut supra.

[m. 3.] *De terris episcopatus Wintoniensis excolendis.*—Mandatum est P. Chaceporc', custodi episcopatus Wintoniensis, quod capiat semen ab executoribus testamenti W., quondam Wintoniensis episcopi, per racionabile forum, de quo eis rex satisfieri faciet, et exinde seminari

1250.

faciat terras episcopatus predicti, et excoli per carucas reservatas futuro episcopo, per ordinacionem P., quondam Wintoniensis episcopi. Teste rege apud Wind' xxix. die Septembris.

Pro Petro Chaceporc.—Mandatum est Roberto de Dacre, captori vinorum regis, quod de vinis regis que sunt in custodia sua apud Wintoniam faciat habere Petro Chaceporc' tria dolia vini, per tale precium quo eadem dolia ad opus regis ceperat, ita quod idem Petrus ei de precio eorundem satisfaciat. Teste rege apud Wind' xxx. die Septembris.

De larderio faciendo.—Mandatum est P. Chaceporc, custodi episcopatus Wintoniensis quod de instauro vivo et mortuo, quod fuit W. quondam Wintoniensis episcopi, capiat ab executoribus ipsius episcopi per racionabile precium, ad larderium regis inde faciendum, prout viderit expedire. Teste ut supra.

De ponendis per ballium.—Ricardus Lifhieve et Felicia Moye, capti et detenti in prisona regis Oxonie pro transgressione foreste de Wicchewod', unde rettati sunt, habent literas regis vicecomiti Oxonie quod ponantur per ballium usque ad adventum justiciariorum foreste. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est Ernaldo Geraudun, camerario London', quod de vinis que nuper cepit ad opus regis faciat habere Elye de Rabayn unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De justiciariis Judeorum.—Rex loco Magistri Rogeri de Gosebec, quondam justiciarii Judeorum, substituit Robertum de Ho, officium justiciarii in Scaccario Judeorum eidem Roberto assignans. Et mandatum est baronibus et justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, accepta fidelitate ab eodem Roberto que ad regem pertinet, ipsum ad hoc admittant. Teste rege apud Wind' xxxi. (*sic*) die Septembris.

Pro constabulario Divisarum.—Quia constabularius regis Divisarum aliis negociis regis occupatus die sibi prefixo per barones de Scaccario, vacare non poterit ad compotum suum reddendum, mandatum [est] eisdem baronibus quod compotum suum prorogent usque ad octabas Sancti Hillarii anno etc. xxxv. Teste ut supra.

De lupis aquaticis contra festum Sancti Edwardi.—Mandatum est P. Chaceporc, custodi episcopatus Wintoniensis, quod mittat regi l[a] de grossioribus et melioribus lupis aquaticis in galatia, aut alio modo, prout viderit expedire, ita quod sint apud Westmonasterium in vigilia Sancti Edwardi; et rex de custo respondebit ei. Teste ut supra.

De parco de Guldeford'.—Rex commisit Elye Maunsel custodiam parci sui de Guldeford, quamdiu regi placuerit; et mandatum est Alano filio Roberti Fairchild quod dictam custodiam ei liberet sine mora. Teste rege apud Windes' secundo die Octobris.

1250.

De Judeo distringendo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod distringi faciant Bonenfant, Judeum Exonie, ad reddendum regi c. libras, ad quas amerciatus fuit pro concelamento catallorum suorum inventorum contra formam starri provisi; et quod distringi faciant decanum et capitulum Herefordenses ad reddendum regi xl. solidos de fine facto cum rege pro quadam biblia furata et inventa in Judaismo. Teste ut supra.

De perdonacione pro Petro de Abusun.—Rex perdonavit Petro de Abusun, consanguineo suo, sex marcas quas mutuo recepit de Jacobo, episcopo, Judeo Lond', et de Isaac le Franc', Judeo Oxonie, super vadia sua, videlicet xl. solidos de uno, et xl. solidos de altero. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod pecuniam illam eisdem Judeis in tallagio suo allocent, et prefato Petro vadia sua restitui faciant. Teste ut supra.

Pro Fratribus Minoribus London'.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod habere faciat Fratribus Minoribus London' die Sancti Edwardi vinum ad expensas suas eodem die. Teste ut supra.

De ponendis per ballium.—Petrus Ferthing' et Adam Ingayn, detenti in prisona regis Wigornie pro morte Radulfi Fingerlycht, unde appellati sunt, habent literas vicecomiti Wigornie quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De fustis ad operaciones de Lutegarsal'.—Mandatum est Avicie de Columbariis quod in foresta regis de Chet faciat habere constabulario de Lutegarhal' xx. fusta ad cheverones inde faciendas ad operaciones regis de Lutegarshal'. Teste rege apud Wind' iij. die Octobris.

De pane contra festum Sancti Edwardi.—Mandatum est ballivis de Wicumb' quod in villa sua fieri faciant ad opus regis c. solidatas panis, videlicet iiij. panes ad denarium, et cariari usque Westmonasterium; ita quod sit ibi in vigilia instantis festi Beati Edwardi; et rex tam de custo quam cariagio ejusdem panis eis ibidem satisfieri faciet. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Hugo de Reycheby, detentus in prisona regis Linc' pro morte Belas', Judee, unde apellatus est, habet literas vicecomiti Linc' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De execucione testamenti.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod de omnibus bonis et catallis, que fuerunt Roberti de Laverkestoc', ubicumque fuerint in balliva sua, executoribus ipsius Roberti liberam et plenariam administracionem habere faciat, accepta securitate ab eis quod regi satisfacient de debitis, si idem Robertus in aliquibus regi tenebatur. Teste ut supra.

De execucione testamenti.—Mandatum est H. de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Linc' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Otueli de Insula quod de primis bonis que

1250.

fuerunt ipsius defuncti solvent regi debita sua, si qua regi debebat, de omnibus bonis et catallis ipsius defuncti eisdem executoribus liberam administracionem habere faciant ad execucionem suam inde faciendam. Teste rege apud Westmonasterium v. die Octobris.

Eodem modo mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Norhumbr'. Teste ut supra.

De pane contra festum Sancti Edwardi.—Mandatum est ballivis de Sancto Albano quod fieri faciant quatuor libratas panis ad opus regis, videlicet quatuor panes ad denarium, et illum mitti usque Westmonasterium, ita quod sit ibi in vigilia Sancti Edwardi, ad ultimum; et rex custum et cariagium eis reddi faciet. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Wautham' de xl. solidatis panis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Warre de xl. solidatis panis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Windleshour'.—Rex cepit homagium Johannis filii et heredis Thome de Windes' de omnibus terris etc. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de officio quod idem Thomas habuit in Scaccario regis, de quo fuit seisitus tamquam pertinente ad tenementum quod de rege tenuit die quo obiit, eidem Johanni plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Johannes filius Radulfi, in prisona regis Oxonie detentus pro transgressione foreste, habet litteras vicecomiti Oxonie quod ponatur per ballium usque ad adventum justiciariorum foreste. Teste ut supra.

De cayo reparando.—Mandatum est P. Chaceporc, custodi episcopatus Wintoniensis, quod caium quod est super terras predicti episcopatus in Suwerc' reparari faciat, sicut episcopi ejusdem episcopatus illud reparare consueverunt singulis annis. Teste ut supra.

De pisce capiendo ad opus regis.—Mandatum est eidem P. de lx. luciis et totidem bremiis capiendis in vivario et servatoriis episcopatus Wintoniensis, ubi major sit copia piscium cum perticis prout necesse fuerit, ita quod sint ad regem die Sancti Edwardi ante horam prandii, non computatis luciis captis in vivario de Taunton' contra festum ejusdem Sancti. Et custum rex ei faciet allocari. Teste rege apud Keniton' iij. die Octobris.

De cuniculis capiendis.—Mandatum est ballivo de Eyssere de cuniculis capiendis contra idem festum per W. le Criur. Teste ut supra.

De vinis liberandis.—Mandatum est Ernaldo Geraudon, camerario London', quod xxx[a] dolia vini de prisa, que sunt in custodia sua, liberet vicecomitibus Lond', carianda usque Windes'. Teste rege apud Westmonasterium vj. die Octobris.

1250.

Pro priore Sancte Trinitatis London'.—Rex electioni facte de fratre Johanne de Toting', quondam sacrista Sancte Trinitatis London', in priorem ejusdem domus regium adhibuit assensum et favorem ; et mandatum est Henrico de Wengham quod de predicto prioratu et de omnibus terris et possessionibus ad predictum prioratum spectantibus plenam ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est militibus liberis hominibus et omnibus aliis tenentibus de predicto episcopatu quod ei tamquam domino suo intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Pro Warino filio Henrici de Barton'.—Quia rex inspexit cartam Henrici de Hasting' per quam concessit Warino filio Henrici de Barton' quinque marcatas redditus annuatim percipiendas de certis tenentibus in eadem carta contentis, mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Leyc' quod ipsum Warinum eundem redditum a predictis tenentibus percipere permittat, sicut illum percipere consuevit tempore dicti Henrici. Teste ut supra.

De probatore imprisonando.—Mandatum est custodi gaiole regis de Neugat' quod Ricardum de Bleseby, probatorem regis, quem vicecomes Oxonie ei liberabit per preceptum regis apud Neugat', ab eo recipiat et in prisona regis ibidem salvo custodi[ri] faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Thoma filio Alulfi de Roking'.—Rex cepit homagium Thome filii et heredis Aluffi (*sic*) de Roking' de omnibus terris et tenementis que idem Aluffus tenuit de rege in capite in comitatu Kancie ; et mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu predicto quod de omnibus terris et tenementis que idem Aluffus tenuit etc., et de quibus fuit seisitus in dominico suo ut de feodo die quo obiit, eidem Thome plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Octobris.

De ponendo per ballium.—Willelmus le Clerc de Torp', captus et detentus in prisona nostra Linc' pro morte Bolaset filie Jacobi, Judee Linc', unde appellatus est, habet litteras vicecomiti Linc' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro canonicis de Hasting'.—Mandatum est ballivo de rappo de Hasting' quod arreragia redditus quem canonici ecclesie Sancte Marie de Hasting' percipere consueverunt in Bolewareheth', tempore Alicie, quondam comitisse Augi, et arreragia redditus quem percipere consueverunt de quadam particula terre in Crocham, de tempore quo terra illa extitit in custodia regis, eisdem canonicis, et decetero decimas [feni *cancelled*] de prato sub castello, solvi faciat. Teste ut supra.

Pro civibus Wygornie.—Cives Wigornie solverunt in garderobam regis P. Chaceporc', custodi ejusdem garderobe, in crastino Sancti Dionisii, apud Westmonasterium, x. marcas de xv. marcis, per quas finem fecerunt cum rege pro transgressione et certis mensuris habendis. Et mandatum est vicecomiti Wigornie quod ipsos propter hoc decetero non distringat. Teste ut supra.

1250.

De damis capiendis ad opus regis.—Mandatum est constabulario castri Notingham' quod subtus idem castrum in parco regis capiat sex [septem *cancelled*] damos, et illos regi mittat usque Westmonasterium contra idem festum Sancti Edwardi. Teste rege apud Wodest' xj. die Septembris.

Pro Reymundo Makeyn.—Quia rex tenetur Reymundo Makeyn, civi Burdegale, in pluribus debitis, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quod eidem Reymundo habere faciant septingentas quater viginti et duodecim marcas de primis denariis provenientibus de Judaismo regis, tam de tallagio quam aliis veteribus debitis, et illas Judeis regis tam in predicto tallagio quam in veteribus debitis suis, prout justum fuerit, allocari faciant. Teste rege apud Merleberg' iij° die Julii anno etc. xxxiiij. [*In margin*] *Quia aliter in anno xxxv. circa Parasceuen.*

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod in pleno comitatu suo et per assensum tocius comitatus eligi faciat quendam coronatorem loco Willelmi de Wyttel', quondam coronatoris ejusdem comitatus, qui propter debilitatem sui coperis (*sic*) illi officio intendere non potest; qui prestito sacramento etc. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Octobris.

Pro militibus tenentibus de W. Sarisburiensi episcopo.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam, quam faciunt per sumonicionem Scaccarii regis militibus tenentibus de W. Sarisburiensi episcopo pro subtraccione custodie castri Divisarum, ponant in respectum usque ad quindenam Pasche anno etc. xxxv. Teste ut supra.

Pro Rogero de Eyncurt.—Mandatum est vicecomiti Dereb' quod, quamdiu Rogerus de Eincurt fuerit coronator regis in comitatu predicto, ipsum non ponat nec poni permittat in assisis, juratis, vel recognicionibus aliquibus. Teste ut supra.

Pro Idonea que fuit uxor Willelmi Lungespeye.—Idonea que fuit uxor Willelmi Lungespeye fecit regi quod facere debuit pro seisina habenda de terris que sunt de hereditate sua propria quas rex capi precepit in manum suam post mortem predicti Willelmi; et mandatum est Henrico de Wengham' quod eidem Idonee de predictis terris plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Octobris.

Pro Johanne de Rammesden' et Ricardo Ruffo.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod si Johannes de Rammesden' et Ricardus Ruffus sufficienter probare poterint catalla ad valenciam sexaginta solidorum sua esse, et que catalla idem vicecomes cepit in manum regis occasione mortis cujusdam hominum eorum, quem socius suus interfecit, tunc ipsa catalla eisdem Johanni et Ricardo sine dilacione reddi faciat. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Caple.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Hereford' fieri precepit, quod Willelmus de la

1250.

Hull', utlagatus pro morte hominis, tenuit unam virgatam terre in Caple in villenagio de Willelmo de Caple, et quod annus et dies de terra predicta secundum consuetudinem partium illarum ad regem non pertinent, mandatum est eidem vicecomiti quod de predicta terra eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro Isabella que fuit uxor Rogeri de Merlay.—Quia Isabella que fuit uxor Rogeri de Merlay fecit regi securitatem de se non maritanda sine licencia regis, mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Suht' quod de omnibus terris que fuerunt ipsius Rogeri in balliva sua, quas de rege tenuit in capite, et que sunt in manu regis, eidem Isabelle racionabilem dotem suam assignari faciant. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Octobris.

Pro W. Sarisburiensi episcopo.—Mandatum est P. Chaceporc', custodi episcopatus Wintoniensis, quod in bosco de Weregrave, qui est infra forestam regis de Wind', faciat habere W. Sarisburiensi episcopo, vel ejus certo assignato, octo fusta, quorum quinque signata sunt, que W. de Ral', quondam Wintoniensis episcopus, contulit in vita sua ad reparacionem pontis de Loden' citra Rading'. Teste ut supra.

Et mandatum est G. de Lyston' quod ipsos fusta illa extrahere permittat sine occasione cheminagii. Teste ut supra.

Pro Oweno filio Hoelis.—Owenus filius Hoelis liberavit in garderobam regis per manum Johannis de la Pole, P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Dominica proxima post octabas Sancti Michaelis, apud Westmonasterium, x. libras de fine l[a] librarum quem fecit cum rege pro terra de Kery. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de predictis x. libris ipsum Owenum quietum esse faciant. Teste ut supra.

Pro Oweno filio Mereduc.—Consimiles litteras habet Oweyn filius Mereduc', de xxxiij. libris vj. solidis et viij. denariis, quos liberavit in garderobam regis eidem P. per manus Egidii, monachi de Strata Florida, eodem die pro terra de Kedewen' de fine cc. librarum. Teste ut supra.

[m. 2.] *De ponendis per ballium.*—Colemannus de Bridebek et Gilbertus Tok, capti et detenti in prisona abbatis Sancti Edmundi pro morte Marie filie Nigelli, unde rettati sunt, habent litteras vicecomiti Suff' quod ponantur per ballium. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Octobris.

De execucione testamenti G. quondam Ossoriensis episcopi.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod, accepta securitate ab executoribus testamenti G. quondam Ossoriensis episcopi, quod de primis bonis que fuerunt ipsius defuncti regi satisfacient de debitis, si in aliquibus regi tenebatur, et etiam de denariis crucesignatorum, si quos receperit in vita sua, de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius defuncti eisdem executoribus liberam administracionem

1250.

habere faciat ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste rege apud Westmonasterium xviij. die Octobris.

De execucione testamenti Ricardi de Burgo.—Mandatum est constabulario castri de Monte Gomery quod omnia catalla et bona, videlicet boves, blada et fena, que fuerunt Ricardi de Burgo, quondam constabularii castri predicti, que recepit post mortem ipsius Ricardi, sine dilacione habere faciat executoribus testamenti prefati defuncti, ad execucionem ipsius inde faciendam. Teste ut supra.

De maeremio ad reparacionem castri.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in bosco regis de Dersleg', qui est infra forestam regis de Rokingham, capiat maeremium quantum necesse fuerit ad reparacionem domorum et turris castri regis de Rokingham'. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Philippus Hardman, captus et detentus in prisona regis de Sancto Briavello pro morte Ade Shirloc, unde rettatus est, habet literas vicecomiti Glouc' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Hugone le Bigod et Baldewino de Drayton'.—Mandatum est H. de Wengham', excaetori regis in comitatu Norht', quod si Robertus de Veer non tenuit aliquam terram de rege in capite, per quam custodiam terrarum que de ipso tenebantur rex habere debeat, tunc talem seisinam habere faciat Hugoni le Bigod et Baldewino de Drayton' de terris suis, quas cepit in manum regis post mortem predicti Roberti, eo quod de ipso tenebantur, qualem prius habuerunt, provisurus quod si idem Robertus tenebatur regi in aliquibus debitis, quod bonam habeat securitatem de debitis illis regi reddendis antequam executores testamenti sui aliquam habeant administracionem de bonis et catallis que sua fuerunt in comitatu predicto. Teste ut supra.

Pro heredibus Hugonis de Kilpec.—Heredes Hugonis de Kilpec habent respectum de omnibus demandis, quas vicecomes Hereford' facit eis per sumonicionem Scaccarii de ultimo itinere G. de Langel' et sociorum suorum, justiciariorum itinerancium ad placita foreste in comitatu predicto, usque ad octabas Sancti Hillarii anno etc. xxxv. Et mandatum est vicecomiti Hereford' etc. Teste ut supra.

De maeremio ad reparacionem castri.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Lythewod' faciat habere Roberto de Grendon', vicecomiti Salop', xx. quercus ad emendaciones et reparaciones castri regis et domorum regis Salop'. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Ralegh'.—Quia W. de Ralegh', quondam Wintoniensis episcopus, in ultima voluntate sua legavit Radulfo de Ralegh', fratri suo, custodiam manerii de Wollaveston', quod fuit Roberti le Waleis, usque ad legitimam etatem heredum ipsius Roberti, mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norht' quod eidem Radulfo de predicto manerio, cum omnibus exitibus inde perceptis post mortem ipsius episcopi, plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

1250.

Pro Reginaldo de Alba Marl'.—Quia Reginaldus de Alba Marl', ad instanciam regis, duxit in uxorem Johannam filiam Fulconis de Mungomery, de feodo unius militis quod de rege tenet in Wodebur', rex remisit pro se et heredibus suis ipsi et heredibus suis inperpetuum quartam partem servicii feodi illius militis ; et preterea de quinque solidis, quas annuatim dare consuevit vicecomiti Devonie ad turnum suum, de hidagio ad opus regis pro terris suis quas habet in comitatu Devonie, remisit rex pro se et heredibus suis ipsi Reginaldo et heredibus suis inperpetuum duos solidos et sex denarios annuos. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod de quarta parte servicii predicti et de prefatis duobus solidis et sex denariis annuis ipsum Reginaldum et heredes suos quietos esse faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Westmonasterium xx. die Octobris.

Pro Hugone le Bigod.—Quia Robertus de Veer nichil tenuit de rege in capite, mandatum est Drogoni de Barentin, custodi insule de Geres', quod de terris et tenementis que idem Robertus tenuit de Hugone le Bigod in prefata insula, eidem Hugoni plenam seisinam habere faciat, tenenda usque ad legitimam etatem hered' predicti Roberti. Teste ut supra.

Pro abbate Fiscamp'.—Ballivus abbatis et conventus Fiscann' coram rege replegiari fecit maneria sua de Chiltham et Sloutre que nuper capta erant in manum regis. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod eidem ballivo de eisdem maneriis plenam seisinam habere faciat, et si quid de eisdem maneriis captum fuerit, id eidem ballivo sine dilacione liberari faciat. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis Notingh' quod de predictis vinis faciat habere Galfrido de Langel', justiciario foreste, unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Hugone le Bigod et Baldewino de Drayton'.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Norht' quod si Robertus de Veer non tenuit aliquam terram de rege in capite, per quam custodiam terrarum suarum rex habere debeat, tunc talem seisinam habere faciant Hugoni le Bigod et Baldewino de Drayton' de terris et tenementis que idem Robertus tenuit de eis in capite, et que ceperunt in manum regis post mortem prefati Roberti, una cum omnibus exitibus et proventibus terrarum predictarum, quos similiter ceperunt in manum regis, qualem inde prius habuerunt ; et provideant quod si idem Robertus tenebatur regi in aliquibus debitis, quod bonam habeant securitatem de debitis illis regi reddendis, antequam executores testamenti sui aliquam habeant administracionem de bonis et catallis que sua fuerunt in comitatu predicto. Teste ut supra.

Pro hominibus magistri milicie Templi.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districtionem, quam fieri facit super homines magistri milicie Templi in Anglia in maneriis et alibi in terris suis per Angliam pro expeditacione canum suorum, penitus relaxari faciat usque ad quindenam Pasche anno etc. xxxv. Teste rege apud Westmonasterium xxij. die Octobris.

1250.

Pro Roberto filio Roberti Huvel.—Rex respectum dedit Roberto filio Roberti Huvel usque ad octabas Sancti Hillarii anno etc. xxxv. de debitis in quibus ipse tenetur Aaron filio Abrahe et Elye le Vesk', Judeis London'. Et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod super ipsum Robertum aut super plegios suos nullam districtionem pro debitis illis usque ad eundem terminum fieri faciant. Teste ut supra.

De petra carianda.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod venire faciat usque Turrim Lond' petram quantum poterit ad operaciones ejusdem Turris. Et custum et cariagium, cum illud sciverit, [rex] reddi faciet. Teste ut supra.

Pro Uttredo de Bradeshawe.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Lanc' fieri fecit quod Uttredus de Bradeshawe non interfecit Alanum, fratrem suum, per feloniam, sicut Margeria que fuit uxor ipsius Alani eum appellat, set quod idem Uttredus ipsum Alanum interfecit se defendendo, quia idem Alanus cultello extracto ipsum Uttredum persecutus fuit ad occidendum, ita quod nullo modo periculum mortis evadere potuit nisi ipsum Alanum occidisset, mandatum est vicecomiti Lanc' quod ipsum Uttredum tradat in ballium ; et catalla sua hac occasione in manum regis capta ei interim deliberet. Teste ut supra.

Pro Elya de Rabayn.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat Elyam de Rabayn, cui rex concessit custodiam et maritagium heredum Stephani de Baiocis, habere animalia et pecora sua in foresta de Melkesham, extra landas defensas, sicut predictus Stephanus ea in predicta foresta habere consuevit. Teste rege apud Westmonasterium xxij. die Octobris.

Pro episcopo Bangorensi.—Mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquirat utrum Bangorensis episcopus et predecessores sui liberum passagium pro se et hominibus suis in aqua de Conewey, et decimas dominicorum nostrorum, tam bladi et aliorum decimalium quam plumby, ubique in terra nostra de Berwehlad habere consueverunt. Et si per inquisicionem illam ei constiterit quod ipsi passagium et decimas illas habere debeant et consueverint, tunc Ricardo Bangorensi episcopo passagium in aqua predicta et decimas illas decetero habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est G. de Langel' et sociis suis justiciariis pro [*unfinished*].

Pro Griffino filio Wenunwini.—Rex perdonavit Griffino filio Wenunwini transgressionem cujusdam cervi, quem cepit in foresta regis de Pecco ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, et sociis suis proximo itineraturis in comitatu Dereb', quod ipsum propter hoc non occasionent nec amercient. Teste ut supra.

[*De*] *operacionibus de Cardigan.*—Rex assignavit omnia debita in quibus abbas et conventus de Strata Florida regi tenetur ad

1250. operaciones regis de Cardigan inde faciendas; et per literas patentes mandatum est eisdem quod prefata debita solvant custodibus operacionum de Cardigan. Et mandatum est custodibus earundem operacionum quod debita illa ab eis recipiant, et ponant ea in operacionibus predictis. Teste ut supra.

[*Pro*] *hominibus de Redlegh'*.—Mandatum est P. Chaceporc, constabulario de Sancto Briavello quod permittat homines regis de Redleg' habere eandem communam infra metas foreste regis de Dene extra landas defensas quam habere consueverunt in eadem foresta. Teste ut supra.

[*Pro*] *abbate et monachis de Stanlegh'*.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo in comitatu Warr' quod, quamdiu manerium de Allesley fuerit in manu regis racione custodie terrarum et heredis Henrici de Hasting', solvant annuatim abbati et monachis de Stanlegh' xij. solidos, in quibus idem heres eis tenetur pro xxiiij. acris terre, quas dicto Henrico dederunt in bosco suo de Westwod', et unde cartam ipsius Henrici habent, scilicet ad Pascha sex solidos, et ad festum Sancti Michaelis sex solidos, una cum sex solidis qui eis aretro sunt de termino Sancti Michaelis proximo preterito. Teste ut supra.

1251. Eodem modo postea mandatum est custodi prefati manerii sub Guidone de Lezignan, cui rex illam custodiam commisit. Teste rege apud Wodest' iiij. die Februarii.

1250. [*Pro*] *hominibus abbatis de Bello*.—Mandatum est Johanni de Cormailles, senescallo foreste de Axiholt, quod districtionem, quam facit hominibus abbatis de Bello de Anesti pro expeditacione canum, ponat in respectum usque a die Pasche in xv. dies. Teste rege apud Westmonasterium xxiiij. die Octobris.

Eodem modo mandatum est Johanni de Vernun, senescallo foreste de Melkesham', pro eodem abbate et hominibus suis. Teste ut supra.

[*Pro*] *Galfrido de Trewe*.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram Galfridi de Trewe in comitatu Wiltes', que est vadium Isaac de Berkamsted', Judei, extendi faciant, et secundum extentam illam eidem Galfrido racionabilem finem et competentes terminos de debito in quo eidem Judeo tenetur habere faciant. Teste ut supra.

De catallis Judeorum.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod capiant in manum regis omnia catalla que fuerunt Abrahe de Berchamsted, tam in cartis quam aliis, ubicumque fuerint, et de eisdem catallis emi faciant aurum ad opus regis, per manus Elye episcopi et Aron filii Abrahe, Judeorum Lond'. Tradant etiam eisdem Elye et Aaron m. libras de communi tallagio Judeorum regis de termino Sancti Michaelis, ad aurum emendum ad opus regis. Faciant etiam per eosdem emi aurum ad opus regis de d. libris, quas Aaron, Judeus Eboraci, regi debet pro carta abbatis Eboraci quam de rege emit, unde reddet regi ad festum Sancti Martini

1250.

anno etc. xxxv. c. marcas et ad festum Pentecostem proximo sequens c. marcas ; et sic de anno in annum ad eosdem terminos cc. marcas, donec dictum debitum regi fuerit persolutum. Et easdem empciones predictis Elye et Aron precipiet rex allocari. Teste ut supra . per Philippum Luvel.

[*De*] *palicio de Havering'*.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod per visum forestariorum et viridariorum permittat Johannem le Waleis, ballivum de Havering', capere in forinseco bosco regis ibidem quantum necesse fuerit ad palicium parci regis de Havering', qui indiget reparacione, reparandum et sustentandum. Teste ut supra.

[*De*] *regina Scocie hospitanda.*—Mandatum est vicecomiti Kancie quod contra adventum regine Scocie domos regis infra castrum Roffe mundari et decenter preparari, et eam in eisdem hospitali (*sic*) faciat, omnino ad custum regis. Et cum rex custum quod ad hoc posuerit [sciverit], illud reddi faciet. Teste ut supra.

Pro hominibus de soca de Scalleby.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Scalleby, per visum forestariorum et viridariorum ejusdem foreste, faciat habere probis hominibus regis de soca de Scalleby custodientibus molendina regis ejusdem soke, maeremium ad reparacionem eorundem molendinorum. Teste rege apud Guldeford' xxvj. die Octobris.

[*Pro*] *Roberto de Burstall'*.—Mandatum est vicecomiti Notingh' quod non distringat Robertum de Burstall' ad se militem faciendum, occasione alicujus precepti regis ei prius directi, donec de ipso super hoc distringendo specialius habuerit preceptum. Teste ut supra.

Pro Roberto de Lornawe.—Rex perdonavit Roberto de Lornawe sectam pacis sue que ad regem pertinet pro morte Waldef' de Leem', quem predictus Robertus interfecit, et firmam pacem rex ei inde concessit, ita quod pacem faciat cum parentibus, et stet recto si quis inde versus eum loqui voluerit. Et mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod ipsum Robertum libere quo voluerit cum pace regis abire permittat. Teste ut supra.

[m. 1.] [*Pro*] *Beatrice de Charnel'*.—[Mandatum est H. de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Leyc' *cancelled*.] Quia rex accepit per inquisicionem quam per ipsos fieri fecit quod Willelmus de Charnel' tenuit terram suam in Swepston' et Elmertorp' de Henrico de Hasting' in socagium, et non per servicium militare, mandatum est eisdem H. et coescaetori suo in comitatu predicto quod Beatrici de Charnel', matri Nicholai filii et heredis predicti Willelmi, de predicta terra plenam seisinam habere faciant, usque ad legitimam etatem ipsius heredis, eo quod ipsa propinquior est heredi predicto. Teste rege apud Guldef' xxvij. die Octobris.

[*De repar*]*acionibus de Guldeford'*.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod fieri faciat duas tabulas ante altaria in capella regis de Guldeford',

1250.

et unam tabulam ultra stallum regis in capella sua ibidem, et unum crucifixum cum Maria et Johanne, et unam fenestram vitream, et fenestras in inferiori camera nostra ibidem melius barrari, et fenestras illas per medium scindi, ita quod possint aperiri et clau[di], prout rex voluerit ; et alias fenestras in domibus regis, que indigent reparacione, reparari faciat et emendari. Et rex, cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

[*Pro*] *Willelmo Munitore*.—Rex inspexit cartam Ranulfi, quondam comitis Cestrie, per quam concessit Willelmo Munitori et heredibus suis custodiam gardini et orti sui de Cestria, et liberacionem [suam *cancelled*] ad unum hominem. Rex, igitur, nolens aliquem de jure suo vel ballivis suis injuste disseisiri, mandatum est A. la Zusch', justiciario Cestrie, quod Philippo le Clerc, filio Galfridi Munitoris, heredis predicti Willelmi, eandem de prefatis custodia et liberacione seisinam habere faciat, qualem ipse et antecessores sui inde habere consueverunt. Teste ut supra.

[*Pro*] *priorissa et monialibus Cestrie*.—Rex de speciali gracia perdonavit priorisse et monialibus Cestrie x. marcas et xx. denarios de termino Sancti Michaelis, anno etc. xxxiiij., quos regi reddere debuerint pro terris quas tenent ad firmam de dominicis que fuerunt comitis Cestrie. Et mandatum est A. la Zusch', justiciario Cestrie, quod ipsas moniales inde quietas esse faciat hac vice. Et si denarii illi ei debeant allocari in firma sua, illos ei faciet allocari. Teste ut supra.

[*Pro*] *priore de Merton'*.—Rex concessit priori de Merton' quod grava sua, quam habet apud Alkemondebir' in comitatu Hunted', remaneat clausa usque ad quindenam Pasche anno etc. xxxv. Et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod id fieri permittat. Et interim regi scire faciat [si fuerit] ad nocumentum foreste regis de Hunted' si grava illa semper remaneret clausa, sicut nunc est, vel non. Et si esset ad nocumentum foreste, ad quod nocumentum . . . . . .

Mandatum est ballivo de Everl' quod demandam quam facit prior . . . . m suorum et hominum suorum de Hetfeld', ponat in respectum usque xv. Pasche anno etc. xxxv. Teste ut supra.

[*De h*]*ominibus terrarum que fuerunt* [*in m*]*anu regis Scoc'*.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat homines . . . . anteby et Salchild' habere racionabile estoverium suum in foresta de Englewod' sine detrimento ipsius foreste, sicut habere consueverunt, quamdiu dicte ville fuerint . . . .

[*Pro ho*]*minibus de Pikering'* [*et*] *Newton'*.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat homines regis de Pikering' et Newton' habere pasturam ad averia sua et husbot' et heybot' extra hayas regis et landas prohibitas in foresta regis de Pikering', sine

1250.

gravi detrimento ejusdem foreste, sicut viderit expedire; ita quod predicti homines regis pro defectu premissorum ultra modum non graventur. Teste rege apud Chauton', xxvij. die Octobris.

Pro hominibus de Guldeford'.—Mandatum est vicecomiti Surr' quod in castro regis de Guldeford' quandam coquinam cum quodam furno intrinsecus fieri faciat. Et rex, cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

[*Pro*] *hominibus de Gillingham.*—Mandatum est Johanni de Vernun, senescallo foreste de Gillingham', quod districtionem, quam facit hominibus regis de Gillingham' pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad Natale Domini, ut presente justiciario regis foreste, et ille tunc super negocio illo commodius pertractet. Teste ut supra.

[*Pro hominibus*] *de Penred.*—Mandatum est Thome de Stanford' quod homines manerii de Penred, quod rex dedit regi Scocie, et quod nunc est in manu regis, donec filius et heres predicti regis regi fecerit homagium suum, teneat in eodem statu et eisdem consuetudinibus in quibus prefatus rex Scocie eas tenuit dum fuerunt in manu sua, et ipsos in tallagiis et aliis indebite non gravet, nec alios de tenura consimili. Teste rege apud Sutton' xxvij. die Octobris.

[*De*] *damis datis.*—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod faciat habere Willelmo de Valencia, fratri regis, x. damos et xx. damas in Nova Foresta, et quinque damos et xv. damas in foresta de Axhiholt, ad parcum ipsius Willelmi de Neuton' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

. . . *Adam de Bury.*—Mandatum est vicecomiti Lanc' quod quamdiu Adam de Bury fuerit coronator regis in comitatu Lanc', quod non ponat ipsum in assisis, juratis, vel aliquibus recognicionibus. Teste ut supra.

. . . *Adam Cok'.*—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod demandam x. librarum, quam facit per sumonicionem Scaccarii Ade Cok, de arreragiis compoti sui de tempore quo fuit ballivus de Clarend', ponat in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii anno etc. xxxv°. Teste ut supra.

Pro Ricardo Fige.—Mandatum est custodi foreste de la Bere quod in bosco regis de Asshel', qui est infra forestam predictam, faciat habere Ricardo Fige, trumpatori regis, duas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

1249.
[m. 20*d*.]

Rex J. de Grey, justiciario Cestrie, salutem. Baronum de comitatu Cestrie et communitatis ejusdem ville querelam per Walkelinum de Ardern' et Willelmum de Boydell' super terra, boscis, pastura et libertatibus quas petunt a nobis, dicentes sibi injuriam fieri, nuper recepimus, et ad eorundem nunciorum instanciam litteras vobis misimus super hoc quosdam articulos continentes, quia vero dubium

1249.

esse potest quod aliqui contra intencionem nostram interpretari valeant dictos articulos; et quia nolumus quod ea que de jure sunt nostra nobis subtrahantur, vel in aliquo, sicut aliis nolumus subtrahere que sunt sua, vobis mandamus quod omnes terras boscos et omnia tenementa que custoditis ex parte nostra tractetis et manuteneatis in placitis, libertatibus et omnibus aliis rebus et negociis, sicut fuerunt tempore quo custodiam ipsam vobis commisimus, non obstante priori mandato nostro, donec ad partes illas personaliter veniamus, vel aliquos discretos mittamus a latere nostro, qui potestatem habeant cognoscendi de querela predicta, et terminandi modo debito omnia que ad eam pertineant. Teste rege apud Cantuariam tercio die Novembris anno etc. xxxiiij^{to}.

Rex rogavit priorem Sancte Fritheswith' [quod *cancelled*] et conventum quod Rawelino de Sancto Neto et matri sue sufficientem liberacionem ad scolas exercendas faciant exhiberi. Teste etc. apud Westmonasterium [*unfinished*].

Quia rex vult quod in cuppa illa quam rex habuit de Elya le Evesk', Judeo, deponatur corpus divinum in ecclesia Beati Petri Westmonasterii, mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod cuppam illam ornari faciat secundum quod Johannes Francigena ei dicet ex parte regis, et illam sic paratam liberet abbati Westmonasteriensi ad eucaristiam in ecclesia sua in ea deponendam.

Et mandatum est abbati Westmonasteriensi [quod] ab eodem Edwardo recipiat, et corpus divinum in ea deponat in ecclesia sua de Westmonasterio, ita quod nullo tempore ab ecclesia sua separetur. Teste rege apud Merleberge xviij. die Novembris.

Mandatum est vicecomiti Leic' et Warr' quod non vexet vel vexari permittat S. de Monte Forti, comitem Leic', vel homines suos in balliva sua contra libertates quas idem comes habet per cartas predecessorum regis, regum Anglie, et confirmacionem regis. Teste etc.

Eodem modo scribitur diversis vicecomitibus Anglie.

Rex dilecto et fideli suo Simoni de Monte Forti, comiti Leyc', senescallo suo Wasconie, salutem. Grates vobis referimus copiosas de sollicitudine necnon et laboribus inmensis negociis nostris terre nostre Wasconie vigilanter a virilitate vestra multociens impensis, sentientes evidenter quod fides et diligencia vestra nobis et terre nostre Wasconie cedunt ad commodum non mediocre, totique posteritati nostre perpetuis temporibus utilitatem et honoris incrementum sunt allature; pro quo prudenciam vestram de qua, sicut de nobis ipsis, fiduciam habemus, rogamus et exhortamur quatinus a ceptis bonis non desistatis, sed omnia negocia nostra predicte terre secundum possibilitatem vestram fine felici concludatis, ut tam a nobis quam ab heredibus nostris dignam recipiatis cum omni honore remuneracionem. Verum ut discrecionem vestram super quibusdam terram nostram Wasconie tangentibus reddamus certiorem, presentibus vobis duximus intimandum quod dilectus et fidelis noster Amalvinus de Vareis nuper venit ad nos in Angliam, et in plena curia nostra appellavit vicecomitem de Frunciaco de sedicione nostra, offerens se

1249. probaturum secundum judicium ejusdem curie quod interfuit corporaliter ubi predictus vicecomes convencionavit comiti Pictavensi, quod ei, qui de capitalibus inimicis nostris est, terram nostram Wasconie proderet; quibus auditis consideravit curia nostra quod predictus vicecomes summoniretur quod in crastino Purificationis Beate Marie coram nobis in Anglia justiciam recepturus et facturus compareat. Et ideo vobis mandamus quatinus predictum vicecomitem sollempniter sumoneri faciatis, quod tunc sit coram nobis in curia nostra predicto Amalvino de predicta sedicione responsurus, et justiciam facturus et recepturus, ut predictum est. Plerumque super escambio de Burgo supra mare et de Frunciaco, quod nobis retulit ex parte vestra dilectus et fidelis noster Willelmus de Chaeny, vobis duximus respondendum quod escambium illud ordinandum et faciendum relinquimus prudencie, fidei et discrecioni vestre, rogantes attente quatinus ea que videritis in hac parte vestro commodo convenire maturetis diligenter et curiose. Quia quicquid inde facere duxeritis nos gratanter acceptabimus, et vos inde sub festinacione cercioretis. Insuper sciatis quod Gaillardus de Solariis et Willelmus Ernaldi Muneder et quidam de complicibus suis et fautoribus, qui, ut dicitur, intererant vi et armis conflictui habito vobiscum in civitate nostra Burdegale, ubi quidam miles et signifer vester interfecti fuerunt in contemptum et opprobrium nostrum, et qui postea fuerunt in castro de Frunciaco contra nos et vos, quorum etiam auxilio tardius fuit castrum predictum redditum, venerunt ad nos in Angliam, quos statim arestari fecimus et detineri. Et cum capti essent, optulerunt nobis quod super eisdem transgressionibus stabunt judicio curie nostre, et recipient quicquid inde curia nostra dictabit; et super hoc dederunt nobis obsides, scilicet unum filiorum Rustani de Solariis et predictum Willelmum Ernaldi Moneder, super quo consideravit curia nostra quod predicti transgressores stent judicio curie nostre Wasconie, ubi predicta fuerunt perpetrata, quo melius possint eorum facta probari secundum que suscipiant quod meruerunt. Et ideo vobis mandamus quod accepta securitate de predictis, quod coram vobis in curia nostra Wasconie parebunt justicie, de predictis, id nobis significetis et nos tunc predictos obsides ad vos remittemus una cum aliis justiciam recepturis. Et si qui de eorum complicibus et fautoribus adhuc ad nos venerint, eos arestari faciemus, donec similes nobis dederint obsides de parendo justicie curie nostre. Super quo vos duximus attente monendos quatinus non sitis in hiis exequendis adeo tepidi vel remissi quod per facilitatem venie iterum sumatur a similibus incentivum delinquendi, nec adeo crudeles quod ultra merita procedatur ad penas, set per tramites justicie linealiter procedatis prout constantis et justi judicis requirit sollicitudo et inde debeatis diebus perpetuis commendari. Et quia, pendente judicio per securitatem predictorum obsidum eis concessimus conductum nostrum, vobis mandamus quod non exhibeatis vos eis suspectos, ne dici possit quod a suspecto judice judicentur. Teste rege apud Clarendon' xxx^{o} die Novembris anno etc. xxxiiij^{to}.

[*Fœdera.*]

Rex Waltero de Godarvill' et uxori ejus, salutem. Mandamus vobis in fide qua nobis tenemini quod omnes terras et tenementa que

1249.

alienare et vendere poteritis ad dampnum et detrimentum Galfridi Gascelin, qui transgressus est preceptum nostrum in contemptum nostrum et corone nostre, vendatis et alienetis, et nos illam vendicionem et alienacionem ratificabimus et confirmabimus, simul cum omnibus aliis malis que ei facere poteritis, salvis tamen nobis serviciis que nobis debita sunt de terris predictis. In cujus etc. Teste rege apud Clarendon' xxviij. die Novembris pro torneamento.

Et mandatum est uxori ejusdem Walteri quod, sicut honorem regis et suum diligit, nullatenus omittat quin omnia mala predicta faciat, non obstantibus aliquibus aliquibus (*sic*) aliis mandatis regis. Et ut hoc mandatum regis exequatur, dedit ei tres damas, de dono suo. Teste ut supra.

Et mandatum est Galfrido Gascelin quod statim visis litteris exeat regnum Anglie, ita quod, sicut corpus suum diligit, non inveniatur in ea ultra festum Sancti Nicholai. Teste etc.

Mandatum est vicecomiti Wyltes' quod inter[r]ogari faciat Galfridum Gascelin de comitatu in comitatum, donec secundum consuetudinem Anglie utlagetur, si affugerit. Teste ut supra; et quod omnia bona sua vendat, et respondeat inde regi citra Natale vel quamcicius poterit.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sumerset' quod similiter inter[r]ogari faciat Stephanum de Salinis ut supra; et quod vendi faciat boves et omnia catalla sua, ita quod inde regi respondeat citra Natale Domini, si fieri poterit, vel quamcitius poterit. Teste ut supra.

Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod statim visis litteris capiat in manum regis omnes terras Willelmi de Valencia in Hibernia, et statim vendi faciat blada, carucas et omnia que habet in terris predictis, et denarios inde provenientes sine more dispendio habere faciat S. de Monte Forti, comiti Leyc', ad firmandam terram Wasconie. Teste ut supra.

Et mandatum est Petro de Bruis quod decetero non sit ei intendens aut respondens de aliquo debito eidem Willelmo de Valencia reddendo. Teste ut supra.

[m. 19*d*.] Mandatum est vicecomiti et coronatoribus comitatus Cumberl' quod, secundum consuetudinem Marchie inter terram nostram de Cumberland' et terram regis Scocie, plenam justiciam exhibeant Roberto de Gressop' de latrocinio, unde idem Robertus appellat Nicholaum de Sules et homines suos, facto in terra regis Anglie citra Marchiam predicti regis Scocie, contra pacem regis, ne amplius inde clamor audiatur pro defectu justicie. Teste rege apud Clarendon' xxx° die Novembris.

Rex vicecomiti Norhumb', salutem. Monstratum est nobis ex parte R. de Merley quod ad querimoniam R. Bertram tenes placitum in comitatu tuo de mercato de Morpath' levato ad nocumentum mercati de Midford', quod quidem ad nullum vicecomitem pertinet placitare. Et ideo tibi precipimus quod placita que ad vicecomitem pertinent teneas, et alia que non possunt placitari sine speciali precepto nostro placitare decetero non presumas. Teste rege apud Clarendon' ix. die Decembris.

1249.

Hugo Brun venit coram rege apud Clarendon' die Sabbati proxima post festum Sancti Nicholai, et petiit terram suam in Trikingh' sibi replegiari, que capta est in manum regis propter defaltam quam fecit coram justiciariis de Banco versus Willelmum Lovet, ut dicitur etc.

Rex vicecomiti Norf', salutem. Licet de consuetudine longeva dicatur optentum in regno nostro quod nos in domibus et terris aliis quas adquisierint Judei in regno nostro succedere debeamus ipsis Judeis; aures tamen nostras precibus Edmundi Kake de Nortwico, capellani, misericorditer inclinantes, concessimus eidem Edmundo de gracia nostra quod, non obstante consuetudine predicta, habeat mesuagium illud in Norwico, de quo nuper seisinam fieri fecimus Magistro Benedicto, et quod Seignuret, Judeus utlagatus, tenuit de predicto Edmundo in eadem villa de Norwico. Et ideo tibi precipimus quod eidem Edmundo de predicto mesuagio sine dilacione plenam seisinam habere facias. Teste rege apud Clarendon' xiij. die Decembris.

Rex vicecomiti Sumers', salutem. Scias quod mandavimus abbati et conventui de Muchelneia quod Radulfum de Hele et uxorem ejus in suo perpetuo exhibeant, et domum et quandam terram et quoddam pratum, a quibus eos ejecerunt, restituant eisdem, una cum liberacionibus eis a quodam tempore subtractis. Et ideo tibi precipimus quod, si mandatum nostrum negglexerint adimplere de premissis, tu eosdem abbatem et conventum per terras et catalla distringas ad premissa omnia sine mora facienda; et taliter te habeas in hac parte ne super hoc ulterius clamorem audiamus. Teste rege apud Clarendon' xxj. die Decembris, per ipsum regem.

Mandatum est vicecomiti Sumers' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Bathoniensis episcopi in Ceddre et terram abbatis Glaston' in Andredes', ita quod perambulacio illa etc. Quia etc.

Willelmus de Cantilupo junior venit coram (*sic*) offerens quod de contencionibus inter Johannem de Munemuth' et ipsum motis stabit judicio curie regis. Et mandatum est J. de Munemuth' quod, omnibus in eo statu, quo nunc sunt, remanentibus, veniat coram rege ab vigilia Epiphanie usque in tercium diem, ubicumque rex fuerit in Anglia, facturus et recepturus quod prefata curia decreverit super premissis. Teste rege apud Wintoniam xxvij. die Decembris.

Mandatum est vicecomiti Sussex' quod omnes illos de balliva sua qui tenebantur Ricardo de la Prisa in aliquo debito distringat ad debita que recognoscent executoribus testamenti ipsius Ricardi sine dilacione reddenda. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Dors', Wyltes' et Suht'.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod distringat omnes illos de balliva sua qui tenentur Bertramo de Crioill' in aliquo debito de amerciamentis vel aliis debitis, unde idem B. regi tenetur respondere ad Scaccarium suum, de tempore quo ipse fuit vicecomes Kancie, ad debita illa ei sine dilacione reddenda. Teste ut supra.

1249.
[m. 18*d*.] Rex J. de Grey, justiciario Cestrie, salutem. Ostensum est nobis ex parte Rogeri de Monte Alto quod postquam prostratum est per preceptum nostrum fossatum quod idem Rogerus levavit in marisco suo de Salton', occasione communis pasture quam burgenses nostri Cestrie sibi vendicabant in marisco illo, progrediuntur predicti burgenses cum averiis suis et communam suam extendunt ultra metas quas habere consueverunt tempore Rannulfi quondam comitis Cestrie. Et ideo vobis mandamus quod pasturam illam quam predicti burgenses habuerunt anno et die quibus supradictus comes obiit, eis sine impedimento habere faciatis, ita quod ultra metas tunc temporis usitatas non progrediantur animalia ipsorum, ad detrimentum et gravamen predicti Rogeri. Teste rege apud Wintoniam xvij. die Decembris.

Quia contra consuetudinem regum Anglie est quod aliquis tenens de rege in capite existens infra etatem et in custodia regis faciat alicui dominorum suorum homagium [et] relevium de aliquo tenemento quod de eo teneat, donec ad legitimam pervenerit etatem, mandatum est Gilberto de Gaunt quod Henricum de Percy qui est infra etatem et in custodia regis non distringat ad relevium ei faciendum de tenemento quod de eo tenet, donec legitime fuerit etatis. Teste ut supra.

Rex Henrico de Wengham, escaetori suo in comitatu Wylt', salutem. Veniens ad nos Johanna que fuit uxor Jacobi Hose conquerendo exposuit quod vos quasdam terras quas idem Jacobus tenuit ad firmam et in socagio, una cum bonis in eis existentibus, cepistis in manum nostram [quarum terrarum custodia nulla racione ad nos pertinere dinoscitur *cancelled*]; et ideo vobis mandamus quod de omnibus terris que fuerunt prefati Jacobi, retentis in manu nostra illis tantum que ad nos pleno jure pertinent, de aliis que ad nos non pertinent [cum bonis in eis existentibus *cancelled*] prefate Johanne liberam et plenam administracionem faciatis habere. Teste rege apud Wintoniam xxviij. die Decembris.

Devon'.—Theobaldus de Engleschevill' ponit loco suo Johannem de Sumerset' ad lucrandum vel perdendum in loquela que summonita est coram rege inter ipsum Theobaldum et Thomam de Langedon' de secta hundredi de Teynebrug'.

1250.

Mandatum est vicecomiti Essex' quod, si Agnes de Canvill' et homines sui de Fobbing' recognoscant se debere priori de Rumely xxx[a] marcas singulis annis de eodem manerio de Fobbing', tunc ipsos distringat ad easdem xxx. marcas S. Karliolensi episcopo, procuratori ipsius prioris, singulis annis reddendas. Teste rege apud Westmonasterium vj. die Januarii.

Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Precipimus tibi quod venire facias ad comitatum nostrum Suff' apud Gippewicum die Lune proxima ante Purificacionem Beate Marie, Elyam de Gykeleswic', Johannem de Hamerton', Rogerum de Bruis et Thomam filium Willelmi de Merston', visores infirmitatis qua Thomas Crowe in eodem comitatu nostro Suff' se essoniavit de malo lecti versus Willelmum de Bovill'

1250.

et Johannam uxorem ejus, de placito terre ad testificandum visum suum et quem diem ei posuerint; et unde vicecomes noster Suff' nobis mandavit quod predictos visores ad proximum comitatum suum Suff' post xv. predicti visus sui venire non fecisti ad testificandum visum suum, sicut tibi preceptum fuit, set mandasti eidem vicecomiti quod predicti Elyas, Johannes, Rogerus et Thomas viderunt predictum Thomam Crowe languidum. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Januarii.

Quia abbas et conventus Westmonasterii habent hanc libertatem quod nec ipsi vel priores cellarum suarum participare tenentur de communibus finibus factis coram justiciariis regis itinerantibus ad communia placita pro pulcre placitando, mandatum est vicecomiti Salop' quod priorem de Magna Malverne, que est cella ipsorum abbatis et conventus, vel homines ipsius prioris non distringat, nec distringi permittat, ad participandum cum communitate comitatus predicti de communi fine facto coram justiciariis ultimo itinerantibus in eodem comitatu, set ipsos inde penitus faciat esse quietos. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Sussex', salutem. Monstravit nobis Bartholomeus de Capella quod cum nuper tibi preceperimus quod, assumptis tecum xij. discretis et legalibus militibus de comitatu tuo, in propria persona tua accederes ad terram Thome de Puning' in Picumb', et terram ipsius Bartholomei in Nyuwetimbr', et per sacramentum eorum fieri faceres perambulacionem inter terram predicti Thome in Picumb' et terram predicti Bartholomei in Niwtimbr', ita quod perambulacio illa esset per certas metas et divisas, eo quod predicti Thomas et Bartholomeus posuerunt se coram nobis in perambulacione illa, et quod scire faceres justiciariis nostris ad primam assisam, cum in partes illas venirent, sub sigillo tuo per quatuor milites ex illis, qui perambulacioni illi interfuerunt, per quas metas et divisas perambulacio illa facta fuisset; predictus Thomas, predicta perambulacione facta, te presente, per predictos milites, secundum tenorem precepti nostri et legem et consuetudinem regni nostri, metas et divisas ejusdem perambulacionis fregit et transgressus est, resumens iterum sibi contra pacem nostram quod per eandem perambulacionem amisit, ut dicit. Et ideo tibi precipimus quod a die Sancti Hillarii in xv. dies scire facias justiciariis nostris de Banco sub sigillo tuo per quatuor ex militibus illis qui perambulacioni interfuerunt, per quas metas et divisas perambulacio illa facta fuit. Et pone per vadium et salvos plegios prefatum Thomam quod tunc sit ibi auditurus prefatam certificacionem. Et habeas ibi nomina plegiorum predictorum militum, et hoc breve, et aliud breve. Teste rege apud Westmonasterium ix. die Januarii.

Pro Ademaro.—Mandatum est vicecomiti Linc' quod, si abbas et conventus de Thorneya presentaverint Ademarum de Lezignan', fratrem regis, ad aliquam ecclesiam que sit in balliva sua, non permittat aliquos provisores ingredi illam ecclesiam, et, si sit in ea vis laica, eam amoveat. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Januarii.

1250.

Consimiles litteras habet Philippus Luvel ad tuicionem ecclesie sue de Oke directas vicecomitibus Wygornie et Hereford'. Teste ut supra.

[m. 17*d*.] Rex justiciario Cestrie, salutem. Mandamus vobis quod in pleno comitatu nostro Cestrie recordari faciatis loquelam, que fuit in eodem comitatu per breve nostrum de recto inter Willelmum de Coudray et Ceciliam uxorem ejus, petentes, et abbatem de Deulacresse, tenentem, de manerio de Parva Bineleg' et duabus bovatis terre cum pertinenciis in Magna Bineleg', unde idem abbas questus est sibi falsum factum fuisse judicium in eodem comitatu ; et recordum illud coram nobis venire faciatis a die Pasche in xv. dies, ubicumque tunc fuerimus in Anglia, aperte et distincte in scriptis redactum sub sigillo vestro et sigillis militum qui recordo illi interfuerunt, cum omnibus apertis responsis parcium, et aliis aminiculis loquelam illam tangentibus, per que de loquela illa melius poterimus certiorari. Et dicatis predictis Willelmo et Cecilie quod tunc sint ibi recordum illud audituri si voluerint. Et interim principalis loquela remaneat in pace in statu quo nunc est. Teste rege apud Westmonasterium primo die Februarii.

Omnibus has literas visuris vel audituris Willelmus Fortis, salutem. Noverit universitas vestra me teneri Alano Balun in xxiiij. marcis novorum sterlingorum solvendis eidem vel assignatis suis in domo sua London', infra xv^nam^ Nativitatis Beati Johannis Baptiste, anno regni regis Henrici filii regis Johannis xxxiiij^to^. Et si a solucione dicte pecunie dictis termino et loco, quod absit, cessavero, subjicio me et omnia bona mea mobilia et inmobilia in comitatibus Surr', Sumerset' et Dors' quod vicecomites qui in illis comitatibus pro tempore fuerint compellant me et distringant per terras et catalla, donec dicto Alano Balun vel assignatis suis de dictis xxiiij. marcis satisfecerim. Volo eciam quod idem Alanus ad dictam pecuniam recuperandam aliquos sumptus vel expensas apposuerit simplici verbo suo credatur, et simul cum dictis xxiiij. marcis reddantur. Concedo insuper quod executores mei nullam districtionem rerum mearum facere possint, donec dicta pecunia simul cum expensis dicto Alano persolvantur. In hujus rei testimonium presentibus litteris sigillum meum apposui et per fidem meam ad supradicta plenarie tenenda me obligavi. Dat' apud Lond' in crastino medie xl. anno supradicto. Testibus J. de Lessinton', Paulino Peyvre, Emerico de Retheys, Willelmo de Aurelian', Galtero de Bello Campo, Reginaldo de Sancto Martino, Michaele clerico, et aliis.

Rex vicecomiti Linc', salutem. Summone per bonos summonitores archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, comites, barones, milites et libere tenentes de balliva tua, et de qualibet villa quatuor legales homines et prepositum, et de quolibet burgo xij. legales burgenses, per totam ballivam, et omnes qui coram justiciariis itinerantibus venire solent et debent, quod sint apud Lincolniam die Lune in crastino Clausi Pasche anno etc. xxxiiij. coram H. de Bathonia, Johanne de Gatesden', Gilberto de Preston', et Willelmo de Wylton', quos justiciarios nostros constituimus audituri et facturi preceptum nostrum. Facias etiam venire coram eisdem justiciariis omnia placita corone

1250.

nostre que placitata non sunt, vel que emerserunt postquam justiciarii nostri ultimo itineraverunt in partibus illis ad omnia placita, et omnia atachiamenta ad placita illa pertinencia, et omnes assisas et omnia placita que posita fuerunt ad primam assisam coram justiciariis cum brevibus assisarum et placitorum, ita quod assise ille et placita pro defectu tui vel summonicionis tue non remaneant. Facias etiam clamari et sciri per totam ballivam tuam quod omnes assise et omnia placita que fuerunt aterminata et non finita, vel que fuerunt summonita coram justiciariis apud Westmonasterium, vel coram justiciariis qui ultimo itineraverunt in comitatu tuo de omnibus placitis, vel coram justiciariis illuc missis ad assisas nove disseisine capiendas vel ad gaiolas deliberandas, quod tunc sint coram justiciariis nostris prefatis apud Lincolniam, in eodem statu in quo remanserunt per preceptum nostrum vel justiciariorum nostrorum itinerancium vel justiciariorum nostrorum de Banco. Summone etiam per bonos summonitores omnes illos qui vicecomites fuerunt post ultimam itineracionem justiciariorum nostrorum in partibus illis, quod tunc sint ibidem coram eisdem justiciariis nostris cum brevibus de assisis et placitis que tempore suo receperunt, ad respondendum de tempore suo, sicut respondere debent coram justiciariis itinerantibus; et habeas ibi summoniciones et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium x. die Marcii.

Rex priori de Torkeseye, salutem. Mandamus vobis quod sitis apud Westmonasterium a die Pasche in xv. dies coram baronibus de Scaccario, ostensurus per cartas vel alio modo quare homines vestri de Torkeseye quieti esse debeant de tallagio, cum nos facimus dominica nostra talliari in Anglia, maxime cum manerium de Torkeseye, quod commisimus Johanni de Bailloll' in escambium, antiquiter fuit dominicum nostrum et predecessorum nostrorum regum Anglie, et idem Johannes eisdem consuetudinibus uti debeat in eodem manerio quibus nos uti deberemus, si illud in manu nostra existeret. Teste rege apud Westmonasterium vij. die Februarii.

Mandatum est Roberto de Muscegros, custodi manerii de Merleberge, quod facta diligenti inquisicione de decimis spectantibus ad ecclesiam de Pressoud' et ei debitis, eas eidem ecclesie restitui faciat. Teste ut supra.

Glouc'. Sussex'.—Gladusa de Mortuo Mari, ponit loco suo Amicium de Peletot et Hugonem filium Walteri ad lucrandum vel perdendum in loquela que est coram rege inter ipsam Gladusam et Willelmum de Breuse de placito terre.

Hereford', coram justiciariis de Banco.—Alienora uxor Humfridi de Boun ponit loco suo David, clericum suum, et Radulfum de Plessetis, vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege inter Gladusam de Mortuo Mari et ipsam de placito transgressionis.

Eadem Alienora ponit etc. loco suo predictos David et Radulfum ad lucrandum etc. in loquela que est inter ipsam et Johannem de Hamme et Robertum de la Harlotere de placito warantie carte.

1250.

Humfridus de Boun ponit etc. Nicholaum de Subur' et Johannem Longum etc. in loquela que est inter ipsum et Johannem de Hamme et Robertum de la Harlotere de placito warantie carte.

Hereford'.—Isabella de Kilepek attornavit loco suo Willelmum de Crisitot et Rogerum de Covel', clericum, vel alterum eorum, ad lucrandum vel perdendum in loquela que posita est coram rege per Galfridum de Langel' et socios suos justiciarios regis ultimo itinerantes ad placita foreste in comitatu Hereford', de placito foreste, et de aliis loquelis tangentibus ipsam Isabellam atterminatis coram rege per eosdem justiciarios.

Hereford'.—Willelmus de Cantilupo senior attornavit loco suo predictos Willelmum de Crisitot et Rogerum de Covel', vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que posita est coram rege de placito foreste, quod est inter regem et ipsum Willelmum in comitatu predicto etc. ut supra continetur.

Hunted'.—Henricus de Hasting' ponit loco suo Robertum clericum suum et Galfridum filium Elye, vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege inter ipsum regem et predictum Henricum de placito terre in Braunton'.

Sumerset'.—Alienora uxor Humfridi de Boun attornavit etc. Nicholaum de Camera et Walterum de Abilun, vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege inter Gladusam de Mortuo Mari, petentem, et predictos Humfridum et Alienoram, Willelmum de Cantilupo juniorem et Evam uxorem ejus, Rogerum de Mortuo Mari et Matillidem uxorem ejus, tenentes, de placito warantie terre.

Eadem Alienora attornavit etc. predictos Nicholaum et Walterum etc. in loquela que est coram rege inter Willelmum de Breuse et predictos Humfridum et Alienoram et alios de placito warantie terre.

Rex archiepiscopo Eboracensi, salutem. Paternitati vestre presentibus innotescat quod in presentacione Artaldi de Sancto Romano vobis facta ad ecclesiam de Foston' fuimus circumventi, credentes nos habere jus patronatus ipsius ecclesie. Cum igitur honorem de Cnareburg' cum omnibus pertinenciis suis dilecto et fideli nostro R. comiti Cornubie dederimus, et advocacio prefate ecclesie spectat ad eundem honorem, idemque Artaldus renunciaverit juri suo, si quod habuit in ecclesia illa, vobis mandamus rogantes quatinus Robertum de Kinton', quem idem comes vobis ad eandem ecclesiam presentavit favorabiliter admittatis ad ipsam, non obstante presentacione nostra predicta. Teste rege apud Westmonasterium iij. die Marcii.

[m. 15*d.*] Rex vicecomiti Cornubie, salutem. Audivimus quod J. Sarcenus, decanus Wellen', occasione provisionis ei a sede apostolica demandate, proponit ordinare et instituere decanum in ecclesia Sancti Karantoci ; et quia ordinacio et institucio predicta manifeste esset contra coronam [pacem *cancelled*] et dignitatem nostram, presertim cum, vacante sede episcopatus Exoniensis, collacio prebendarum prefate ecclesie Sancti Karantoci ad nos pleno jure pertinere dinoscitur,

1250.

mandavimus eidem decano et ejus vices gerenti, firmiter inhibendo ne in prefata ecclesia vel alibi contra libertatem nostram ordinando vel instituendo aliquid attemptare presumant. Et ideo tibi precipimus quod si contingat ipsos ad prefatam ecclesiam accedere vel destinare ad ordinacionem seu institucionem in eadem faciendam, tu, quantum in te fuerit, hoc nullatenus fieri permittas, set ab eadem omnem vim laicam penitus amoveas. Et ita te habeas in hac parte quod diligenciam tuam merito debeamus commendare. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Marcii.

Et mandatum est predicto decano ut supra.

Mandatum est abbati de Langeton' et coexecutoribus suis testamenti Willelmi de Aubervill' quod sint coram rege a die Pasche in tres septimanas, ubicumque rex tunc fuerit in Anglia, responsuri [in *cancelled*] hiis que eis obicientur de ccc. marcis, quas prefatus Willelmus eis commisit in subsidium Terre Sancte transmittendas. Teste rege apud Westmonasterium xxj. die Marcii.

Willelmus filius Willelmi Lungespeye habet quietanciam de communi sumonicione in itinere justiciariorum apud Lincolniam per breve regis. Teste rege apud Westmonasterium xxix. die Marcii.

M. comitissa Linc' habet eandem quietanciam hac vice. Teste ut supra.

Eodem [modo] mandatum est eisdem justiciariis pro eodem negocio pro Henrico de Mara hac vice. Teste ut supra.

Eandem quietanciam habet Johannes de Geres' ibidem. Et Herebertus Pecche habet similiter.

Abbas de Burgo Sancti Petri habet eandem quietanciam in eodem comitatu Linc'.

Abbatissa Wintonie habet eandem quietanciam ibidem.

Magister Henricus, cyrurgicus regis, et Walterus de Bromle habent eandem quietanciam, ut supra.

Eandem quietanciam habet Willelmus de Fortibus hac vice, ut supra.

Cum rex in confeccione cujusdam brevis quod fieri fecit Gerardo Berd, burgensi Flandrie, per suggestionem falsi fuerit circumventus, per quod precepit quod vicecomes Suff' distringeret Robertum de Sancto Amando, Wymerum de Karleton', Thomam le Lutre, et Thomam le Fiz le Prestre per terras et catalla sua ad satisfaciendum predicto Gerardo de sexdecim libris pro vinis ab eo emptis, mandatum est predicto vicecomiti quod breve illud decetero non exequatur, et terras et catalla predictorum Roberti, Wymeri, Thome et Thome, que occasione predicta arestari fecit, eis faciat deliberari, et inde liberam administracionem eis habere permittat. Diligenter etiam inquirat ad quorum manus predicta vina devenerunt, et rex secundum consuetudinem regni sui predicto Gerardo plenam inde justiciam faciet exhiberi. Teste rege apud Merton' xxx. die Mercii (*sic*).

Mandatum est vicecomiti Kancie quod omnes debitores B. de Crioll', de tempore quo fuit vicecomes Kancie, pro debitis in quibus se recognoscunt ei teneri, ad illa sine dilacione solvenda distringas (*sic*). Teste rege apud Merton' xxx. die Marcii.

1250.
[m. 14*d*.] Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Precipimus tibi quod sine dilacione convenire facias omnes forestarios et regardatores certis die et loco ad regardum faciendum in balliva tua ante adventum justiciariorum nostrorum de foresta, et loco regardatorum qui mortui sunt vel infirmi, alios eligi facias, ita quod xij. sint in quolibet regardo, et nomina eorum inbrevientur, et forestarii debent jurare quod xij. milites ducent per totam ballivam suam ad videndum omnes transgressiones que exprimuntur in scripto capitulorum que tibi mittimus, et quod hoc non dimittent pro aliqua re. Debent etiam milites jurare quod facient regardum sicut debet et solet fieri, et quod ibunt sicut forestarii illos ducent ad predicta videnda. Et si forestarii noluerint vel nesciverint eos ducere, vel aliquod forisfactum concelare voluerint, ipsi milites non dimittent pro illis quin forisfactum illud videant, et inbreviari faciant; et quod hoc pro nulla re dimittent. Hoc autem breve et capitula conscribantur et mittantur in quolibet regardo, ita quod regardatores secundum formam capitulorum possint operari, et quod regardum fiat citra quindenam Pasche. Teste rege apud Westmonasterium xxiij. die Marcii.

Videnda sunt essarta facta in foresta post principium secundi anni prime coronacionis domini regis Henrici filii regis Johannis, et estimanda per numerum acrarum, et inquirendum quis ea fecerit et quis ea modo teneat, et quo blado inbladata fuerint, et si modo inbladata non fuerint; inquirendum quo blado fuerint inbladata post principium secundi anni prime coronacionis predicti Henrici regis sive post ultimum regardum post predictum tempus factum, et inbladacio ivernagii scribatur per se, et inbladacio tremesii per se; et inquirendum de cujus feodo sint, et ad quam villam pertineant, et essarta que facta fuerant ante ultimum regardum factum post principium secundi anni prime coronacionis domini Henrici regis scribantur per se, et illa que postea facta fuerint scribantur per se.

Item vidende sunt purpresture, veteres et nove, facte post principium secundi anni prime coronacionis dicti Henrici regis, ubicumque facte sint, sive in bosco sive extra boscum, in landis, brueriis, mariscis, turbariis, stagnis, vivariis, sepibus, fossatis, et glebis. et qualicumque modo occupate fuerint, nisi sit molendinum, stagnum, vivarium, marlera, vel fossatum extra coopertum foreste, que facte fuerint post confectionem carte domini regis de libertatibus foreste; veteres scribantur per se, et nove per se, et quis ea teneat.

Item vidende sunt purpresture de terra arabili extra coopertum foreste, de terra arabili facte post confeccionem carte domini regis de libertatibus foreste, et estimande per numerum acrarum, et vidende quo blado inbladate fuerint post predictum tempus, et quis ea tenuit, et quis ea teneat, et ad quam villam pertineant; et scribatur per se.

Item vidende sunt omnes domus et edificia de novo levata, et claustura de novo facta, scilicet post principium secundi anni prime coronacionis dicti Henrici regis, prope coopertum, vel alibi infra metas foreste, ad nocumentum ferarum domini regis et foreste sue, et quis ea levavit, et quis ea modo teneat, et de cujus feodo sint, et hoc scribatur per se.

Item videnda sunt omnia vasta boscorum, tam nova quam vetera, facta post principium secundi anni prime coronacionis H. regis, et

1250.

inquirendum quis ea modo teneat, si quis ea fecerit, et de cujus feodo sint, et quorum bosci fuerunt, et ad quam villam pertineant; et vetera scribantur per se, et nova per se.

Item videndi sunt dominici bosci domini regis, et quilibet ceppus de quercu et fago factus post principium secundi anni prime coronacionis predicti H. regis [sive post ultimum *cancelled*] sive post ultimum regardum, si quod postea factum fuerit, debet per se diligenter numerari et per se scribi; et utrum bosci deteriorati sint de bosco vel de exbrancatura, et deterioracio subbosci et exbrancature scribatur per se.

Item vidende sunt eodem modo dominice haye domini regis, ubi nemo debet communicare, utrum custodite fuerint de herbagio, sicut debent custodiri; et scribatur per se.

Item vidende sunt omnes purpresture et essarta et vasta facta in dominicis regis; videantur et inbrevientur eodem modo quo fieri solebant ante confectionem carte domini regis de libertatibus concessis probis hominibus Anglie.

Item vidende sunt aerie asturcorum et spervariorum et falconum, in quibus boscis fuerint, et quis eas habuerit, et de jure eas habere debuerit et consueverit; et scribantur per se.

Item vidende sunt forgie et minere, et in cujus feodo fuerint in foresta, sive in dominicis domini regis vel extra, et inquirendum quales consuetudines et redditus reddant, et quis ea habuerit, et de jure habere debuerit et consueverit; scribantur per se.

Item videndi sunt portus in quibus applicant naves vel batelli ad asportandum maeremium vel buscam de foresta, si qui fuerint de novo qui non fuerunt in tempore Henrici regis primi, quis eum fecerit, vel maeremium vel buscam asportaverit, et per quem et in cujus feodo fuerit; et scribantur per se.

Item videndum est mel, si fuerit in foresta, quis illud habuerit, vel de jure habere debuerit, an dominus rex an alius.

Item milites debent attente inquirere in itinere suo quis habuerit arcus, sagittas, aut balistas, vel brachettos, vel leporarios, vel aliquid aliud ingenium malefaciendi domino regi in forestis suis; et scribatur unumquidque per se.

Item inquiratur que villate venerunt et non venerunt ad clamorem forestariorum, cum exclamarent malefactores in foresta domini regis.

Rex vicecomiti Sussex', salutem. Precipimus tibi quod statim, visis literis istis, capias in manum nostram omnia catalla que fuerunt Cecilie de Boun mobilia, scilicet tam blada que habuit seminata in terra die obitus sui, quam omnia alia in cujuscumque manibus sint, sive in manibus executorum sive aliorum, et ea salvo custodias; ita quod predicti executores vel alii nullam eorundem bonorum habeant administracionem, donec debita predicte Cecilie que liquide per instrumenta et alia indicia poterunt probari, hiis quibus debentur reddantur. Et dic predictis executoribus ex parte nostra quod, si voluerint, sint coram nobis ab octabis Pasche in xv. dies, ubicumque tunc fuerimus in Anglia, ad audiendum per consideracionem curie nostre utrum de bonis illis satisfaciendum sit hiis quibus obligabatur vel non; et ad videndum quibus ipsa Cecilia tenebatur. Et habeas ibi tunc hoc breve. Teste rege apud Merton' ij. die Aprilis.

1250.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod non implacitet vel implacitari permittat Henricum de Percy de aliquo libero tenemento suo in balliva sua, vel de aliqua libertate pertinente ad liberum tenementum suum, quia idem Henricus infra etatem est et in custodia regis. Et licet rex ei terram suam de gracia sua tradiderit infra etatem suam, non tamen secundum legem et consuetudinem regni sui respondebit de hujusmodi placitis, donec ad plenam pervenerit etatem. Teste ut supra.

Rex baronibus et justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Quia extenta quam fieri fecimus de terra que fuit Johannis de Karum, que est vadium Elye le Vesk, Judei Lond', circumventi fuimus et decepti, ut dicitur, eo quod per extentam illam terra illa non excedebat valorem xj. marcarum viij. solidorum et ix denariorum, que valet per annum plusquam xx. libras, ut postea audivimus; vobis mandamus quod per sacramentum proborum et legalium hominum per quos etc. diligenter fieri faciatis inquisicionem per vicecomites Buk' et Surr', qualem pro se et heredibus suis warantizare voluerunt, videlicet quantum terra illa valeat per annum in dominicis, villenagiis, et omnimodis exitibus terrarum. Et inquisicionem illam distincte et aperte factam nobis sine dilacione transmittatis. Teste rege apud Wind' viij. die Aprilis. Accepta ab eodem Judeo securitate de dimidia marca auri pro hoc brevi.

Norf'.—Henricus de Bathonia, Johannes de Gatesden', Magister Simon de Wauton', Gilbertus de Preston' et Willelmus de Wylton', constituti sunt justiciarii ad itinerandum ad communia placita in comitatu Norf', a die Sancte Trinitatis in tres septimanas. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Aprilis.

De summario.—Memorandum quod Johannes de Lessinton' recepit de abbate de Fontibus x. marcas, per manum fratris Thome de Shotend', ad quendam summarium emendum ad capellam regis.

[m. 13*d*.] Rex vicecomiti Suff', salutem. Monstravit nobis Annora de Capella quod cum habuisset in custodia manerium de Lacford', cum Benedicto herede ejusdem manerii, qui infra etatem est, ut dicitur, predictus Benedictus, associatis sibi quibusdam aliis violenter se misit in seisinam ejusdem manerii, quasi plene fuisset etatis, et res et catalla predicte Annore que ibi invenit pro sue voluntatis arbitrio devastavit. Et cum ad nos super hoc fuisset ipsius Annore relata querela, nos ipsam Annoram de predicto manerio fecimus resaisiri, precipientes quod predictus Benedictus ad curiam nostram venisset ad probandam etatem suam; set predictus Benedictus interim subreptem impetravit a nobis quandam assisam nove disseisine, coram H. de Bathonia contra ipsam Annoram de predicto manerio, ac si per eam inde fuisset disseisitus; quam quidem assisam quidam miles, scilicet Willelmus Malherbe, sine waranto nostro cepit, ut dicitur, et predictam Annoram pro disseisina, que nulla fuit, condempnavit in xx. libris pro dampnis, et manerii predicti seisinam eidem Benedicto adjudicavit. Et ideo tibi precipimus quod, si ita est, predicte Annore seisinam suam rehabere facias, cum omnibus rebus

1250.

et catallis suis, que ibi capta fuerunt. Et ita te habeas in hac parte quod ad te nos capere non debeamus. Teste rege apud Westmonasterium xxix. die Aprilis ; per ipsum regem.

Mandatum est vicecomiti Norhumbr' et maiori de Novo Castro super Tynam quod non patiantur quod aliquis impediat Fratres Predicatores de Novo Castro, quin libere et in pace, quamdocumque voluerint, domos suas omnes et singulas de loco ad locum transferant, prout melius viderint expedire. Teste ut supra.

Rex audivit quod Willelmus filius Michaelis et quidam complices sui minantur Fratribus Predicatoribus Norhampt' de incendio et fractione domorum suarum, ad extrahendum inde fratrem Johannem de Norhampton'. Mandatum est vicecomiti et maiori Norhampt' quod predictum Willelmum ponat per vadium et salvos plegios, ita quod ab eodem sufficiens eis exhibeatur securitas quod nec per ipsum nec ipsius procurationem predictis fratribus occasione predicta dampnum aliquod vel violencia inferetur de premissis. Teste ut supra.

H. Eliensis episcopus habet quietanciam de communi summonicione in comitatibus Norf' et Suff' hac vice. Et mandatum est justiciariis itinerantibus [*unfinished*].

Robertus de Ros habet quietanciam de communi summonicione coram justiciariis itinerantibus in comitatu Linc' et coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste in comitatu Eboraci.

Johannes de Crachal' habet quietanciam de communi summonicione coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste in comitatu Eboraci hac vice.

Rex vicecomiti Huntedon', salutem. Quia volumus quod inquisicio que fieri debuit coram H. de Bathonia inter Henricum de Hasting et Johannem Kechel et alios homines ipsius Henrici de Brampton capiatur coram nobis, tibi precipimus quod venire facias coram nobis in octabis Sancte Trinitatis, ubicumque tunc fuerimus in Anglia eosdem liberos et legales homines de comitatu tuo per quos fieri debuit eadem inquisicio coram prefato Henrico ad mandatum ipsius Henrici de Bathonia. Et habeas ibi nomina predictorum inquisitorum et hoc breve. Teste rege apud Westmonasterium ix. die Maii.

Rex vicecomiti et coronatoribus suis Cumberland'. Precipimus vobis quod, assumptis vobiscum militibus et liberis et legalibus hominibus comitatus Cumberland', quos ad hoc videritis necessarios accedatis ad locum debitum et consuetum in terra regis Scocie, et per consuetudinem marchie terre nostre et ipsius regis Scocie, procedat in apello quod Robertus de Gresop' facit versus Nicholaum de Sule et pridem secutus est secundum legem et consuetudinem marchie predicte. Et appellum, quod homines et fautores predicti Nichol nuper fecerunt versus eundem Robertum in comitatu Cumberl' a elidendum appellum quod idem Robertus facit et diu prosecutus est, in respectum ponatis, donec prius appellum secundum justicia

1250.

suum effectum consequatur. Ita vos habeatis in hac parte quod pro defectu vestri justicia non remaneat, pro quo iteratam audiamus inde querelam. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Maii.

Mandatum est vicecomiti Hunted' quod quia rex audivit quod Galfridus filius Everardi minatur Waltero filio Nicholai de corpore suo et incendio, ponat ipsum Galfridum per vadium et salvos plegios, ita quod ei ab eodem Galfrido sufficiens exhibeatur securitas quod nec per ipsum nec per ejus procuracionem eidem Waltero dampnum aliquod inferetur aut periculum. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Maii.

Rex Galfrido de Langl', justiciario foreste, salutem. Monstratum est regi ex parte W. Eboracensis archiepiscopi, quod a tempore cujus non extat memoria optentum est in ecclesia Sancti Petri Eboraci ut in itinere justiciariorum regis omnia placita, tam de terris et tenementis quam etiam de foresta, que ipsum et canonicos ipsius ecclesie ac eorum tenentes tangunt, consueverint placitari ad hostium ecclesie predicte, salvis regi omnibus finibus, amerciamentis seu exitibus inde provenientibus, et quod predictus G. distringit ipsos ad placitandum alibi coram ipso contra consuetudinem memoratum. Et mandatum est eidem G. quod ipsum archiepiscopum et canonicos ac eorum tenentes non distringat ad placitandum alibi quam ubi consueverunt placitare temporibus predecessorum regis et suo. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Maii.

Eodem modo mandatum est eidem G. et sociis suis in comitatu predicto pro abbate Sancte Marie de Eboraco, et abbate de Wyteby, ut supra. Teste rege apud Wind' xxv. die Maii.

[m. 12*d*.] *Sumers'*.—Andreas Luterel, unus heredum Mauricii de Gaunt ponit etc. Robertum de Colingham et Walterum de Irnham, vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege inter Robertum Walerand' et Dionisiam uxorem ejus de dote ipsius Dionisie in Axebrug', unde W. Bathoniensis episcopus vocat ipsum Andream ad warantum in prefata curia una cum Roberto de Gurnay.

Suhampt'.—Willelmus de la Bere, attornatus, ponit loco suo Thomam de Windes' ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege versus eundem dominum regem de placito terre.

Rex Simoni de Monte Forti, comiti Leyc', salutem. Significavit nobis Ernaldus Willelmi de Acro Monte quod faciet in manus nostras liberari castrum de Acro Monte, et omnes transgressiones per ipsum factas postquam venit ad pacem nostram, tempore quo Nicholaus de Molis fuit senescallus noster Wasconie, libenter emendabit [omnes *cancelled*] versus omnes qui eum voluerint [emendare *cancelled*] inculpare; ita quod inde stabit judicio curie nostre Wasconie, et ad hoc faciendum dabit duos obsides, nepotes suos, cum duobus filiis suis in custodia nostra existentibus. Preterea, si quis jus in eodem castro de Acro Monte clamaverit in curia nostra Wasconie, stabit juri per omnia. Vos igitur super premissis facietis secundum consilium

1250.

fidelium nostrorum Wasconie, secundum quod videritis comodo et honori nostro convenire. Teste rege apud Wind' xxix. die Maii.

[m. 11*d*.] Rex Dublinensi archiepiscopo, salutem. Summus pontifex, Ihesu Christi vicarius, et beatorum Petri et Pauli successor, non solum quod expedit sed quod decet in negocio Sancte Crucis, cujus signaculum portamus in humero, ponderans in statera discrecionis precipue fecit nobis graciam specialem promotoribus ipsius negocii plura pretextu nostre crucesignacionis, indulgens juxta quod in litteris suis, quas vobis et quibusdam fratribus vestris transmittimus, continetur. Cum igitur proponamus pro nostris viribus vindicare infuriam Crucifixi, et ad exaltationem fidei christiane nostrumque honorem tam potenter quam magnifice in propria persona nostra exequi votum nostrum, paternitatem vestram rogamus quatinus per civitates et dioceses ac provincias totamque Hiberniam proponatis et proponi per aliquos quos ad hoc idoneos noveritis verbum crucis ac earundem litterarum tenorem publicari, aliisque copiam habere faciatis secundum quod videritis expedire, cum diligencia debita exequentes quecumque in eisdem literis videritis contineri ; ita quod tam vos quam illi quibus hujusmodi officium commiseritis sitis universi et singuli in premissis exequendis solliciti, per quod fidelitas et prudencia vestra debeant commendari ; dictas autem litteras quas prior Sancte Trinitatis Dublin' vobis deferet in eodem prioratu, cum publicate fuerint, salvo reponi et custodiri faciatis, ita quod ad eas, cum necesse fuerit, possit haberi recursus. Teste rege apud Wodest' xvj. die Junii.

Consimiliter scribitur Cassalensi archiepiscopo, excepto quod litteras domini pape, quas Walterus Maunsel ei deferet, post ipsarum publicacionem deponi faciat penes predicatores Cassalinses.

Item consimiliter scribitur Ardmacano archiepiscopo et priori Fratrum Predicatorum et ministro Fratrum Minorum provincialibus Hibernie, excepto quod de deposicione littere papalis eis transmisse non fit mencio.

Oxonia.—Johannes filius Alani ponit loco suo Galfridum de Veer et Robertum de Arundell', vel alterum, ad lucrandum etc. in loquela que est inter ipsum et coheredes comitis Rannulfi, quondam comitis Cestrie, et Johannem Ingulet de warantia terre in Magna Tiwe, unde ipsi heredes vocantur ad warantum coram rege.

Mandatum est vicecomiti Salop' et Stafford' quod omnibus hominibus de balliva sua ex parte regis dicat quod singuli in partibus suis patriam conservent contra malefactores et pacis regis perturbatores, quos ad partes illas venire contigerit ; quod si facere noluerint, idem vicecomes [tu *cancelled*] ad custum eorundem patriam predictam et pacem regis faciat conservari. Teste rege apud Wodest' xviij. die Junii.

Mandatum est vicecomiti Sussex' quod, assumptis secum probis et legalibus hominibus de comitatu, accedat in propria persona sua usque Wincheles' et ibidem per sacramentum proborum etc. inquirat quo devenerunt vina, panni, et alia bona et catalla, que fuerunt in

1250.

quadam navi, de cujus periclitacione naute timentes expositis ancoris intraverunt quoddam batellum, et appropinquantes terre antequam pervenirent ad portum submergebantur, exceptis tribus qui applicuerunt apud Wincheles'; et Willelmo Bertram, mercatori regis Burdegale, latori presencium, vina, pannos, et alia bona et catalla, que fuerunt in eadem navi, si constiterit sua esse, sine dilacione habere faciat; illa vero bona et catalla que similiter fuerunt in eadem navi salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Et si que distructa fuerint, revocet. Teste etc.

Quia milites de comitatu Lanc', quibus rex preceperat per litteras suas ut facerent inquisicionem de foresta regis in eodem comitatu, non fecerunt eandem inquisicionem sicut rex eis precepit, set die quo debuerant eam deferre coram G. de Langel' [et sociis suis *cancelled*] justiciario foreste apud Eboracum, responderunt quod nichil inde fecerunt nec facere debuerunt, nullum ostendentes warantum per quod inde debuerunt esse quieti, mandatum est vicecomiti Lanc' quod ipsos distringat per terras et catalla ad faciendum inquisicionem predictam, sicut rex eis precepit, et secundum quod fit in aliis comitatibus in quibus rex habet forestam. Teste rege apud Merleberge xxiiij. die Junii.

Rex querelam hominum de Keri et de Kedewen accepit, continentem quod homines de Monte Gomery, occasione passus quem in boscis de Keri et de Kedewen ad securitatem transeuncium fieri precepit, ipsos boscos distruunt manifeste; et mandatum est W. de Oddissel', ballivo de Mungomeri, quod, assumpto secum Johanne Extraneo, in propria persona sua accedat ad boscos illos, et si passum illum satis largum invenerit in eisdem, prefatos homines de Mungomeri a destructione predictorum boscorum penitus desistere faciat. Teste rege apud Merl' xxx. die Junii.

Mandatum est vicecomiti Dors' quod habeat coram justiciariis regis ad custodiam Judeorum assignatis apud Westmonasterium in crastino Sancte Marie Magdalene, corpus Salomonis Judei de Dorcestria cum omnibus catallis ipsius Judei sub sigillo suo. Teste rege apud Merleberge xxj° die Junii.

Bed.—Walterus filius Saeri de Wahull' venit et cognovit et concessit et obligavit se domino regi quod numquam terram suam nec aliquam partem terre sue alicui vendet, dabit, nec invadiabit, nec Judeo nec Christiano, nec aliquo alio modo alienabit, unde ipsi vel heredes sui exheredari possint. Hoc factum fuit apud Merleberge in crastino apostolorum Petri et Pauli.

[m. 10*d*.] Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod si Petrus le Wynemer' paratus sit satisfacere Hak' de Wigornia, Judeo, de debito in quo ei tenetur, tunc redditum ipsius Petri, quem habet titulo pignoris, ipsi Petro habere faciat. Teste etc.

Wyltes'.—Constancia, abbatissa de Rummes', ponit etc. loco suo Walterum Basset et Ricardum Corbin, vel alterum eorum, ad lucrandum

1250.

etc. in assisa nove disseisine, quam eadem abbatissa arramiavit coram rege in primo adventu regis apud Clarend' versus Alexandrum de Monte Forti de tenemento in Suwic'.

Mandatum est Alano la Zuch', justiciario Cestrie, quod homines regis in eadem seisina pasture marisci de Salten', in quam J. de Grey, quondam justiciarius regis Cestrie, eos per preceptum regis induxit, manuteneat, protegat et defendat, non permittens eos per aliquem injuste eici ab eadem. Teste rege apud Wintoniam xv. die Julii.

Mandatum est Willelmo de Haverhull', thesaurario, et ceteris baronibus de Scaccario, quod, assumptis secum justiciariis Judeorum et justiciariis de Banco, una cum maiore et quatuor de legalibus et discrecioribus hominibus civitatis regis Lond', reddant Abrahe Judeo de Berchamsted' judicium suum, prout meruerit super criminibus ei inpositis, reservato regi judicio mortis et exilii et truncacione menbrorum. Teste rege apud Clarendon' xviij. die Julii.

Mandatum est vicecomiti Wigornie quod per terras et catalla distringat Philippum Coynterel et Johannem le Gylur ad solvendum sine dilacione custodibus operacionum castri regis de Windes' xij. marcas et dimidiam quas regi debent pro vinis regis eis venditis per Robertum de Dacre. Teste rege apud Clarendon' xxij. die Julii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Essex' de Johanne Walensi, ballivo de Havering', pro xij. libris et x. solidis solvendis eisdem custodibus pro vinis ut supra.

Eodem modo mandatum vicecomiti Salop' de distringendo Ricardum Male, Avelinum Rose et Simonem Smod' de xl. solidis eis solvendis ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Surr' de distringendo Henricum Gargat de xlv. solidis eis solvendis ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Glouc' de Willelmo de Cheleham, Johanne cementario, et Ricardo de Sanford' pro lij. libris reddendis ut supra.

Berk'.—Thomas le Blund ponit loco suo Walterum le Blund ad lucrandum etc. in assisa nove disseisine quam Willelmus de la Garston' et Isabella mater ejus arramiaverunt coram rege in proximo adventu regis usque Windes' de tenementis in Sheningfeud'.

[m. 8*d*.] Rex Hugoni Ridel ordinis Fratrum Minorum, salutem. Volentes precibus vestris benignum prebere favorem, certificamus vos quod placet nobis quod Petrus Sinkeval, burgensis de Brigelac, quietus sit a prisis nostris usque ad certum numerum doliorum vini, et usque ad certum tempus. Et cum super numero quem dictus mercator petiturus sit fuerimus certiorati, ei intuitu vestri graciam faciemus competentem ; si enim ei absolutam quietanciam faceremus, posset aliorum vina sua reputare, et sic in gracia sibi concessa fraudem committere. Teste rege apud Shireburn' primo die Augusti.

Isabella, comitissa Arundelli, habet quietanciam de communi summonicione in comitatu Norff' coram justiciariis hac vice. Teste rege apud Bristollum.

1250.

Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod fieri faciat perambulacionem inter terram prioris Sancti Switthuni Wintonie in Hyneton' et terram Stephani Lungespeye in Wamberg', ita quod etc. quia uterque eorum posuerit se coram rege in perambulacione illa. Teste rege apud Bristollum xix. die Augusti.

Mandatum est ballivis de Kerdif quod illum quem nuper in balliva sua arestari fecerant pro crimine furti, et maxime pro vasis et aliis rebus in curia (nostra *cancelled*) regis furatis, salvo et districte cum omnibus catallis secum inventis integre et sine diminucione aliqua faciant reservari; ita quod ex parte sua defectus non appareat. Teste rege apud Bristollum.

Mandatum est ballivis de Wincheles' quod catalla Willelmi Neve, que fuerunt in navi sua que nuper applicuit in portu suo, et que legittime probare poterit sua esse, et que wreccum maris dici non poterunt, eo quod homines ab ea evaserunt, ut dicitur, ad quorumcumque manus devenerint, ei reddi faciant, ne oporteat ipsum ad regem reverti. Teste etc.

Abbas Fiscann' ponit loco suo Robertum Marescot et Walterum le Harpur, vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege inter ipsum et R. Cycestrensem episcopum de advocacione ecclesie Sancti Clementis de Hasting'.

Idem abbas attornavit eosdem versus abbatem de Evesham in alia loquela coram rege.

Mandatum est Willelmo de Horsenden', ballivo suo de Pecco, quod occasione alicujus mandati regis ei pro priore et monachis de Lenton' directi nichil attemptet de aliquibus decimis seu rebus spiritualibus in balliva sua, set omnem vim laicam tam ex parte predictorum prioris et monachorum quam ex parte canonicorum Lichefeld' penitus ammoveat ab eisdem. Teste rege apud Tuiverton' x. die Augusti.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Dereb'. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod non distringat vel distringi permittat Hasculfum de Cleseby ad se militem faciendum citra festum Pentecostes [donec rex aliud inde preceperit *cancelled*]. Teste rege apud Glaston' xiiij. die Augusti.

Sumerset'.—Simon de Beverstan' venit coram rege apud Berkel' die Veneris proximo post festum Sancti Bartholomei, et petiit terram Roberti de Gurnay in Barwe sibi replegiari, que fuit capta in manum regis propter defaltam quam idem Robertus fecit coram rege versus episcopum Bathoniensem et Robertum Waleran'.

Sumerset'.—Robertus de Bruis [Henricus de Bretton *cancelled*] assignatus est ad perambulacionem faciendam inter terram W. Bathoniensis episcopi in Ceddre et terram abbatis Glaston' in Audredes', una cum vicecomite Sumers', secundum formam brevis originalis

1250.

inde prius eidem vicecomiti directi. Teste rege apud Glaston' xvj. die Augusti.

Rex vicecomiti Heref', salutem. Quia H. de Boun, comes Heref', manucepit coram [rege *cancelled*] nobis se velle corrigere forisfactum nobis per H. filium suum primogenitum illatum, eiciendo servientes nostros de terris et possessionibus que fuerunt Mauricii Dunre, servientis Walteri de Clifford', per te captis in manum nostram per preceptum nostrum pro transgressione ipsius Mauricii, delictum ipsius H. junioris posuimus in respectum usque ad xv. Sancti Michaelis proximo futuram, tibi precipientes quod omnes fructus instantis autumpni per visum alicujus predicti comitis colligi, et alia catalla in terris predicti Mauricii existencia sine diminucione vel remocione aliqua super terras predictas salvo facias custodiri usque ad tempus memoratum. Teste rege apud Bristollum xxij. die Augusti.

[m. 7*d*.] *Devonia.*—Henricus de Bretton' constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Willelmus Gomyan arramiavit versus Radulfum Esse et alios de tenentibus in La Wallen. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem et locum etc.

Idem Henricus constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Alanus de Haldesworthi arramiavit versus Ricardum le Harpur de tenementis in Clovenebirg'. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem et locum [etc.].

Idem Henricus constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Adam Prikeman arramiavit versus Walterum filium Warini et alios de tenementis in Pye Merland'. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem et locum etc.

Idem Henricus constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Wydo de Brion' arramiavit versus Petrum filium Mathei et alios de tenementis in Slapton'. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem et locum etc.

Devonia.—Idem Henricus constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Walterus de Bonevill' arramiavit versus Walterum filium Warini et alios de tenementis in Merlond'. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem et locum etc.

Idem Henricus constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Rogerus de Clavill' arramiavit versus Robertum de Havangr' et alios de tenementis in Brudlescumb'. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem et locum [etc.].

Sumerset'.—Henricus de Bretton' constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Hugo le Lung' et Gunnilda uxor ejus arramiaverunt versus Ricardum de Stancumb' et alios de tenementis in Langeford'. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod ad diem et locum etc.

Devonia.—Idem H. constitutus est justiciarius una etc. ad assisam mortis antecessoris capiendam quam Oresia filia Reginaldi le Veil

1250.

arramiavit versus Hugonem le Clerc et Ricardum Stoning de xxx^{a} acris terre cum pertinenciis in Exeministr'. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem et locum [etc.].

Ebor'.—Rogerus de Thurkelbi constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Willelmus de Sutton arramiavit versus Ricardum le Waleys et Nicholaum de Sancta Maria de communa pasture in Freston'. Et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ad diem et locum etc.

Sumerset'.—Henricus de Bretton' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine quam Robertus de Edinton' arramiavit versus Galfridum de Chauton' et alios de tenementis in Edinton'. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod ad diem et locum [etc.].

Idem Henricus constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Sibilla de Heccumb' arramiavit versus Rogerum de Burton' et alios de tenementis in Heccumb'. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' etc. ut supra.

Idem Henricus constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Golburg' de Wolfarston' arramiavit versus Johannem Saphir de tenementis in Wolfarston'. Et mandatum [est] vicecomiti Sumerset' quod ad diem et locum etc.

Sumerset'.—Idem Henricus constitutus est justiciarius ad assisam nove disseisine capiendam quam Thomas filius Simonis arramiavit versus Thomam de Rammesden' et Isabellam uxorem ejus et alios de tenementis in Suzbrent' et Berhes. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod ad diem et locum etc.

Idem H. constitutus est justiciarius ad assisam nove disseisine capiendam quam Sibilla de Gotemore arramiavit versus Johannem la Warr' et alios de tenementis in Draicot'. Et mandatum est vicecomiti Sumers' etc.

Linc'.—Henricus de Bathonia constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad juratam xxiiij. militum capiendam quam Alanus filius Walteri de Kirketon' arramiavit versus Johannem filium Joc' de Kirketon', ad convincendum juratam assise nove disseisine, que inter eos summonita fuit et capta apud Lincolniam coram justiciariis regis ibi ultimo itinerantibus de tenementis in Kirketon'. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod ad diem et locum etc.

Sumerset'.—Robertus de Brus constitutus est una [etc.] ad assisam nove disseisine capiendam quam Thomas de la Garderobe arramiavit versus Johannem de Burgo et alios de tenementis in Wik'. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod ad diem et locum etc.

Glouc'.—Henricus de Bathonia constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Mabilia filia Thome de Stan' arramiavit versus Mauricium de Berkel' de tenementis in Stane. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ad diem et locum etc.

Henricus de Bathonia constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Hunfridus de Boun, comes Hereford',

1250.

arramiavit versus Walterum Seret et Emmam matrem ejus, de tenementis in Ellecumb'. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ad diem et locum etc.

Norht'.—Gilbertus de Preston' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Magister Thomas Cumin arramiavit versus Johannem de Bernak' et alios de tenementis in Laxton'. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod ad diem et locum etc.

Heref'.—Magister S. de Wauton' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Willelmus le Mouner arramiavit versus Adam personam ecclesie de Putteleg' et alios de tenementis in Wolvehop'. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod ad diem et locum etc.

Norht'.—Idem Magister S. constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Petrus de Sancto Hillario arramiavit versus Simonem de Trop de quodam fossato prostrato in Orepol. Et mandatum est vicecomiti Norht' quod ad diem et locum etc.

Sumers'.—Robertus de Brus constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Stephanus de Stafford' arramiavit versus Willelmum Everard' et alios de quadam via obstructa in Eschull'. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod ad diem et locum etc.

Dorset'.—Robertus de Bruis constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Willelmus de Doueliz arramiavit versus abbatem de Ford' de tenementis in Tollr'. Et mandatum est vicecomiti Dorset' quod ad diem et locum etc.

Warr'.—Magister S. de Wauton' constitutus est justiciarius una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Adam de Bromwic' arramiavit versus Ricardum de Bradewell' et Robertum, capellanum, de tenementis in Bromwic'. Et mandatum est vicecomiti Warr' quod ad diem et locum etc.

Sumerset'.—Henricus de [Bathon' *cancelled*] Bretton' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Walerand' de Welesleg' arramiavit versus Walterum Brun de tenementis in Duntincot'. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod ad diem et locum etc.

Linc'.—[Idem *cancelled*] Henricus de Bathonia constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Robertus Daniel arramiavit versus Thomam Peper et alios de tenementis in Kirketon'. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod ad diem et locum etc.

Salop'.—Magister S. de Wauton' constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Alicia filia Simonis Boffard' arramiavit versus Rogerum de Furches, capellanum, et Willelmum de Furches, de tenementis in Corfton'. Et mandatum est vicecomiti Salop' quod ad diem et locum [etc.].

1250.

Sumerset'.—H. de Bratton' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Isabella que fuit uxor Willelmi filii Ade arramiavit versus Willelmum filium Willelmi et alios de tenementis in Estcherleton'. Et mandatum est vicecomiti Sumers' quod ad diem et locum [etc.].

Hertford'.—Johannes de Gatesden' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Laur' de Flaunden' arramiavit versus Nicholaum de Flaunden' de tenementis in Flaunden'. Et mandatum est vicecomiti Hertford' quod ad diem et locum etc.

Glouc'.—Robertus de Brus constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Bartholomeus de Olepenn' arramiavit versus Nigellum de Kingescot' de communa pasture in Kingescot'. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ad diem et locum etc.

Magister S. de Wauton' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Seisil' Gogh et Perewer' uxor ejus arramiaverunt versus Griffimum filium Gamgun' de tenementis in Bedeleston'. Et mandatum est vicecomiti Hereford' quod ad diem et locum [etc.].

H. de Bretton' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Adam de Tonehull' arramiavit versus Jacobum de Houeton' de tenementis in Tonehull'. Et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem et locum [etc.].

Idem Henricus constitutus est una etc. ad assisam capiendam xxxiiij. militum de convincendo xij. juratores mortis antecessoris quam Johannes de Acton' arramiavit coram Roberto de Brus versus Emmam la Warre de tribus carucatis terre cum pertinenciis in Acton' et Cotes. Et mandatum est vicecomiti Glouc' quod ad diem et locum [etc.].

Idem Henricus constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Walrand' de Wellesleg' arramiavit versus Walterum Brun de quadam via obstructa in Duntincot'. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod ad diem et locum [etc.].

R. de Thurkelbi constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Johannes de Clacseby arramiavit versus Henricum de Clacseby et alios de tenementis in Clacseby. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod ad diem et locum etc.

[m. 6*d*.] Henricus de Bretton' constitutus una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Waler' de Wellesl' arramiavit versus Walterum Brun de communa pasture in Duntincot'. Et mandatum est vicecomiti Sumerset' quod ad diem et locum [etc.].

Memorandum quod abbas de Fiscann' constituit fratrem Martinum de Rupe, monachum, ballivum suum de omnibus terris et tenementis que idem abbas habet in Anglia. Et recepit ab eodem dominus rex sacramentum fidelitatis.

1250.

Idem etiam abbas constituit eundem fratrem Martinum attornatum suum ad lucrandum etc. in omnibus placitis, negociis et querelis motis et movendis contra ipsum abbatem vel pro ipso in Anglia. Teste etc. per regem.

Hybernia.—Rex J. filio Galfridi, justiciario suo Hibernie, salutem. Cum Margeria, comitissa Linc', que fuit uxor W. Marescalli, quondam comitis Penbr', dotata sit de terris que fuerunt ipsius comitis, quondam viri sui, in Hibernia, scilicet de tercia parte predictarum terrarum integra, per consideracionem curie nostre, et assumpta sit illa tercia pars unde dotata est de porcionibus hereditatis predicte contingentibus Willelmum de Vescy et Agnetem uxorem ejus, Reginaldum de Moun et Isabellam uxorem ejus, Willelmum de Fortibus et Matillidem uxorem ejus, Franconem de Boun et Sibillam uxorem ejus, Willelmum de Vallibus et Alienoram uxorem ejus, Johannem de Moun et Johannam uxorem ejus, Agatham de Ferrariis, que est in custodia nostra, Rogerum de Mortuo Mari et Matillidem uxorem ejus, Willelmum de Cantilupo et Evam uxorem ejus, unde prenominati participes porcionibus suis in parte sunt destituti, preter eundem Willelmum de Cantilupo et Evam uxorem ejus, de quorum porcione remanente predicta comitissa Linc' habet in dotem lxij. libratas xvij. solidatas et quatuor denariatas terre, ut iidem Willelmus et Eva dicunt, vobis mandamus quod, non obstante aliquo contrario mandato nostro vobis super hoc directo, omnes terras et omnia tenementa cum feodis et omnibus pertinenciis, que fuerunt predicti comitis Marescalli in Hibernia, et de quibus idem comes fuit seisitus ut de feodo die quo obiit, excepta dote predicta que integra remaneat, partiri faciatis sine omni dilacione convenientibus porcionibus inter omnes heredes predicti comitis Marescalli, ita quod unusquisque predictorum heredum secundum legem terre nostre Hibernie et secundum majus et minus, suam habeant (*sic*) convenientem porcionem. Et cum inter heredes predictos de predictis terris et tenementis porciones equales fuerint assignate, de porcione contingente Willelmum de Vescy et Agnetem uxorem ejus assignetis Johanni de Moun et Johanne uxori ejus decem libratas terre per racionabilem extentam, sicut prius decem libratas terre habuerunt in Kildare de porcione eorundem Willelmi et Agnetis, antequam manerium de Kildare assignatum fuit in dotem prefate comitisse. Et ita vos habeatis in hac divisione hereditatis et porcionum assignacione, quod nulli heredum predictorum injuria irrogetur, et discrecionis vestre diligenciam circa hoc adhibitam specialiter debeamus recommendare. Teste rege apud Bristollum xxvj. die Augusti.

Rex concessit Henrico filio Conani quod a festo Sancti Michaelis anno regni ejusdem regis xxxiiij^to^ usque ad finem duorum annorum proximo sequentium non distringatur ad se militem faciendum. Et mandatum est vicecomiti Ebor' quod ipsum Henricum interim ad hoc non distringat vel ab alio permittat distringi. Teste rege apud Gloucestriam xxviij. die Augusti.

Rex audivit quod Johannes Francigena le Chamberleng, burgensis Wellensis, tenebatur Reimundo Johannis et Willelmo Gamelin, mercatoribus de Burdegala, in xxiiij. libris, quas eis non solvit;

1250.

mandatum est vicecomiti Sumerset' quod, si ita est, bona ipsius Johannis que sunt in balliva tua non permittas (*sic*) distrai, donec eisdem mercatoribus de predictis xxiiij. libris plene fuerit satisfactum, salvis regi debitis, si qua idem Johannes regi debuit. Teste ut supra.

Quietancie de communi summonicione.—Willelmus de Stutevill' et Stephanus de Redham, miles ejus, habent quietanciam de communi summonicione in comitatu Norff'.

Johannes Extraneus habet eandem quietanciam in comitatu predicto.

M. Comitissa Linc' in eadem comitatu.

W. de Fortibus, comes Albemarl', habet quietanciam de communi summonicione in comitatu Suff'.

Berk'.—Matillis de Wychtham', Elena et Petronilla, sorores ejus, Adam de Sevenhampt' et Sibilla uxor ejus, Robertus de Esinton' et Elena uxor [ejus], attornaverunt loco suo Reginaldum Luc' et Ricardum de Nywenton', ad lucrandum etc. in assisa mortis antecessoris quam arramiaverunt coram rege in proximo adventu regis usque Wind' de tenementis in Hafford' et Niwenton'.

Oxonia.—Abbas de Rading' petiit coram rege apud Rading' die Sabbati proxima post Exaltacionem Sancte Crucis pratum suum in Magna Tywe sibi replegiari, quod captum fuit in manum regis propter defaltam quam fecit contra regem in loquela que est coram ipso, de duodecim acris prati cum pertinenciis in Magna Tywe.

Mandatum est priori Sancti Switthini Wintonie quod intersit celebracioni festi Beati Edmundi Lond', et adducat secum septem de prudentioribus et sanioris consilii monachis domus sue, qui ad petendum et optinendum eligendi licenciam in conventu suo priores et majores ruputantur (*sic*). Et hoc non omittat. Teste rege apud Wind' xxiiij. die Septembris.

[m. 5*d*.] Quia rex hesitat de loquela que est coram R. de Shardelawe et sociis suis, justiciariis itinerantibus in Hibernia, inter Matillidem de Lacy, querentem, et priorem de Conal, deforciantem, de advocacione ecclesie de Amurch', statuit partibus diem coram se in crastino Sancti Michaelis. Et mandatum est predictis justiciariis quod in loquela illa supersedeant usque in crastinum Sancti Martini. Teste rege apud Wigorniam, primo die Septembris.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod distringat Ricardum de Ripariis per bona et catalla sua pro xli. libris et xviij. solidis, Hugonem de Clifford' pro xvij. libris x. solidis et iiij. denariis, Mauricium de Salso Marisco pro vj. libris, heredes Thome Longi de Brist', defuncti, pro vij. libris et ij. denariis, regi et executoribus testamenti Ricardi de Clifford' solvendis infra xv. Sancti Michaelis proximo futuram. Et cum pecunia illa collecta fuerit et soluta, ipsam in abbacia Sancti Petri Glouc' salvo deponi faciat et custodiri, ut inde pro debitis predicti Ricardi possit regi satisfieri, et residuum executoribus ipsius assignari. Teste ut supra.

1250.

Monstravit regi Thomas de Duinton' quod cum ipse tradidisset Galfrido de Doynton', filio suo, manerium suum de Dointon', ad custodiendum eum et ad inveniendum ei necessaria, idem G. predictum manerium alienavit, et postea vastum in illo fecit, sine voluntate ipsius Thome, unde idem Thomas breve regis perquisivit, et loquela inde summonita est coram [rege] in curia regis, ut dicit. Quare mandatum est vicecomiti Glouc' quod non permittat quod predictus G. vel alius faciat vastum, vendicionem vel exilium de dicto manerio, donec dicta loquela discussa fuerit in curia regis. Teste rege apud Fekeham iij. die Septembris.

Ex quorundam relatu rex audivit quod Galfridus de Fercles quondam extitit in servicio Willelmi de Appelford', et, signo crucis insignitus, profectus est in Terram Sanctam, nullo contra eum ante itineris arrepcionem crimen aliquod aut malum proponente; set cito post laborante fama quod rem cum uxore predicti Willelmi debuit habuisse. Idem Willelmus hac invidia ductus inponens ei quod dum fuit secum in servicio res suas furtive subtraxit ab eodem, et super hoc in comitatu Cantebr' ipsum fecit apellari, ut in absencia sua post lapsum temporis faciat ipsum maliciose utlagari, majori motus cupiditate ut terra prefati apellati, quam de eo tenet, post utlagariam, sibi cedat in escaetam. Et ideo mandatum est vicecomiti Cantebr' quod inquisita veritate de premissis, si rem sic gestam invenerit, ad judicium utlagarie nullatenus procedat. Dum tamen sint qui eum manucapiant habere coram justiciariis regis ad standum inde recto, si ipsum a peregrinacione predicta redire contingat. Et habeat ibi coram justiciariis nomina eorum qui ipsum manuceperint et hoc breve. Teste rege apud Wodest' viij. die Septembris.

Glouc'.—Thomas abbas de Evesham' ponit loco suo Ricardum de Westmonasterio et Johannem de Eynesham', vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege inter ipsum abbatem et Walterum de Bradewell', Willelmum Stowin, Robertum de Aula, et alios de averiis ipsorum captis et injuste detentis, unde recordum revocatum est coram rege.

Warr'.—Magister Simon de Wauton' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam mortis antecessoris capiendam quam Anketill' filius Roesie arramiavit versus Henricum Wudeman de quatuor mesuagiis cum pertinenciis in Coventria. Et mandatum est vicecomiti Warr' quod ad diem et locum etc.

Berk'.—Henricus de Bathonia constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Willelmus le Lumbard et Emma uxor ejus arramiaverunt versus Ricardum de Albo Monasterio et Alexandrum Bulloc de tenementis in Burwardescot'. Et mandatum est vicecomiti Berk' quod ad diem et locum etc.

Oxonia.—Alanus de Farneham, Johannes de Turbervill', Ricardus Foliot et Nicholaus de Nodariis constituti sunt justiciarii ad gaiolam regis Oxonie deliberandam in crastino Sancti Mathei apostoli apud Oxoniam. Et mandatum est vicecomiti Oxonie quod omnes prisones etc.

1250.

Ebor'.—Alanus de Watsand' constitutus est justiciarius una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam prior de Wyrkesop' arramiavit versus Robertum priorem de Drax et alios de tenementis in Nova Haya. Et mandatum est vicecomiti Ebor' quod ad diem et locum etc.

Buk'.—G. de Preston' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Willelmus de Swineford' et Juliana uxor ejus, Willelmus de Derneford' et Sabina uxor ejus arramiaverunt versus Willelmum Russel et alios de tenementis in [Parva Messenden' *cancelled*] Aumodesham. Et mandatum est vicecomiti Buk' quod ad diem et locum etc.

Norhampt'.—Magister Simon de Wauton' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam capiendam quam Robertus persona ecclesie de Everdon' arramiavit versus [filium *cancelled*] Robertum filium Ranulfi de Everdon' ad recognoscendum utrum una virgata terre cum pertinenciis in Everdon' sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam ipsius Roberti de Everdon', an laicum feodum predicti Roberti. Et mandatum est vicecomiti Norhampt' quod ad diem et locum etc.

Surr'.—Johannes de Gatesden' constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Simon de Cowik arramiavit versus Adam de Cowik de tenementis in Newdegat' cum pertinenciis. Et mandatum est vicecomiti Surr' etc.

Wiltes'.—Henricus de Bathonia constitutus est una etc. ad assisam capiendam quam Willelmus de Hywis arramiavit versus Rogerum Doynel ad convincendum per xxiiij. milites juratores assise nove disseisine que nuper summonita fuit et capta coram rege apud Merleberg' inter ipsum Willelmum et predictum Rogerum de communa in Hywis. Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod ad diem et locum etc.

Linc'.—Idem Henricus constitutus est justiciarius una etc. ad assisam capiendam de convincendo juratam assise nove disseisine quam Johannes de Weston' arramiavit coram R. de Thurkelby versus Guidonem Gumbaud' et W. le Bretun de tenementis in Friston'. Et mandatum est vicecomiti Linc' quod ad diem et locum etc.

Quietancia communis summonicionis coram justiciariis foreste.—W. Sarisburiensis episcopus habet quietanciam de communi summonicione coram justiciariis itinerantibus ad placita foreste in comitatu Notingham' hac vice.

[m. 4*d*.] Ostensum est regi ex parte heredum Stephani de Baiocis que sunt infra etatem et in custodia regis quod Galfridus le Chamberlenc districcionem facit super terras in manerio de Alvithestan', que sunt de hereditate ipsarum heredum pro relevio. Et quia injustum [est] quod aliqui heredes infra etatem existentes pro aliquo relevio distringantur, mandatum est predicto G. quod districcionem quam

1250.

propter hoc fecerit, remittat [usque ad legitimam etatem earundem heredum *cancelled*]. Teste rege apud Westmonasterium vj. die Octobris.

Mandatum est vicecomiti Glouc' quod distringat debitores fratris E., quondam ballivi Fiscann' in Sloutr' et Chiltham', ad reddendum ei arreragia que ei debentur de tempore quo fuit ballivus ejusdem abbatis, sicut racionabiliter ostendere poterit ipsos ei teneri in arreragiis illis. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Octobris.

[m. 2*d*.] Mandatum est vicecomiti Dors' quod scire faciat Roberto Belet quod citra festum Sancti Edwardi quod est infra xv. Natalis Domini proximo futuri, se fieri faciat militem, alioquin ad hoc ipsum distringat. Teste rege apud Sutton' xxvij. die Octobris.

Linc'.—Magister Johannes filius Petri le Wayder Linc' attornavit loco suo Herebertum de Salfleteby et Adam de Fenton', vel alterum eorum, in loquela que est coram rege inter decanum et capitulum Linc' et ipsum Magistrum de placito waranti carte de uno mesuagio cum pertinenciis in Linc' unde vocant ipsum Magistrum ad warantum.

Middels'.—Robertus de Bello Campo senior ponit loco suo Thomam de Netherton' et Johannem de Boltesbur', vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que summonita est coram rege inter abbatem Westmonasteriensem, petentem, et Robertum de Bello Campo juniorem, tenentem, de visu franci plegii, quem idem abbas exigit ab eo, unde vocat patrem suum ad warantum.

Ebor'.—Rogerus de la Leye attornavit etc. Gilbertum de London' et Nicholaum de Eynulvesdal', vel alterum etc. ad lucrandum etc. in loquela que atachiata est coram rege in crastino Animarum contra Gerardum de Hippewell' et alios de hominibus ejusdem Rogeri verberatis et male tractatis contra pacem regis.

35 HENRY III.

1250. *Clause de anno XXXV[to].*

[m. 25.] *Pro abbatissa de Schaftesbur'.*—Mandatum est Johanni de Vernon, senescallo foreste de Gillingham, quod permittat abbatissam de Shaftesbur' habere duo summagia sua ducentia boscum in foresta regis de Gillingham, sicut illa habere consuevit, usque ad festum Purificacionis Beate Marie. Teste rege apud Sutton' xxviij. die Octobris.

Pro Waltero le Avener et Simone Hurtaud.—Rex concessit Waltero le Avener et Simoni Hurtaud', servientibus suis, custodiam terre et heredum Philippi Mimekan, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem predictorum heredum, una cum maritagio eorundem sine disparagacione ipsorum heredum. Et mandatum est H. de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Oxonie quod eisdem Waltero et Simoni de predicta custodia plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est; ita quod uterque ipsorum habeat suam medietatem per equales porciones, salva tamen uxori, que fuit predicti Philippi, racionabili dote sua de terra predicta. Teste rege apud Merewell' xxx. die Octobris.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Shirewod' faciat habere Johanni de Lessinton' xx. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in [eadem *cancelled*] foresta regis de Dene faciat habere Rogero de Lokinton' x. damas et tres damos vivos ad parcum suum inde instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De j. dolio vini dato.—Mandatum est Roberto de Dacre quod de vinis regis apud Rading' faciat habere Johanni de Frethorn' unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Merewell' secundo die Novembris.

Mandatum est eidem Roberto quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Emerico de Sacy unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Rokingham' extra landam de Benigfeud' et bruillam de Geytinton' faciat habere Edmundo de Lacy quatuor damas, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Michaele, pincerna regis.—Rex per cartam suam dedit Michaeli le Buttler, servienti suo, domos illas in villa Lincolnie que fuerunt Warini Engayne, et mandatum est vicecomiti Lincolnie quod de domibus illis cum pertinenciis eidem Michaeli plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

1250.

Pro capellanis ministrantibus apud Merewell'.—Mandatum est P. Chaceporc, custodi episcopatus Wintonie, quod de exitibus ejusdem episcopatus faciat habere quatuor capellanis ministrantibus in capella de Merewell' stipendia sua a festo Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij. usque ad Natale Domini proximo sequens, sicut tempore W. de Ral', quondam Wintoniensis episcopi, per tantum temporis percipere consueverunt; et cum sciverit summam, illam ei faciet allocari. Teste ut supra.

De quercubus ad operaciones regis de Eboraco.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Gautris faciat habere R. de Crepping', vicecomiti Eboraci, xx. quercus, ad faciendum inde bordum ad cooperiendum turres in castro regis Eboraci. Teste ut supra.

Pro Henrico de Hasting' et sociis ejus.—Mandatum est J. de Sumercot' et Rogero Scissori quod faciant habere Henrico de Hasting' et cuidam puero, socio ejus, ei consimili, et eorum magistro, pannum ad herigotas et pannum lineum et alia eis sicut sciunt conveniencia, et illa inrotulari faciant. Mittant eciam regi cum festinacione xij. pannos de aresta et sex ad aurum et iiij. butezellas de zinzibere Alexandrino. Teste rege apud Merewell' iij. die Novembris. Per Radulfum, filium Nicholai.

De ponendo per ballium.—Willelmus de Novo Castro, captus et detentus in prisona regis Lincolnie pro morte Philippi Godde de Barton', unde rettatus est, habet breve vicecomiti Lincolnie quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Ricardo Wastehuse.—Quia Ricardus Wastehus' intendens est servicio regis in episcopatu Wintonie, rex dedit ei respectum de secta quam debet ad curiam de Odiham' usque a die Pasche in unum mensem, anno etc. xxxv.; et mandatum est ballivis regis de Odiham' quod eundem respectum ipsum habere permittant. Teste ut supra.

Pro infirmis Sancte Marie Magdalene extra Wintoniam.—Mandatum est P. Chaceporc, custodi episcopatus Wintonie, quod quamdiu episcopatus ille vacans fuerit et in manu regis, faciat habere infirmis Sancte Marie Magdalene extra Wintoniam id quod percipere consueverunt de elemosina constituta per annum terminis statutis tempore W. de Ral', quondam Wintoniensis episcopi; et rex, cum sciverit quantum eis liberaverit, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Gautris [ubi commodius viderit expedire *cancelled*] faciat habere R., comiti Cornubie, x. damos et xx. damas ad novum parcum suum de Cnareburg' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

De bremiis et luciis datis.—Mandatum est [maiori *cancelled*] vicecomiti Eboraci quod in vivario regis de Fosse faciat habere R., comiti Cornubie l. bremias, c. lucias, et ccc. perchas, de dono regis. Teste ut supra.

1250.

De plumbo emendo ad operaciones regis de Eboraco.—Quia rex audivit quod plumbus quem ballivus de Pecco vicecomiti Eboraci debuit liberasse ad operaciones castri Eboraci non venit ad ipsum, sicut rex precepit, mandatum est eidem vicecomiti quod, prout melius viderit expedire in balliva sua, plumbum emat ad easdem operaciones faciendas. Et rex, cum sciverit custum illius operacionis, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

Perdonacio pro Johanne de Warenn' et sociis ejus.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod de transgressione quam Johannes de Warrenn' fecit in foresta regis de Syrewod' in transeundo per eandem, facta inquisicione et habito processu secundum legem et consuetudinem foreste, ipsum Johannem non amerciet nec aliquem de societate sua in transitu suo per forestam predictam, set ipsos statuat amerciandos coram rege. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Beaumunt.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod, quamdiu Galfridus de Beumund fuerit viridarius foreste regis de Porecestr', non ponatur in assisis, juratis, vel recognicionibus. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod Fortunato, militi regis, ad opus uxoris ejus, unam robam integram hac vice liberent, videlicet tunicam et supertunicam cum experiolo et pallium cum rubeo bisso, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam v. die Novembris.

Pro abbate de Loco Sancti Eduuardi et hominibus suis.—Mandatum est ballivo foreste regis de Selewod' quod districcionem quam facit abbati de Loco Sancti Eduuardi et hominibus suis de Kingeston' Deverel pro expeditacione canum, ponant in respectum usque ad xv^{nam} Sancti Hillarii. Teste ut supra.

De una roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogeri (*sic*) Scissori quod faciant habere magistro Roberto, sirurgico Johannis filii Galfridi, robam contra instans festum Natalis Domini, de dono regis, videlicet tunicam et supertunicam cum furrura, sicut valletto. Teste ut supra.

De estoverio ad manerium regis de Melkesham'.—Mandatum est Johanni de Vernun, senescallo foreste de Chippeham', quod in eadem foresta faciat habere Hugoni Gargat, custodi manerii regis de Melkesham', id quod necesse fuerit ad reparacionem carucarum et domorum regis in eodem manerio sine vasto et destruccione ejusdem foreste. Teste ut supra.

Pro capellanis regis de Corf', de Purbik', et Dorcestr'.—Mandatum est vicecomiti Dors' quod duobus capellanis regis ministrantibus in castro regis de Corf', et capellano ministranti in capella Sancti Aldelmi de Purbik', et capellano ministranti in capella regis Dorcestr', inveniat stipendia sua de termino Sancti Michaelis proximo preterito, sicut ea temporibus aliorum vicecomitum percipere consueverunt ;

1250.

et cum rex sciverit quantum eis liberaverit, breve suum de [Liberate *cancelled*] Allocate ei inde habere faciet. Teste rege apud Wintoniam vj. die Novembris.

De auro emendo ad opus regis.—Rex mittit Philippo Luvel per servientem vicecomitis Devonie iiij^{xx} et xiij. libras de catallis Bonenfant, Judei Exonie, de centum libris quos rex fieri precepit ad opus regis pro concelacione catallorum suorum, mandans quod denarios illos poni faciet in auro emendo ad opus regis. Teste ut supra.

De transgressione in foresta de Shireford (*sic*).—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod de transgressione quam Johannes de Stutevill', Thomas Bardulf', Willelmus le Latimer, Gilbertus Hansard, Willelmus filius Thome et Simon de Bello Campo perpetrarunt in foresta de Shirewod', una cum Johanne de Warenne, facta inquisicione et habito processu de eadem secundum legem foreste, ipsos transgressores statuat coram rege amerciandos coram rege (*sic*). Teste ut supra.

De feria tenenda apud Burmigham'.—Quia rex vult quod una feria singulis annis teneatur in manerio suo de Bermigham', mandatum est vicecomiti Wygornie quod feriam illam per balliam suam clamari, et decetero faciat per tres dies videlicet in vigilia, in die, et in crastino Sancti Johannis Baptiste teneri. Teste ut supra.

Perdonacio pro Edmundo de Lacy.—Rex perdonavit Edmundo de Lascy omnes transgressiones quas ipse fecit in forestis regis usque ad diem Lune proximam post festum Omnium Sanctorum anno etc. xxxv. ; ita quod in eisdem forestis decetero nullam faciat transgressionem ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum inde quietum esse permittat. Teste ut supra.

Pro Waltero de Avenebur'.—Quia, ut regi videtur, non est equum nec racioni consonum quod Walterus de Avenebur', qui finem fecit cum rege per cccc. marcas pro custodia terre et heredis Ricardi de Anesy, distringatur pro fine xl. marcarum quem idem Ricardus contraxit cum rege dum superstes fuit pro quadam serjancia, quamdiu bona et catalla que fuerunt ipsius Ricardi sufficiant ad debitum illud acquietandum ; mandatum est baronibus de Scaccario quod distringant executores testamenti predicti Ricardi ad satisfaciendum regi de predictis xl. marcis, prout catalla et bona illa se extendere possunt, et ipsum Walterum pacem inde habere permittant, quia predicti executores manuceperunt coram rege ad satisfaciendum regi de debitis in quibus idem Ricardus ei tenebatur. Teste rege apud Wintoniam vij. die Novembris.

De expeditacione canum.—Rex dedit respectum abbati de Stanl' de expeditacione canum suorum et hominum suorum usque ad Natale Domini [octabas Sancti Hillarii *cancelled*] anno etc. xxxv. ; et mandatum est J. de Vernun, senescallo forestarum de Selewod' et Braden', quod respectum illum ipsum habere permittat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Ricardo de Wrotham, senescallo foreste de Menedep', pro eodem abbate. Teste ut supra.

1250.

Rex respectum dedit dominabus leprosis de Bradel' de expeditacione canum suorum et hominum suorum usque ad festum Natalis Domini [Sancti Hillarii *cancelled*], anno etc. xxxv.; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod eundem respectum ipsis habere permittat. Teste ut supra.

Pro P. de Rivall' et hominibus suis.—Mandatum est Galfrido filio Warini, senescallo foreste regis de Morf', quod in eadem foresta permittat P. de Rivall' et homines suos de Luddesdon' et Quafford' habere racionabile estoverium suum, sicut retroactis temporibus habere consueverunt, sine vasto et destruccione ejusdem foreste. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Axiholt [Essex' *cancelled*] quod in eadem foresta faciat habere Artaldo de Sancto Romano tres damos, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De cappis de choro faciendis.—Mandatum est Eduuardo de Westm' quod fieri faciat duas cappas de choro, ita quod utraque earum sit de precio xv. marcarum vel amplius, et provideat quod rex unam illarum promptam habeat promptam habeat (*sic*) in vigilia Natalis Domini apud Wintoniam et aliam apud Londoniam in festo Sancti Eduuardi. Fieri eciam faciat duas alias capas, quarum utraque sit de precio x. marcarum, et eas reservet usque ad adventum Magistri Willelmi de Kilkenni Londonie, liberandas per eundem quo rex ei injunxit, de dono regis. Teste ut supra.

De pacacione facienda operariis Westm'.—Rex thesaurario et camerariis suis salutem. Mandamus vobis quod operariis operacionum nostrarum Westm' pacari faciatis stipendia de sex septimanis proximo preteritis. Teste rege apud Wintoniam xiij. die Novembris.

Pro Abraham de Berchamsted', Judeo.—Mandatum est Philippo Luvel quod, retentis omnibus bonis Abrahe de Berchamsted', Judei, corpus suum a prisona regis sine dilacione deliberari faciat, accepto sacramento ipsius Judei super magnum rotulum quod a die prestiti sacramenti usque in unum annum conspectui regis se non representabit. Teste ut supra. Et capiat securitatem [a predicto Judeo *cancelled*] de dimidia marca auri ad opus regis ab Isaac de Exonia et Abraha filio Abrahe, Judeis.

Pro Willelmo de Sancto Claro, Thoma Bernard' et aliis.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod districcionem quam facit per summonicionem Scaccarii Willelmo de Sancto Claro, Thome filio Bernardi, Roberto Picot et Waltero le Clerc, hominibus Johannis Bernard' pro serjantia, ponat in respectum usque ad Natale Domini. Teste ut supra.

Pro monachis Sancti Swuthini de Wintonia de mutuo facto.—Mandatum est P. Chaceporc, custodi episcopatus Wintonie, quod de exitibus ejusdem episcopatus faciat habere priori et monachis Sancti Swithini Wintonie c. marcas de prestito regis, receptis prius ab eodem

1250.

priore et monachis litteris suis patentibus de obligacione mutui predicti; et rex illas ei faciet allocari. Teste rege apud Lutegarsal' x. die Novembris.

Pro archidiacono Surr' et Hugone Chaceporc', de postulacione Adelmari.—Mandatum est eidem P. quod de exitibus predicti episcopatus faciat habere Magistro Waltero, archidiacono Surr', eunti apud Lugdunum pro postulacione ecclesie Wintonie, xl. marcas ad expensas suas, de dono regis; et Hugoni Chaceporc' xxx^a marcas de annuo feodo suo xxx. marcarum de anno etc. xxxiij^o; et Roberto de Lond', qui retulit regi primo rumores de postulacione Ademari, fratris regis, c. solidos, de dono regis; et in exitibus predicti episcopatus omnia predicta ei faciet allocari. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Graveling' quod in eadem foresta faciat habere Magistro Willelmo de Kilkenny quatuor quercus ad maeremium, de dono regis, cum omnibus escaetis suis. Teste ut supra.

De operacionibus castri Bristolli.—Mandatum est vicecomiti Glouc' quod in propria persona sua eat usque Bristollum, et videat operaciones regis quas ibidem fieri precepit in castro regis per iiij^or homines ville Bristolli ad hoc assignatos. Videat eciam arreragia firme ville predicte, et ea per prefatos homines poni faciat in operacionibus predictis, et cum ipsam firmam posuerint in eisdem, ipse de exitibus comitatus sui liberet eisdem hominibus denarios ad easdem operaciones faciendas; et rex, cum sciverit quantum eis liberaverit, breve suum de Allocate ei habere faciet.

De ponendo per ballium.—Sibilla, uxor Willelmi le Prude, detenta in prisona regis Sarisburie pro morte Agnetis filie Aldith', Agnetis filie Walteri et aliorum, unde rettata est, habet breve vicecomiti Wiltes' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Agnete la Peyntur' de Wintonia.—Mandatum est maiori et ballivis Wintonie quod permittant Agnetem la Peintur' quietam esse de tallagio nuper super ipsam assesso per P. Chaceporc', sive de forisfacto, et si quid ab ea occasione illa receperint, ei restituant. Teste ut supra.

[m. 24.] *Pro executoribus Rogeri de Merlay.*—Mandatum est H. de Wengham et coescaetoribus suis in comitatibus Wiltes' et Berk' quod accepta securitate ab executoribus testamenti Rogeri de Merlay, quod de primis bonis que fuerunt ipsius defuncti regi satisfacient de debitis, si in aliquibus regi tenebatur, de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius Rogeri in balliva sua liberam et plenam administracionem eisdem executoribus habere faciant. Teste rege apud Merleberg' xj. die Novembris.

De expeditacione canum.—Mandatum est Roberto de Stopham', ballivo de Clarendon', quod districcionem quam facit super decanum et canonicos Sarr' et homines suos pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad Natale Domini. Teste ut supra.

1250.

Pro capitulo et canonicis de Suwell'.—Mandatum est G. de Langel' et sociis suis, justiciariis itinerantibus ad placita foreste in comitatibus Notingham' et Dereb', quod omnia placita foreste capitulum et canonicos de Suwell' tangencia et homines eorum placitent ante hostium ecclesie sue, sicut retroactis temporibus placitari consueverunt. Teste ut supra.

De quadam casula facienda.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod sine dilacione fieri faciat quandam casulam de precio decem marcarum ad opus fratris Johannis de Skypton', capellani domini regis. Teste rege apud Merleberg' xij. die Novembris.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Stafford' quod loco Ricardi de Draicot', coronatoris, qui propter infirmitatem et debilitatem corporis ad hoc vacare non potest, eligat quendam alium coronatorem, qui prestito sacramento etc.

Pro servientibus de castro Windes' ad arma.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod quatuor servientibus regis ad arma commorantibus in castro regis Windes' in municione ejusdem castri, quorum quilibet capit in die novem denarios pro stipendiis suis, sine dilacione faciat habere liberaciones suas, a die Lune proxima post festum Sancti Barnabe Apostoli anno etc. xxxiiij. usque ad diem Natalis Domini proximo sequentem, utraque die computata; et rex, cum sciverit quantum eis liberaverit, illud eis (*sic*) faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Waltero le Brun.—Rex concessit Waltero le Brun quod de tallagio quod maior et vicecomites Londonie assederunt super ipsum hac vice sit quietus; et mandatum est eisdem quod, sive tallagium illud debitum sit, sive non, ipsum inde quietum esse faciant, et si quid ab eo ceperint pretextu illius tallagii, id ei restituant. Teste rege apud Merleberg' xiiij. die Novembris.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam facit super Walterum de Biscauvill' et homines suos pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad xv^nam^ Sancti Hillarii. Teste ut supra.

Pro Philippo custode anniversariorum Wintonie.—Rex concessit Philippo Trenchefoil, custodi anniversariorum Wintonie, quod usque ad festum Pentecostes proximo futuram (*sic*) habeat liberum cheminagium per [eandem *cancelled*] forestam de Savernac' ad maeremium cariandum usque maneria que sunt in custodia sua; ita tamen quod non sit ad dampnum vel nocumentum predicte foreste regis. Et mandatum est Roberto Pipard, custodi predicte foreste, quod ipsum Philippum permittat habere cheminagium illud, sicut predictum est. Teste ut supra.

De estoverio ad maneria de Lutegarh' et Colingburn'.—Mandatum est Avicie de Columbariis, custodi foreste regis de Cette, quod permittat custodem maneriorum de Lutegarsh' et Colinburn' capere in predicta foresta per visum forestariorum et viridariorum racionabilia estoveria

1250.

tam ad carucas quam ad alia quibus necesse fuerit in maneriis regis predictis. Teste ut supra.

Pro Ricardo de Oveton' capto.—Quia Willelmus, decanus ecclesie Sancte Marie, Salopie, manucepit habere coram rege ad mandatum suum Ricardum de Oveton', captum et in prisona regis de Bruges detentum pro transgressione facta abbati Salopie apud Salopiam contra pacem regis; mandatum est vicecomiti Salopie, quod ipsum Ricardum prefato decano vel certo attornato suo sine dilacione liberari faciat in forma predicta. Teste ut supra.

Pro Stephano Lungesp'.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod manuteneat, protegat, et defendat libertates Stephani Lungesp' in hundredo suo de Sutton Regis et alibi in balliva sua, ita quod sint in eodem statu in quo fuerunt temporibus antecessorum suorum, sicut (*sic*) deterioracione aliqua vel diminucione, et sicut idem Stephanus eisdem libertatibus hactenus usus est. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario de Divisis quod in foresta regis de Chippeham' faciat habere Ele, comitisse Warr', quatuor robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Childewic'.—Rex dedit respectum Galfrido de Childewic' de septem libris quas debet Abrahe de Berchamsted', Judeo, et pro quibus una cum aliis debitis ipsius Judei precepit districcionem fieri, usque ad festum Sancti Hillarii; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum respectum illum habere permittant, et cartas ipsius G. deliberent. Teste ut supra.

Pro Drogone de Barentin.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod accepta securitate per fidem a Drogone de Barentin quod se remittet in prisonam nostram in festo Sancti Hillarii proximo futuro, nisi interim regi satisfecerit de hiis pro quibus eum arestarunt, illum a prisona qua detinetur dimittant, certificantes regi citra tempus memoratum pro quibus illum arestarunt et in quanto debito regi teneatur. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Guidone filio Roberti, de compoto.—Rex dedit respectum Guidoni filio Roberti de reddendo compoto suo de tempore quo fuit vicecomes regis Oxonie et Berk' usque ad octabas Sancti Hillarii, ut interim sibi provideat de eodem plenius reddendo; et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere faciant. Teste rege apud Merleberg' xvij. die Novembris.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Recchech' quod in eadem foresta faciat habere Willelmo de Chaeny tres damas, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Perdonacio pro Coventrensi episcopo et hominibus suis.—Rex dedit respectum R. Coventrensi et Lichfeldensi episcopo et hominibus suis

1250.

de transgressione que eis imponitur pro [transgressione *cancelled*] capcione unius fere in transitu suo per forestam regis de Pecco usque ad Natale Domini, ut tunc super hoc cum rege habeat colloquium; et mandatum est G. de Langel' quod districtionem quam eis facit interim eis relaxet. Teste ut supra.

De fustis ad focum regis captis apud Merleberge.—Mandatum est G. de Langel' quod occasione iiij^{xx} et viij^{to} fustorum captorum ad opus regis in foresta de Savernak' in adventu regis contra festum Sancti Martini anno etc. xxxv. usque Merleberg', ubi moram fecit per octo dies, non occasionent R. de Muscegros vel aliquem de ballivis suis ejusdem foreste. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Rex dedit respectum Gladuse de Mortuo Mari de expeditacione canum suorum in maneriis de Worthy et Strefeld' usque ad instans festum Sancti Hillarii; et mandatum est Ade de Mora, custodi forestarum regis de Everl' et Penber', quod ipsam dictum respectum habere permittat. Teste ut supra.

De quodam stagno comitis Dereb'.—Mandatum est vicecomiti Staffordie quod stagnum Willelmi de Ferr', comitis Dereb', in Joxhal', de quo assisa nove disseisine capta fuit coram Roberto Waleran per preceptum regis inter Rogerum Corbet et ipsum comitem, dimittat in pace, nec aliquid inde fieri permittat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De execucione Thome le Lung facienda.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod omnes debitores Thome le Lung', defuncti, in balliva sua, qui se recognoscunt aliqua debita eidem defuncto debere, per terras et catalla distringat ad debita illa David le Lung et coexecutoribus testamenti ipsius Thome sine dilacione reddenda; de debitoribus autem ei debita debere non recognoscentibus talem et tam celerem justiciam executoribus predictis faciat exhiberi, quod ipsos propter hoc non oporteat ad regem iteratum habere recursum. Teste ut supra.

De uno multone silvestri.—Mandatum est ballivo de Everleg' quod permittat Johannem de Cormailes capere in parco de Everleg' unum multonem silvestrem ad opus regis, ita quod illum habeat hac instanti die Dominica in commestione sua. Teste rege apud Lutegarshal' xviij. die Novembris.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Cette quod in prefata foresta faciat habere fratribus et sororibus hospitalis Sancti Johannis de Andevr' quatuor quercus ad maeremium ad fabricam capelle sue, de dono regis. Teste ut supra.

De vivariis regis reparandis.—Mandatum est vicecomiti Norhamptonie quod de exitibus comitatus sui reparari faciat vivaria regis de Clive et de Bricstok' per visum proborum et legalium hominum; et cum rex sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

1250.

Pro Johanne de Grey.—Si Johannes de Grei, quondam justiciarius Cestrie, redditurus sit compotum suum coram baronibus de Scaccario in octabis Sancti Hillarii de exitibus justiciarie Cestrie, quam ei dudum rex custodiendam commisit, dedit rex ei respectum usque tunc de xx. marcis que exiguntur ab eo per summonicionem Scaccarii pro bladam (*sic*)* blida fracta apud Basingwerc'; et mandatum est eisdem baronibus quod si tunc compotum suum reddere debeat, tunc ei illum respectum habere faciant. Teste ut supra.

De domo Sancte Crucis Wintonie.—Mandatum est archidiacono Wintonie quod magistrum G. de Fering' moneat et efficaciter inducat ut domum Sancte Crucis a debitis quibus ipsam tempore suo oneravit faciat liberari, alioquin ipsa de bonis ipsius magistri G. in archidiaconatu suo inventis, sicut justum fuerit, deduci faciat et creditoribus ipsius domus satisfieri, prout indempnitati ejusdem domus viderit expedire. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De fustis ad vivaria de Clive et Bricstoc'.—Mandatum est custodi foreste de Clive quod in eadem foresta, ubi ad minus dampnum fieri poterit, faciat habere Roberto Basset, vicecomiti Norht', fusta ad vivaria regis de Bricstok' et Clive inde emendanda. Teste ut supra.

De passagio inveniendo Dovorie.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod Petro Chaceporc', archidiacono Wellensi, et tribus monachis Wintonie et archidiacono Surr', euntibus in nuncium regis usque Lugdunum, passagium in portu Dovorie inveniat; et cum rex sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra apud Clarendon' xx. die Novembris.

Pro ballivis Willelmi de Valencia.—Mandatum est Roberto Waleraund' quod, cum senescallus vel vicecomes an aliquis ballivorum Willelmi de Valencia de partibus illis ei scire fecerit, consilium et auxilium apponat ad jura et libertates ipsius Willelmi custodienda et defendenda. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De expeditacione canum.—Mandatum est Ade de Mora, custodi foreste de Everesl', quod usque ad instans Natale Domini permittat homines de Basingestok' habere respectum de expeditacione canum suorum. Teste ut supra.

Pro Ricardo Basset.—Rex concessit Ricardo Basset quod de duodecim marcis quas debet Abrahe de Berchamsted', Judeo, solvat unam medietatem ad scaccarium Sancti Michaelis anno xxxv. et aliam medietatem ad Pascha proximo sequens; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod eidem Ricardo eosdem terminos habere et sic fieri et inrotulari faciant, et cartam suam tanti debiti ei reddi faciant. Teste ut supra.

Mandatum est Aaron filio Abrahe et Elye episcopo, Judeis Londonie, quod per visum Philippi Luvel liberari faciant Thome, custodi capelle Beate Marie de Judaismo Minori Londonie, xx. libras ad reparacionem eiusdem capelle, et ad quandam imaginem Beate

* *rectius* quadam.

1250.

Marie cum decenti tabernaculo faciendam, per visum ejusdem Philippi, et ponendam in eadem capella ; et rex illas faciet eis allocari. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Blakemore quod in eadem foresta faciat habere Johanni de Burgo et Willelmo de Say duas damas, de dono regis. Teste ut supra.

De bremiis et luciis capiendis ad opus regis.—Mandatum est custodi manerii de Taunton' quod in vivario de Taunton' capiat ad opus regis lx. bremias et x. lucios, et eos venire faciat usque Wintoniam contra instans festum Natalis Domini. Teste rege apud Clarendon' xxiij. die Novembris. Unde bremie ille ponantur in pane ; et rex de custo satisfaciet ei. Teste etc.

De sex roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Chippeham' quod in eadem foresta faciat habere abbatisse de Lacoc sex robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam facit predicte abbatisse et hominibus suis de Bissopestr' pro expeditacione canum ponat in respectum usque ad festum Purificacionis Beate Marie. Teste ut supra.

Pro fratre Thoma, custode capelle Beate Marie de Judaismo Minori.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de tallagio Judeorum regi debito ad hoc instans festum Sancti Andree faciant habere fratri Thome, custodi capelle Beate Marie de Judaismo Minori, Londonie, xx. libras ad reparacionem ejusdem capelle, et ad quandam imaginem Beate Marie cum decenti tabernaculo faciendam, per visum Philippi Luvel, et ponendam in eadem capella ; et rex illas in tallagio predicto faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Cecilia que fuit uxor Ricardi de Wrotham'.—Mandatum est Henrico de Wengham' quod de maritagio Cecilie que fuit [uxor] Ricardi de Wrotham' quod una cum ceteris terris que fuerunt ipsius cepit in manum regis, eidem Cecilie plenam seisinam habere faciat, retentis in manu regis dote ipsius Cecilie et omnibus aliis terris que fuerunt ipsius Ricardi, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De Judeis imprisonandis et confundendis.—Mandatum est Waltero Galun quod omnes Judeos de Wiltonia liberet sine dilacione vicecomiti Wiltes' carceri regis de Saresberia retrudendos, et quod liberam administracionem faciat habere eidem vicecomiti de predictis Judeis et omnibus catallis suis, ubicumque fuerint. Teste rege apud Clarend' xxv. die Novembris.

Pro Henrico de Leyc', capellano.—Mandatum est Henrico de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Leycestrie quod faciant habere Henrico de Leycestria, capellano, viginti solidos, quos Henricus de Hasting' ei concessit per cartam suam annuatim percipiendos de

1250.

annuo redditu ville de Snipston', et quos recepisse debuit ad festum Sancti Michaelis anno regni regis H. xxxiiij°. Teste ut supra.

De catallis que fuerunt Leonis, Judei Eboraci.—Quia catalla que fuerunt Leonis, Judei Eboraci, et que devenerunt ad manus Samuelis episcopi Judei Eboraci, ita jam sunt, sicut pro certo audivimus, distracta et adnullata, quod inde, sicut creditur, non poterit regi satisfieri de quatuor milibus marcarum et amplius regi debitis de eisdem catallis, quasdam litteras fieri fecit rex quas mittit justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis per Eliam le Eveske et Aaron filium Abraham', Judeos Londonie, mandans quatinus earum diligenter inspecto tenore, si viderint quod concessio facta per eas sit ad commodum regis, tunc earum tenorem inrotulari faciant. Teste ut supra.

[m. 23.] *De quercubus datis.*—Mandatum est custodi foreste de Chippeham' quod in eadem foresta faciat habere Willelmo Bataille sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' xxv. die Novembris.

Pro Galfrido Gascelin.—Mandatum est vicecomiti Bedefordie quod districcionem quam facit per summonicionem Scaccarii regis Galfrido Gascelin pro xvj. marcis in quibus Walterus de Godarvill', pater uxoris ejus, tenebatur Aaron de Berchamsted', Judeo, ponat in respectum usque ad octabas Sancti Hillarii. Teste ut supra.

Pro Aaron de Eboraco, Judeo.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Quia testificatum est coram nobis per Philippum Luvel' quod Aaron, Judeus Eboraci, finem fecit nobiscum pro quingentis marcis et non pro quingentis libris pro quadam carta inventa extra archam, que facta fuit inter ipsum et abbatem Eboraci, vobis mandamus quod, non obstantibus litteris nostris aliquibus vel extracta vobis missa de quingentis libris, per quas credebatur ipsum finem fecisse nobiscum pro carta predicta, predictum finem quingentarum marcarum observari faciatis. Teste rege apud Clarendon' xxvij. die Novembris. Per Philippum Luvel.

Pro Henrico de Nunchans.—Mandatum est Roberto de Vavasur, custodi honoris Peverel, quod districcionem quam facit Henrico de Nunchaumps pro secta facienda de terra sua quam tenet in Clipston' ponat in respectum usque a die Sancti Hillarii in quindecim dies. Teste ut supra.

De districcione executoribus Walteri de Godarvill'.—Quia executores testamenti Walteri de Godarvill' ignorant in quanto idem Walterus regi tenebatur, mandatum est baronibus de Scaccario quod rotulos Scaccarii regis scrutari faciant, quantum regi debuerit, et quantum Abrahe de Berkhamsted'; et ipsos executores pro debitis illis regi solvendis distringi faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Chippeham' quod in eadem foresta habere faciat Fratribus Predicatoribus de Wiltonia viginti quercus, de dono regis. Teste ut supra.

1250.

De expeditacione canum.—Quia rex dedit respectum decano et canonicis Saresberie et hominibus suis de expeditacione canum usque ad Natale Domini, mandatum est Avicie de Columbariis, custodi foreste de Cette, quod ipsos vel homines suos de Cette hac occasione interim non vexet aut vexari permittat.

Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Braden' faciat habere Roberto Tregoz quatuor damas, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario regis Divisarum quod in foresta de Cippenham' faciat habere Galfrido Gascelin duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

De fagis ad mensas coquine regis.—Mandatum est R. de Stopham, ballivo de Clarendon', quod in bosco regis de Bocholt [foresta de Clarendon' *cancelled*] faciat habere Willelmo de Rading' duas fagos ad mensas coquine regis contra Natale inde faciendas. Teste ut supra.

De salmonibus et lampredis ad opus regine rejuvantis.—Quia regina Anglie rejunat in hoc Adventu Domini, mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod salmonem et lampredas, si alique possint inveniri, ad opus suum emi et ei mitti faciat, et omnes lampredas et salmonem quas perquirere poterit regi mittat usque Wintoniam contra Natale; et rex cum sciverit custum, illud ei reddi faciet. Teste rege apud Clarend' xxviij. die Novembris.

Mandatum est constabulario de Merleberg' quod de vivario regis ibidem regine in hoc Adventu rejunanti bremias habere faciat. Teste ut supra.

De novo dono regis premanibus.—Rex rogat W. de Haverhull', thesaurarium suum, quod unum bonum samitum crocei coloris pro novo dono regis proximo futuro regi habere faciat. Teste ut supra.

De capis de samito et de liberacione facienda de robis.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod de bono samito fieri faciant duas capas cum largis aurifrigiis ad capellam regis, ita quod rex ipsas habeat contra instans festum Natalis Domini; mittant etiam sine dilacione custodibus garderobe regis lineam telam bonam et delicatam ad opus nostrum; faciant etiam cum maturitate liberacionem robarum Lond' secundum quod provisum est et in novo rotulo continetur nulli graciam facientes, nisi super hoc a rege speciale mandatum habuerint; provideant etiam de panno ad elemosinam regis videlicet de d. ulnis, sicut anno preterito contra Natale Domini provisum fuit. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Whittlewod' quod in eadem foresta faciat habere W. de Ferr', comiti Dereb', tria robora ad carbonem faciendam, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Braden' quod in eadem foresta faciat habere Roberto Tregoz iiij^or damas, de dono regis. Teste ut supra.

1250.

De fine Hugonis Sanzaver.—Quia finis ille quem Hugo Sanzaver defunctus nuper fecerat cum rege de novies xx. et x. libris, in quibus Aaron filio Abrahe, Judeo Londonie, tenebatur, personalis erat, non tangens aliquem heredum ipsius Hugonis, finem illum rex revocavit, nolens illum in forma quam rex baronibus de Scaccario nuper direxit observari. Et quia idem Judeus, ut asserit, ex subtraccione illius debiti plurimum gravabatur, debitum illud eidem Judeo restituit, mandans eisdem baronibus quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

De vinis regis capiendis et cariandis.—Mandatum est ballivis de Portesmuth' quod intendentes sint et respondentes Rogero le Flemeng' et Willelmo Chubbe, quos rex mittit usque Portesmue ad capiendum ibidem ad opus regis vina ad complendum numerum iiij^{xx} et xviij. doliorum vini que rex nuper capi precepit apud Suht'; et vina illa cum capta fuerint per aquam mitti faciant usque Suht', liberanda ibidem ballivis regis ad cariandum quo rex eis injunxit per aliud breve suum; et rex cum sciverit custum, illum eis faciet allocari. Teste ut supra.

Pro monialibus de Tarente.—Mandatum est vicecomiti Dorsete quod demandam quam facit abbatisse et monialibus de Tarente pro returno et auxilio vicecomitis ponat in respectum usque ad festum Sancti Edwardi proximo futurum. Teste ut supra.

Pro Guidone de Rocheford'.—Rex concessit Guidoni de Rocheford' custodiam terre que fuit Gunnore de la Mare in comitatu Oxonie, habendam usque ad legitimam etatem heredis ipsius Gunnore; et mandatum est Guidoni filio Roberti, escaetori regis in comitatu predicto, quod prefato Guidoni de Rocheford' de custodia prefate terre una cum caruca que est ibidem plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Clarend' xxx. die Novembris.

Eodem modo mandatum est Johanni de Vernun, escaetori regis in comitatu Wiltes', nulla facta mencione de aliqua caruca. Teste ut supra.

Quia terra que fuit predicte Gunnore non fuit extensa ex toto ad xx. libras, mandatum est H. de Wengh' quod regi scire faciat ad festum Natalis Domini si illa extenta sit bona vel non, quia tantum decidet prefato Guidoni de annuo feodo suo, quantum terra illa valuerit per annum. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Roteland' quod districcionem quam facit super Petrum de Monteforti et homines suos pro expeditacione canum suorum, ponat in respectum usque ad Natale Domini. Teste ut supra.

Mandatum est ballivis de Portesmue quod provideant ad opus regis contra instans festum Natalis Domini de quatuor braonibus bene ustis, quos saliri faciant, et capita bene coquantur et in succiduo ponantur, et braones cum capitibus venire faciant usqūe Wintoniam, ita quod sint ibi die Veneris ante festum memoratum. Et rex tunc ibi super custo eis satisfieri faciet. Teste rege ut supra. [*Cancelled.*] *Quia postea revocatum fuit.*

1250.

Eodem modo mandatum est ballivis de Andevr' de duobus milibus ovorum et duobus braonibus bene ustis salitis cum capitibus bene succitis, etc. ut supra. [*Cancelled.*] *De braonibus revocatis.*

Eodem modo mandatum est ballivis de Lym de xl. congris grossis, etc. Teste ut supra.

De providencia contra Natale.—Eodem modo mandatum est ballivis de Wincheles' de quinque milibus merlingorum, etc. Teste ut supra.

Et ballivis de Rumes' pro xv. porcis friscis et mm. ovorum, etc. Teste ut supra.

Et ballivis de Basingstok' pro ij. braonibus bene ustis cum capitis (*sic*) succitis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Revocati sunt braones.*

Et ballivis de Aulton' pro duobus braonibus bene ustis cum capitibus succitis. Teste ut supra. [*Cancelled.*]

De providencia.—Et ballivis Wintonie pro octo braonibus, xx. porcis, cc. cuniculis, c. leporibus, sex milibus ovorum, xv. galonibus de albo sagimine porcino, c. et l. perdicibus, witecockis, et plovariis; et hec omnia habeant in castro Wintonie in vigilia predicti festi; et rex eis satisfieri faciet, ut supra.

Et ballivis Oxonie de septem braonibus bene ustis, salitis, et cum capitis (*sic*) succitis, ut supra. Teste etc. [*Cancelled.*] *Revocati sunt braones.*

Et ballivis Suhampt' de sex braonibus, xv. porcis, c. cuniculis, l^a leporibus, sex milibus ovorum, xv. galonibus sagiminis porcini, c. et l^a perdicibus, witecockis, plovariis, et de duobus lestis allecis ruffi, etc. Teste etc.

De providencia contra Natale.—Et mandatum est Gerardo la Grue de fesantis, perdicibus, witecockis, ploveriis, alaudis, et aliis generibus volatilibus quantum poterit, et de quatuor gruibus apud Tanton' et alias perquirat quot poterit. Et rex satisfieri faciet etc. ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Axiholt quod in eadem foresta faciat habere Willelmo de Valencia x. damas, de dono regis. Teste rege apud Clarend' iij. die Decembris.

De expeditacione canum.—Mandatum est Johanni de Vernun, senescallo foreste de Wiltes', quod districcionem quam facit Ricardo del Ortiay et hominibus suis de Sutton' pro expeditacione canum ponat in respectum usque ad quindenam Sancti Hillarii. Teste ut supra.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est custodi vinorum regis de Merleberg' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Johanni de Nevill' unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod faciant habere latori presencium, homini Rogeri Luvel,

1250.

procuratoris regis in curia domini pape, ad opus ejusdem Rogeri unam robam clericalem, videlicet tunicam et supertunicam cum furrura de rubeo bisso. Teste ut supra.

De providencia panis.—Mandatum est ballivis de Andevr' de lx. solidatis boni et pulcri panis, videlicet quatuor ad denarium, et quod illum cariari faciant usque Wintoniam, ita quod sit ibi die Veneris proxima ante instans Natale Domini; et rex de custo et cariagio eis ibi satisfieri faciet. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis Suht' de c. solidatis panis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Neubir' de c. solidatis panis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Hungreford' de c. solidatis panis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Romes' de xl. solidatis panis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis Wintonie de x. libratis panis. Teste ut supra.

De claustura ad coquinas regis.—Mandatum est custodi episcopatus Wintonie quod venire faciat usque Wintoniam decem bonas carratas clausture ad clausum faciendum circa coquinas regis in instanti festo Natalis Domini. Teste ut supra.

De cyrographis Abrahe de Berchamsted', Judei.—Mandatum est W. de Haverhull' et J. Francigene quod visis litteris faciant habere justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis cyrographa Abrahe de Berchamsted', Judei, per ipsos inrotulata et adhuc penes ipsos custodita, ad faciendum inde quod rex injunxit eis. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Rex dedit respectum Willelmo Mauduit et hominibus suis de Werministr' de expeditacione canum usque ad Natale Domini proximo futurum; et mandatum est Willelmo de Cosseley, forestario suo de Selewod', etc.

De denariis mittendis in garderobam regis de episcopatu Wintonie.—Mandatum est constabulario de Wolves' quod sine dilacione mittat regi [c. libras si illas ad manus habuerit vel ad minus *cancelled, with interlineation* postea correctum fuit sic] c. marcas liberandas in garderobam regis custodi ejusdem garderobe ad opus regis; et rex illas in exitibus episcopatus Wintonie faciet allocari. Teste rege apud Clarend' v. die Decembris.

De providencia busce et carbonis contra Natale.—Rex mittit usque Wintoniam Willelmum de Rading', cocum regis, Walterum, servientem aule regis, et Walterum de Maworthin, servientem camere sue, ad providendum regi de busca et carbone contra instans festum Natalis Domini; et mandatum est Gerardo la Grue quod, prout necesse esse viderint ad officia sua, et ei dixerint ex parte regis carbonem et boscam sufficientes venire faciant usque Wintoniam de balliva sua contra predictum festum. Teste ut supra.

1250.

De milicia Willelmi de Bonevill'.—Quia in instanti festo Natalis Domini Willelmum filium Nicholai de Bonevill' cingulo milicie rex ab ipso decorandum fore decrevit, mandatum est J. de Sumercot' et Rogero Scissori quod ea que ei ad hoc necessaria fuerint juxta quod decet eidem Willelmo habere faciant contra festum predictum, provisuri quod habeat de bono panno et de bona pellura. Teste ut supra.

De luciis apud Tantoniam et de gruibus emendis.—Mandatum est custodi manerii de Tantonia quod bremias et lucios quos rex nuper capi precepit in manerio de Tantonia ad opus suum contra Natale venire faciat usque Wintoniam die Jovis proxima ante festum predictum, et quatuor grues venales que sunt in balliva sua, ut creditur, emi et cariari faciat ibidem contra idem festum ; et rex cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Braden' quod in eadem foresta faciat habere Nicholao Lungesp', clerico, tres damas, de dono regis. Teste ut supra.

De compoto Alani Burnel.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod quamcito poterunt audiant et recipiant compotum Alani Burnel de receptis et misis factis in galiis regis tempore quo habuit custodiam earundem galiarum. Teste ut supra.

De auro emendo ad opus regis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod omnes denarios provenientes de Judaismo, exceptis denariis debitis S. de Monteforti, comiti Leycestrie, et Reymundo Makayn, civi Burdegale, liberent Philippo Luvel et Elie episcopo et Aaron filio Abrahe, Judeis Londonie, ad emendum aurum ad opus domini regis. Teste rege apud Clarendon' vij. die Decembris.

De ponendo per ballium.—Sampson de Bulsted, detentus in prisona Wintonie pro morte Johanne que fuit uxor Willelmi de Draiton', Emme, Agnetis, et Alicie, filiarum ejusdem Johanne, et Willelmi filii Agnetis, unde apellatus est, habet litteras regis vicecomiti Suht' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Johanne de Cantebr' inprisonato apud Cirencestriam.—Mandatum est Ricardo Ruffo, custodi abbacie Cirencestrie, quod Johannem de Cantebrigia, servientem vicecomitis Wiltes', captum per Henricum de Stokes pro districcione quam fecit in terra predicte abbacie pro catallis cujusdam felonis que abbas ejusdem domus cepit, et que per consideracionem justiciariorum ad gaolam regis Surreie assignatorum predicto vicecomiti retornari debent, ut inde respondeat, statim visis litteris deliberari faciat. Teste ut supra.

De plumbo regis recipiendo.—Mandatum est ballivis Suht' quod xxv. carratas plumbi quas vicecomes Norff' venire facit per aquam usque Suht' per preceptum regis recipiant et salvo custodiant, donec aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi parci de Clive [G. de Langel', justiciario foreste *cancelled*], quod in eodem parco [foresta

1250.

de Clive *cancelled*] faciat habere Elyoni de Rabayn vij. damas et tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Dene quod in eadem foresta faciat habere W. Eboracensi archiepiscopo sex damas, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia reddidit breve.*

Pro Agnete de Sevill' et filiis suis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam facit super Agnetem de Sevill' pro transgressione quam filii sui fecisse debuerunt in foresta de Pecco ponat in respectum usque ad festum Purificacionis Beate Marie. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod faciant habere tribus sororibus Henrici de Hasting' et magistre earum robas contra instans festum Natale Domini. Teste rege apud Clarend' x. die Decembris.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Suht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Nicholao de Molis duo dolia, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis regi mittendis.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Suht' quod per carettas regis missas ad eos mittant regi sex dolia, unum scilicet bonum dolium ad opus regis, et quinque de raco vel de prisa. Teste ut supra.

[m. 22.] *De damis datis.*—Mandatum est senescallo foreste de Whitlewod' quod in eadem foresta faciat habere Roberto Passel', archidiacono Lewensi, quinque damas, de dono regis. Teste rege apud Clarend' xj. die Decembris.

De robis datis.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod Rannulfo de Dacre, valetto regis, robam habere faciant hac vice, de gracia regis. Teste ut supra.

Mandatum est eisdem quod faciant habere Emerico de Sacy unam robam hac vice, de gracia regis, videlicet tunicam et supertunicam et pallium. Teste ut supra.

De admittendo Arnaldo de Berkel' ad liberacionem robarum.—Mandatum est eisdem quod admittant Ernaldum de Berkel' ad hoc ut intersit liberacioni robarum contra instans Natale Domini. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Blakemore quod in eadem foresta faciat habere Idonee, que fuit uxor Willelmi Lungesp', quatuor damas, de dono regis. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod Willelmo Belet, valetto regis, hac vice robam habere faciant, de dono regis. Teste rege ibidem xiij. die Decembris. Per P. de Rivall'.

1250.

Mandatum est eisdem quod Remundo de Bovis Villa, consanguineo regis, talem robam hac vice liberent qualem capellani regis percipere consueverunt, de dono regis. Teste ut supra. Per A. de Sancto Romano.

De auro regine.—Mandatum est Philippo Luvel quod regine aurum sibi debitum de tallagio Judeorum habere faciat ad eosdem terminos ad quos tallagium illud regi reddetur, provisurus quod tallagium regis hac decima non decresscat aut minoretur. Teste ut supra.

De xxv. bestiis cariandis.—Mandatum est vicecomitibus Londonie quod habere faciant Willelmo de Sandon', coquo regis, cariagium ad cariandum usque Wintoniam viginti et v^{que} bestias ad opus regis contra instans Natale Domini, et custum cariagii rex ibidem reddi faciet. Teste ut supra.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est Roberto de Dacre quod faciat habere uxori Johannis de Frethorn' unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De denariis mittendis ad expensas regis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod per securum conductum venire faciat ad regem ccc. marcas cum summa festinacione liberandas P. Chaceporc, custodi garderobe regis, ad expensas regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter in rotulo de Liberate.*

De respectu pro pannagio.—Mandatum est baillivo de Nova Foresta quod districtionem quam facit hominibus regis de eadem pro pannagio ponat in respectum usque ad Natale, et namia eorum interim deliberet. Teste ut supra.

Pro Roberto de Stopham' de fustis ad focum regis captis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ob capcionem c.et l. quercuum et c. spinarum ad focum regis, a festo Sancti Clementis usque ad diem Mercurii proximam post Concepcionem Beate Marie, Robertum de Stopham', ballivum de Clarend', non occasionet. Teste rege apud Clarend' xiiij. die Decembris.

Pro abbate de Rading'.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod reddi faciant abbati de Rading' arreragia sua que ei debentur de x. marcis annuis quas rex ei concessit, percipiendas ad Scaccarium pro una marca auri quam J. rex, pater regis, eidem abbati concesserat, ad quendam magnum cereum faciendum singulis annis ad Pascha in ecclesia sua, unde habent breve regis de Liberate patens. Teste rege apud Cristecherch' xvj. die Decembris.

De expeditacione canum.—Rex dedit respectum abbati de Binedon' de expeditacione canum usque ad Purificacionem Beate Marie; et mandatum est senescallo foreste regis de Blakem' quod ei eundem respectum habere faciat. Teste rege apud Bellum Locum xvij. die Decembris.

De quadam crocea facienda.—Mandatum est E. de Westmonasterio quod fieri faciat quandam croceam apparentem cum lapidibus, et

1250.

baculus ejusdem crocee cum laminis argenteis cooperiatur, provisurus quod pulcra sit et decens, non excedens x. libras, et quod prompta sit et parata ad festum Sancti Edwardi proximo futurum. Teste rege apud Bitern' xvij. die Decembris. [*Cancelled.*] ***Aliter inferius.***

Pro hominibus de Suhampton'.—Quia probi homines regis de Suhampton' taliter respexerunt regem quod rex non vult quod Walterus de Thurkelby et Albredus de Burgo eos amercient hac vice pro mensuris, set quod ab eis mensuras recipiant secundum regni consuetudinem. Teste ut supra.

De quadam crocea facienda.—Postea mandatum est E. de Westmonasterio quod supradictam croceam fieri faciat de precio v. vel sex marcarum, vel c. solidorum ad plus, contra predictum festum Beati Edwardi. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Hineholt quod in eadem foresta faciat habere Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, quatuor damas, de dono regis. Teste ut supra.

De percis et bremiis datis.—Mandatum est Gerardo la Grue quod in vivario de Fermesham' faciat habere Artaldo de Sancto Romano c. percas et viginti bremias, de dono regis. Teste ut supra.

De providencia contra festum Beati Edwardi.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod provideat, sicut se ipsum diligit, quod habeat de balliva sua apud Westmonasterium die Martis proxima ante Epiphaniam Domini d. gallinas et mmm. ovorum et de cignis et gruibus et alio genere volatili quot perquirere poterit in eadem balliva sua contra instans festum Beati Edwardi ; et rex, cum sciverit custum quod ad hoc posuerit, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Wautham' Episcopi xix. die Decembris.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Surreie pro d. gallinis et mmm. ovorum et de cignis et gruibus et alio genere volatili, ut supra. Teste etc.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Lincolnie pro cignis, gruibus, pavonibus, et alio genere volatili, quot perquirere poterit, etc. ut supra.

Eodem modo mandatum [est] vicecomiti Buk' et Bedfordie de quot perquirere poterit, ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Rogero le Tailur, Johanni de Sumercot', et Ernaldo de Berkeleye quod faciant habere robam Petro de Gurevill' hac vice. Teste rege apud Wautham' xxxj. die Decembris.

Mandatum est eisdem quod habere faciant unam robam, de dono regis, hac vice Olivero de Espertvill', sicut uni ex militibus regis. Teste ut supra. Per Petrum de Rivall'.

Mandatum est eisdem quod habere faciant Henrico de Berr', Radulfo le Blund, et Gilberto de Redinges, pauperibus servientibus ad arma, robas hac vice, de dono regis. Teste ut supra.

1250.

Mandatum est eisdem quod faciant habere uxori Willelmi de Gardinis robam, scilicet tunicam, supertunicam, cum furrura de escurellis, et pallium cum penula de bissis, et duabus filiabus ipsius robas, scilicet tunicam et supertunicam. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De ponendo per ballium.—Johannes de Lenn', captus et detentus in prisona regis Saresberie pro morte Ricardi Orpedeman, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Wiltes' quod ponatur in ballium. Teste ut supra.

Willelmus de Pottun', Simon Aylwin, et Galfridus Ailwin, capti et detenti in prisona regis de Cantebrigia, pro morte Roberti Pere, unde Matillis Lamb eos appellat, habent litteras vicecomiti Cantebrigie quod tradantur in ballium. Teste ut supra.

Johannes filius Joscei, Sifer' le Berker, et Johannes Penne, capti et detenti in prisona regis apud Sanctum Botulphum pro morte Alani Coterell', unde appellati sunt, habent breve vicecomiti Lincolnie quod ponantur per ballium. Teste rege apud Wintoniam xxvj. die Decembris.

De perdonacione transgressionum foreste.—Rex remisit Johanni de Warenn' et omnibus illis qui sunt de familia sua propria omnes transgressiones suas quas fecerunt in transitu suo per forestas regis usque ad Natale Domini anno etc. xxxv. Et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsos propter hoc non occasionet. Teste ut supra.

Quia abbas de Alingen' et Ricardus de Plessetis manuceperunt coram rege de debitis, si qua Ricardus de Wrotham' regi debebat, reddendis, mandatum est Henrico de Wengh' escaetori regis, quod de bonis et catallis que fuerunt ipsius Ricardi in comitatibus Sumers' et Dors' executoribus testamenti ipsius Ricardi plenam administracionem habere faciat, ad execucionem testamenti sui inde faciendam. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia non habuerunt.*

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod faciat habere faciat (*sic*) predicatoribus Wiltonie escaetas xx. quercuum quas rex nuper eis dedit in foresta de Cippeham' ad maeremium. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod duos probatores qui sunt in custodia sua salvo cariari faciat usque Neugat' liberandos custodi gaiole regis ibidem. [*Cancelled.*] *Alibi.*

De Agnete de Kechenham'.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod si Isabella filia Petri per insaniam ejecerit Agnetem de Kechenham' de terra sua de Ticheshurst', et non alio jure quod ei competat in terra predicta, tunc eidem Agneti seisinam suam de predicta terra rehabere faciat. Teste rege apud Wintoniam xxix. die Decembris.

Hybernia.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod omnes illos de partibus Hibernie qui promiserunt se soluturos

1250.

ccc. libras pro capite Carbri Hum Aleklin illi qui illud abscideret, distringat quamlibet patriam [videlicet quemlibet, *cancelled*] pro porcione sua ipsam [racionabiliter *cancelled*] contingente ad prefatam pecuniam David de Rupe, si capud ipsius Carbri abscidit, sine dilacione reddendam sicut per barnagium et magnates Hibernie provisum fuit. Teste ut supra.

De dote assignanda.—Mandatum est Henrico de Wengham' quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Ricardi de Wrotham', et que sunt in manu regis, Cecilie que fuit uxor ipsius Ricardi racionabilem dotem suam assignari faciat, accepta ab ea sufficienti securitate quod se non maritabit sine licencia regis. Teste ut supra.

Pro priore Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem'.—Rex respectum dedit priori Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia usque ad Pentecostem anno etc. de omnibus querelis et demandis, tam de expeditacione canum quam aliis, que eum et homines suos tangunt in balliva G. de Langel', justiciarii foreste ; et mandatum est eidem G. quod respectum illum eis habere faciat. Teste ut supra. Per J. Mansell'.

De merlingis et congris contra festum Beati Edwardi.—Mandatum est ballivis de Wincheles' quod provideant quod habeant apud Westmonasterium hac die Mercurii proxima post festum Circumcisionis Domini hora prima quinque milia merlingorum, c. et l. haddocos, et c. congros contra instans festum Sancti Edwardi ; et rex custum una cum cariagio eis solvi faciet. Teste rege apud Wintoniam xxix. die Decembris.

De fine Roberti Strecch' et aliorum pro transgressionibus foreste.—Robertus Strecch', Willelmus Shirnac, Robertus de Parco, et Willelmus filius Roberti finem fecerunt cum rege pro transgressionibus quas fecerunt, pro quibus ballive sue in foresta regis de Feckeham' capte fuerunt in manum regis ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod eisdem Roberto, Willelmo, Roberto, et Willelmo de balliis suis in eadem foresta talem seisinam habere faciat qualem inde habuerunt antequam capte fuerunt in manum regis. Teste ut supra.

De execucione testamenti Ricardi de Wrotham'.—Quia executores testamenti Ricardi de Wrotham satisfecerunt regi de debitis que regi debebat, mandatum est Johanni de Alre, escaetori regis in comitatu Sumers', quod eisdem executoribus de omnibus bonis, catallis, et wardis que fuerunt ipsius defuncti in comitatu predicto liberam faciat administracionem habere ad execucionem testamenti sui inde faciendam. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Rogero de Cottel', escaetori regis in comitatu Dors'. Teste etc.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Cette faciat habere abbatisse de Wherewell' xij. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

1250.

Pro Thoma de Gimiges de terra Rogeri de Merlay.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam per Henricum de Wengham' et per escaetorem suum Suht' fieri precepit, quod Rogerus de Merlay dederat Nicholao de Gimiges, filio Thome de Gimiges, in maritagium cum Agnete filia sua xx. libratas terre in Farlinton' et quod ceperat ab eodem Thoma in escambium illius terre quandam terram apud Ebbeburn' in comitatu Wiltes' et quandam terram apud Bredeleg' in comitatu Berk' ad vitam suam, mandatum est Henrico de Wengh' quod eidem Nicholao de predictis xx. libratis terre et predicto Thome de predicta terra de Ebesburn' et Bredeleg' plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod terram quam Nicholaus (*unfinished*).

Hybernia.—Mandatum est thesaurario et camerariis suis de scaccario suo Dublin' quod occasione debitorum si que Ricardus de Burgo, quondam justiciarius Hibernie, regi debuit de tempore quo fuit justiciarius Hibernie, Walterum de Burgo, filium ejus, nullatenus vexent contra cartam quam rex eidem Ricardo inde fieri fecit, set ejusdem carte tenore inspecto observent eam, et faciant eam firmiter observari. Teste ut supra.

Pro abbate de Bello Loco et hominibus suis.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod districcionem quam facit super homines abbatis de Bello Loco de Burgat' pro defectu reparacionis pontium ad riparias in ultimo transitu regis per partes illas ponat in respectum usque a die Sancti Edwardi in xv. dies. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Westbir'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Nicholai de Westbir' in Westbir' que est vadium Cressent' de Petrefeud', Bonami de Kent, et Deulecress', fil' Deulegard', videlicet quantum valeat per annum in dominicis villenagiis, redditibus et omnibus aliis exitibus terre, et secundum valorem terre et quantitatem debiti in quo predictis Judeis tenetur racionabilem finem et racionabiles terminos ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro Abraham' filio Vives Judeo.—Monstravit regi Abraham filius Vivis quod communitas Judeorum per quoddam starrum quod ab eis habet ipsum debet acquietare de communi tallagio a die Pasche anno etc. xxxij. usque ad finem v. annorum continue sequencium; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictum Judeum audiant et predictum starrum videant, et secundum quod racionabiliter monstrare poterit quod ipsa communitas Judeorum ipsum acquietare debeat, de dicto tallagio ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Simon de Whetel', Ricardus filius ejus, Hugo de Ailleworth', et Ricardus filius Uchtredi, capti et detenti in prisona Lancastrie pro morte Greg' de Whetel', unde apellati sunt,

1250.

habent litteras vicecomiti Lancastrie quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Pro capellanis de Merewell'.—Mandatum est constabulario de Wolves' quod de exitibus episcopatus Wintonie faciat habere quatuor capellanis ministrantibus in capella de Merewell' stipendia sua a festo Natalis Domini, anno etc. xxxv. usque ad Pascha proximo sequens, sicut tempore W. de Ral', quondam Wintoniensis episcopi, per tantum temporis percipere consueverunt ; et rex, cum sciverit quantum eis liberaverit, breve suum de Allocate ei habere faciet. Teste ut supra.

Pro heredibus Radulfi de Sancto Sampsone.—Rex perdonavit heredibus Radulfi de Sancto Sampsone omnimodas transgressiones foreste usque ad diem Circumcisionis Domini anno etc. xxxv. ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsos propter hoc non occasionet, nec gravet. Teste rege apud Chauton' xxx. die Decembris.

Pro Ida de Oyly.—Rex concessit Ide de Oyly quod quamdiu lis inter ipsam et Godefridum de Millers, virum suum, duraverit, causa divorcii celebrandi, habeat ad sustentacionem suam manerium de Flete, quod est de dote ipsius Ide de dono primi viri sui, et quod est in manu predicti Godefridi ; et mandatum est vicecomiti Lincolnie quod eidem Ide de predicto manerio plenam seisinam habere faciat in forma predicta. Teste ut supra.

Pro Philippo custode gardini et orti Cestrie.—Mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, sicut alias, quod habere faciat Philippo le Clerc custodiam gardini et orti regis de Cestria, et liberacionem ad unum hominem, quas habet ex concessione et donacione Rannulfi, quondam comitis Cestrie ; et si quid ei propter hoc fuerit allocandum ei id faciet allocari. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Johannes de Bruges, captus et detentus in prisona de Bruges pro morte Rogeri Gaugi, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Salopie quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

1251.

De quercubus ad operaciones regis de Freymantel et ad pontem castri de Corf'.—Mandatum est custodi episcopatus Wintonie quod habere faciat vicecomiti Suht' et magistro Gerardo, ingeniatori regis, sexies xx[ti] quercus ad maeremium in bosco de la Wasche, et lx[a] quercus in bosco de Tadeleg', ad operaciones regis de Freymantel inde faciendas. Teste rege apud Guldeford' primo die Januarii.

Mandatum est custodi foreste de Bere quod in eadem foresta faciat habere magistro Gerardo, ingeniatori regis, xxx[a] quercus ad pontem castri de Corf' inde faciendum. Teste ut supra.

De cunigera regis de Guldef' reparanda.—Mandatum est Elye Mansel, parcario de Guldeford', quod de mortuo bosco predicti parci reparari faciat cunigeram regis in eodem parco, et palicium circa eundem

1251.

parcum, ubi fuerit necesse, emendari ; et custum quod ad hoc posuerit per visum et testimonium legalium hominum rex ei faciet allocari. Teste ut supra.

De quercubus ad operaciones de Freymantel.—Mandatum est custodi foreste de Penber' quod in foresta faciat habere H. de Ferleg', vicecomiti Suht', P. de Lond', clerico, et magistro Gerardo, ingeniatori regis, l[a] quercus ad operaciones regis de Freymantel. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est custodi foreste de Finkel' pro centum fustis liberandis eisdem ad easdem operaciones. Teste rege apud Novum Locum secundo die Januarii.

[m. 21.] *Pro Willelmo Bluet.*—Rex respectum dedit Willelmo Bluet usque ad festum Sancti Michaelis de se milite faciendo ; et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod ipsum interim propter hoc non distringat. Teste rege apud Merton' iiij. die Januarii.

De execucione testamenti Roberti de Pavilly.—Mandatum est H. de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Norht' quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Roberti de Pavilly de debitis, si qua regi debebat, reddendis, de bonis que fuerunt ipsius defuncti eisdem executoribus liberam administracionem habere faciant ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste rege apud Westmonasterium v. die Januarii.

Eodem modo mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Notingham'. Teste ut supra.

De viridario eligendo.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod in pleno comitatu eligi faciat unum viridarium loco Ricardi de Ry, quondam viridarii regis in foresta regis Essex', qui prestito sacramento etc. et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro priorissa de Cateby.—Rex perdonavit priorisse de Cateby transgressionem per suos factam de damunculis in bosco de Beskewod' ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsam propter hoc non amerciet aut gravet. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Januarii.

Rex perdonavit priorisse de Cateby escapium Willelmi le Glovere, capti et detenti in prisona de Cateby pro latrocinio ; et mandatum est ballivis honoris Peverelli quod ipsum propter hoc non amercie[n]t aut grave[n]t. Teste ut supra.

De roba liberanda.—Mandatum est Ernaldo de Berkel', Johanni de Sumercot', et Rogero Scissori, quod Rogero de Whicestr' robam suam liberent, sicut eam retroactis temporibus percipere consuevit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Whittlewod' faciat habere Warino de Monte Canisio sex damas, de dono regis. Teste ut supra.

1251.

Pro Bartholomeo speciario Londonie.— Mandatum est ballivis regis de Gippewico quod navem Bartholomei speciarii Londonie oneratam blado in portu regis de Gippewico abduci permittant, quo idem Bartholomeus voluerit, hac vice sine inpedimento. Teste ut supra.

Pro Willelmo May.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam facit Willelmo May pro transgressione foreste ponat in respectum usque ad proximum colloquium suum adinvicem. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Hugo molendinarius, detentus in prisona regis de Eyllesbur' pro morte Roberti molendinarii, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Buk' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Alicia, que fuit uxor Reginaldi de Gaugy, detenta in prisona regis de Bruges,* unde rettata est, habet litteras vicecomiti Salopie quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Essex' quod in predicta foresta faciat habere Rogero de Thurkilby quatuor damas, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium, ix. die Januarii.

Pro abbate de Bello Loco.—Quia abbas de Bello Loco per cartam domini J. regis, patris hujus regis, [per cartam *cancelled*] et confirmacionem regis, debet habere amerciamenta hominum suorum et catalla dampnatorum et fugitivorum suorum, et idem abbas quietus est de murdro et de essartis suis arentandis, mandatum est baronibus de scaccario quod ipsum super hiis quietum esse faciant, sicut carta sua testatur, quam inspiciant. Teste ut supra.

Quia idem abbas et homines sui per cartam J. regis, patris regis hujus, et confirmacionem regis, ubique in terra Anglie quieti sunt de pontagio, mandatum est vicecomiti Suht' quod ipsos de reparacione poncium quietos esse permittat, et districcionem, si quam propter hoc fecerit, penitus remittat. Teste ut supra.

Quia omnes terre predicti abbatis, ubicumque fuerint in Anglia, sunt deafforestate per libertatem carte regis Johannis, patris hujus, et confirmacionis regis, mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum et homines suos de expeditacione canum suorum quietos esse permittat, et districcionem, si quam propter hoc fecerit, penitus relaxet. Teste ut supra.

De perdonacione transgressionis foreste.—Rex perdonavit Ricardo de Grey, Johanni filio ejus, Waltero le Flemenc, Roberto de Stredleg', Willelmo de Diva, et ceteris omnibus de domo et familia ipsius Ricardi, omnes transgressiones foreste quam (*sic*) fecerunt in comitatu Eboraci usque ad diem Lune proximam post Epiphaniam Domini ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsos propter hoc non amerciet hac vice nec gravet. Et si ipsos hac de causa amerciaverit, amerciamentum illud remittat. Teste etc.

* The crime is not specified.

1251.

Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod de thesauro regis Hibernie faciat habere Willelmo de Valencia, fratri regis, cc. marcas de d. marcis quas rex ei concessit ad terram suam Hibernie instaurandam, de dono suo. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De visore constituendo ad operaciones regis de Gannoc.—Quia Alanus la Zuch', justiciarius Cestrie, prout rex intimavit, non potest habere Anglicos visores ad operaciones regis de Gannoc et Dissard faciendas, prout rex ei injunxit, mandatum est eidem justiciario quod constabularium regis eorundem locorum predictorum operacionum visorem constituat, ut exinde ei testimonium perhibeat ad Scaccarium regis. Teste ut supra.

Pro Ebulone de Montibus.—Rex concessit Ebuloni de Montibus custodiam terre que fuit Walteri de Lake in Ixning', que extenditur ad xiij. libras xij. solidos et vij. denarios obolum per annum, in partem recompensacionis annui feodi sui quod idem Ebulo percipit ad Scaccarium regis, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem heredis predicti Walteri; et mandatum est H. de Wengham', escaetori regis in comitatu Suff', quod eidem Ebuloni de predicta custodia plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per J. Mansel. Et postea habuit inde litteras patentes.

Et memorandum quod tantum decidet eidem Ebuloni de feodo suo per annum quantum superior summa continet de extenta illius terre. Teste ut supra. [*Marginal note.*] *Computatis ei x. libratis terre alias ei datis non recipiet de feodo nisi xliij. solidos v. denarios obolum.*

Pro magistro Johanne Mansell'.—Mandatum est vicecomiti Herefordie quod si Johannes Cudac et socii sui, detenti in prisona regis de Herefordia pro transgressione quam fecerunt Magistro Johanni Maunsel de domibus et bladis suis in Irechenfeld', invenerint ei securitatem sufficientem quod tam de dampnis que idem magister hac occasione sustinuit quam de ipsa transgressione plenarie satisfacient J. Mansell', preposito Beverlaci, et predicto magistro, et quod decetero nichil facient contra pacem regis, tunc ipsos a dicta prisona deliberet quietos, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Beverlaco, mercatore.—Rex concessit Galfrido de Beverlaco, mercatori London', licenciam carcandi quandam navem de blado in terra regis, ubi melius et commodius sibi viderit expedire; et mandatum est vicecomiti Norff' quod permittat ipsum Galfridum dictam navem per balliam suam ad partes Flandrie sine inpedimento abducere. Teste ut supra.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est Ernaldo Geraudon', camerario Londonie, quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Roberto le Norreys unum dolium boni vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Philippo de Stanton', quondam vicecomite Cantebrigie.—Mandatum est thesaurario et baronibus suis de Scaccario quod

1251.

Philippum de Stanton', quondam vicecomitem regis Cantebrigie et Huntedonie, pro arreragiis debitorum in quibus regi tenetur detentum in prisona regis apud Turrim Londonie, ab eadem prisona deliberari faciant, ita quod statim post festum Sancti Hillarii veniat coram ipsis et inveniat sufficientem securitatem quod secundum racionabilem extentam terrarum suarum faciendam respondebit regi de dictis debitis ad terminos ei ab ipsis statuendos. Teste ut supra.

Pro Radulfo de Grendon'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod si Radulfus de Grendon' invenerit eis sufficientem securitatem quod satisfaciet regi pro escapio cujusdam cujusdam (*sic*) latronis, tunc eidem replegiari faciant ballivam suam de Flete, quam ceperint in manum regis occasione predicti escapii. Teste ut supra.

Pro hominibus de Meleburn'.—Mandatum est Johanni de Escrutevill' quod permittat homines regis de Meleburn' capere racionabilia estoveria sua in bosco de Meleburn', sicut capere debent et solent, et eos secundum consuetudinem manerii predicti pertractet. Teste ut supra.

Pro abbate Sancti Augustini Cantuarie.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de exitibus manerii de Middelton' faciat habere abbati Sancti Augustini Cantuarie x. libras de anno etc. xxxiiij. que ei aretro sunt, sicut ipsas singulis annis de eodem manerio percipere consuevit. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod in fossatis regis apud Eboracum faciat habere ballivis Petri de Sabaudia septies viginti bremias ad opus ejusdem Petri, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Petro de Sabaudia.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod permittat Petrum de Sabaudia uti omnibus libertatibus in honore Rychemundie quibus comes Britannie uti consuevit, dum predictus honor exstitit in manu sua. Teste ut supra. Per J. Maunsell'.

Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod si cclxx. marce restent reddende Willelmo de Valencia de d. marcis quas rex ei dedit ad terram suam in Hibernia instaurandam, tunc illas cclxx. marcas eidem Willelmo de thesauro regis Hibernie sine dilacione liberari faciat. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Pro Johanne de Escrutevill' (*sic*).—Rex perdonavit Johanni de Estotevill transgressionem quam fecit in foresta regis de Notingham' in societate Johannis de Warenna in transitu suo per eandem; et mandatum est G. de Langel' quod ipsum propter hoc non amerciet aut gravet.

Pro S. de Monte Forti, comite Leycestrie.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod libertates et quietancias [quas] S. de Monte Forti, comes, habet per cartas predecessorum regis et confirmacionem regis, quibus hucusque usus est, ei decetero facient inviolabiliter observari. Teste ut supra. Per J. Mansel.

1251.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Rokingham' [Fekeham *cancelled*] quod in predicta foresta faciat habere uxori G. de Langel', justiciarii regis de foresta, tres damas, de dono regis. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter in anno sequenti.*

De bremiis capiendis ad instaurandum vivaria de Wind' et Keniton'.—Rex mittit Willelmum, piscatorem suum, usque Havering' ad capiendum ibi quadringentas bremias vivas ; et mandatum est ballivo ejusdem loci quod de eisdem bremiis cc. usque Keniton' et cc. usque Windes' cariari faciat ad instaurandum vivaria regis. Et custum, cum rex sciverit, ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Johanne Gumbaud.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod non occasionet Johannem Gumbaud pro octo quercubus, quos prosterni fecit in foresta regis de Pecco ad operaciones regis in castro regis de Pecco perficiendas, nec pro assarto quod idem J. assartavit in eadem foresta, et illud hominibus assignavit, neque pro escapio cujusdam malefactoris in foresta, quoniam omnes transgressiones predictas rex ei remisit. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam facit abbati de Croyland' et hominibus suis de Morburn' de expeditacione canum, ponat in respectum usque ad Clausum Pasche. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex concessit Willelmo de Valencia castrum et villam de Herteford' et maneria de Beyford' et Isenden' cum pertinenciis, exceptis advocacionibus ecclesiarum, tenenda quamdiu vixerit. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De acquietacione passagii G. de Lezign'.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod passagium Guidonis de Lezign', fratris regis, et familie sue quam secum ducit, in revertendo ad partes suas, acquietari faciat ; et rex, cum sciverit quantum ad hoc posuerit, ei faciet allocari. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Januarii.

De ornamentis capelle regis de Windes'.—Mandatum est E. de Westmonasterio quod venire faciat usque Windes' sine dilacione ad capellam regis, unam casulam de samito cum alba et cum paruris ad aurum, et unam amictam cum paruris de aurifraxo, et unam capam de samito cum tunica et dalmatica. Teste rege apud Windes' xiiij. die Januarii.

Pro W. Dunolmensi episcopo.—W. Dunolmensis episcopus liberabit in garderobam regis, P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Veneris in octabis Epiphanie Domini apud Westmonasterium ccxxvij. libras iiij. solidos et ix. denarios de arreragiis episcopatus Dunolmensis, dum vacans fuit et in manu regis, per manus Radulfi de Bruton' et Radulfi Rabocht ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

1251.

Pro hominibus de Worefeud'.—Frequens clamor hominum manerii de Worefeud', quod est in manu regis racione custodie terre et heredis Henrici de Hasting' nimium regem fatigat, super eo quod G. de Langel', justiciarius foreste, eos de pastura et racionabili estoverio suo omnino privavit ; et mandatum est eidem G. quod consilium apponat ut eis aliquod remedium fiat de premissis, ita quod foresta regis non destruatur, nec cogantur pro hujusmodi defectu terras suas relinquere. Teste ut supra.

Pro hominibus de Esingwaud'.—Eodem modo mandatum est eidem G. pro hominibus Esingwald'. Teste ut supra.

Pro Guidone de Lezignan'.—Mandavit regi Guido de Lezignan', frater ejus, quod Clar', mercator transmarinus, mutuabit ei l[a] libras super illas l. libras de arreragiis mille librarum, unde rex dedit ei litteras suas de mutuo contrahendo in partibus transmarinis, ita quod pecunia illa eidem mercatori solvatur in Pascha. Et ideo mandatum est W. de Haverhull', thesaurario regis, quod manucapiat pro rege pro predictis l. libris, et provideat quod pecunia illa dicto mercatori in dicto termino solvatur de dictis arreragiis, dum tamen pecuniam illam predicto fratri regis liberet, ut predictum est. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam fieri facit super R. de Clar', comite Gloucestrie et Hertfordie, vel homines suos pro expeditacione canum, ponat in respectum usque a die Pasche in unum mensem. Teste rege apud Windes' xv. die Januarii.

Eodem modo mandatum est Roberto de Stopham', ballivo de Clarendon'. Teste ut supra.

Pro S. de Monte Forti, comite Leycestrie.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod permittat ballivos S. de Monte Forti, comitis Leycestrie, uti libertatibus de returno brevium regis in manerio et hundredo de Odiham habendo, sicut iidem ballivi antea usi sunt, et ceteri custodes regis de eodem manerio et hundredo. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

De claustura ad blada regis de Brehull' includenda.—Mandatum est custodi foreste de Brehull' quod in predicta foresta faciat habere Ricardo le Poer, custodi manerii de Brehull', clausturam ad blada regis de predicto manerio includenda. Teste rege apud Windles' xvij. die Januarii.

Pro Hugone de Pinkeny.—Quia testificatum est coram rege quod Hugo de Pinkeny non finivit cum rege per duas marcas et dimidiam pro licencia concordandi inter ipsum et Margeriam de Rypar', prout ei imponitur, que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii regis in comitatu Norff', mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Hugonem inde quietum esse faciant, et distringant ipsam Margeriam pro fine predicto. Teste ut supra.

1251.

Pro Henrico de Ferleg', vicecomite Dors'.—Quia rex vult quod Henricus de Farleg', vicecomes Sumers' et Dors', intendat quibusdam negociis regis que rex ei injunxit, mandatum est baronibus de Scaccario quod dent ei diem ad compotum suum reddendum usque in unum mensem a die Pasche. Teste ut supra.

Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod S. de Monte Forti, comiti Leycestrie, liberari faciat de thesauro regis Hibernie d. et l. marcas per pondus et lack', in solucionem stipendiorum militum et servientium commorancium in municione castrorum regis de Frunc', Burg' et Miro Monte, usque ad Purificacionem Beate Marie, anno etc. xxxv. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter in rotulo de Liberate usque Lond'.*

[m. 20.] *De prohibicione contra Bartholomeum de Crek'.*—Mandatum est Bartholomeo de Crek' in fide qua regi tenetur, firmiter prohibendo ne terram seu aliqua tenementa que de rege tenet in capite viris religiosis vendat, nec de eisdem aliquam alienacionem faciat, per quam regi aut heredibus regis de hiis que ad regem pertinent aliquid subtrahatur. Teste rege apud Wind' xvj. die Januarii.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod habere faciat Willelmo de Valencia, fratri regis, cc. et lxx. marcas que ei restant solvende de d. marcis quas ei dedit rex ad terras suas quas habet in Hibernia instaurandas. Teste ut supra.

Pro Predicatoribus de Bangore.—Mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod libere et sine inpedimento permittat Fratres Predicatores de Bangore et homines suos transducere per aquam de Gannoc et alibi per ballivam suam cariare victualia et alia necessaria ad opus ipsorum fratrum, quamdiu regi placuerit. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districtionem quam fieri facit super Paulinum Peyvr' et homines suos pro expeditacione canum, ponat in respectum usque a die Pasche in unum mensem. Teste rege apud Windles' xvij. die Januarii.

De perdonacione.—Rex perdonavit Guidoni de Rocheford' xxxvj. solidos qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de debitis Willelmi de Plessetis ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant: Teste ut supra.

De Artaldo de Sancto Romano.—Rex dedit Artaldo de Sancto Romano domum illam cum pertinenciis in civitate regis London', que fuit Roberti de Tonebrigg', et que est escaeta regis [nostra *cancelled*] ; et mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod eidem Artaldo de predicta domo plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

Pro abbate Glastonie.—Quia rex omnia catalla que fuerunt Willelmi Tuk', qui dicebatur interfecisse sororem suam, dedit Hugoni de Cornevill',

1251.

portario suo, qui omnia catalla illa una cum vasto coram nobis [rege *substituted*] se habuisse recognovit, mandatum est baronibus de Scaccario quod de demanda quam facit abbati Glastonie de vasto illo et catallis illis pacem ei habere faciant. Teste ut supra.

Pro W. Briton' et Willelmo de Axemuth'.—Mandatum est Willelmo Briton' et W. de Axemuth' quod de exitibus amerciamentorum itineris sui capiant ad opus suum proprium xl. marcas, videlicet uterque ipsorum xx. marcas, de dono regis, ad se sustenandum in servicio regis ; et rex illas faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Aaron de Eboraco, Judeo.—Quia rex concessit Aaron de Eboraco, Cok' filio Aaron, Isaac filio Elye le Evesk' de London', Judeis, quod haberent mille ccclxxvij. libras, sex solidos, et viij[to] denarios de debitis Judeorum inventis in thesauro regis, et quia c. libre de dicta summa desunt eis, ut dicunt, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod, si ita est, dictas c. libras que eis aretro sunt faciant habere eisdem Judeis de veteribus debitis Willelmi de Warenne inventis in archa regis. Teste ut supra. Per Philippum Luvel.

Pro Licoricia, que fuit uxor David de Oxonia, Judei.—Rex per finem quem Licoricia, que fuit uxor David de Oxonia, Judei, fecit cum rege pro habendis debitis ejusdem David, concessit eidem Licoricie quod racionabiliter distringere possit debitores subscriptos, scilicet Margeriam de Ripar' pro c. libris, Radulfum de Saucey pro xxxj. marcis, Robertum de Wauton' pro viij. marcis, Robertum de Grava pro tribus marcis, Galfridum de la Mer' pro c. solidis, et Philippum de Agmodesham' pro sex libris, et sine occasione eadem debita exigere, dummodo prius constiterit justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod carte eorum, si quas dicta Licoricia de eisdem debitis habeat, sint legales ; et mandatum est eisdem justiciariis quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra. Per Philippum Luvel.

Pro Roberto de Muscegros de fustis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Selewode faciat habere Roberto de Muscegros sex fusta ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De busca ad rogos regis.—Mandatum est Avicie de Columbariis, custodi foreste de Cette, quod in eadem foresta faciat habere constabulario de Merleberge buscam ad duos rogos faciendos ad operaciones regis, ubi melius et propius fieri poterit. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod Johanni de Frethorn' et duobus vallettis portatoribus austurcorum regis, qui sunt in custodia ipsius Johannis, faciant habere robas sicut percipere consueverunt. Teste ut supra.

De bremiis datis.—Mandatum est ballivo de Havering' quod in vivario regis de Havering' faciat habere Paulino Peyvr' xxx[a] bremias vivas, de dono regis. Teste ut supra.

1251.

Pro Ricardo Fige.—Rex dedit Ricardo Fige domum illam cum pertinenciis que fuit Simonis Deudam' in Kingeston', que est escaeta regis, racione felonie quam idem Simon fecit, pro qua suspensus fuit, salvo regi servicio de eadem domo ei debito ; et mandatum est ballivis de Kingeston' quod eidem Ricardo de predicta domo cum pertinenciis plenam seisinam habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra.

Pro abbate Glastonie.—Rex miratur plurimum super eo quod, sicut datum est regi intelligi, barones de Scaccario mutarunt statum abbatis Glastonie de returno brevium regis, ita videlicet quod significarunt vicecomiti Sumers' quod faceret returnum brevium regis spectancium ad abbatem predictum ballivis Bathoniensis et Wellensis episcopi de Welles, et quod iidem ballivi facerent returnum ballivis ipsius abbatis, contra quod fieri consuevit. Et quia hoc non pertinet ad ipsos faciendum, mandatum est eisdem baronibus quod de returno illo nichil decetero attemptent. Teste rege apud Wind' xix. die Januarii.

Pro Agnete de Rading'.—Rex perdonavit Agneti de Rading' quam pro crimine furti, unde falso irretita est, ballivi de Rading' in prisona detinent, transgressionem que ei inde inponitur, eis precipiens quod ipsam deliberent permittentes eandem abire quo voluerit. Teste ut supra.

Pro abbate Glastonie.—Mandatum est vicecomiti Sumers' quod non obstante aliquo precepto regis ei facto per sigillum Scaccarii faciat habere returnum brevium regis abbati Glastonie sicut facere consuevit tempore suo, et sicut predecessores sui, vicecomites regis, facere consueverunt. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex concessit Willelmo de Valencia, fratri suo, quod toto tempore vite sue ab anno etc. xxxj°, quo rex ei commisit castrum et villam de Herteford' et maneria de Essend' et Beyford', quietus sit in eisdem de tallagiis, firmis, et omnibus exaccionibus que ad regem possent pertinere, exceptis advocacionibus ecclesiarum ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est Roberto de Dacre quod de vinis regis apud Clarendon' faciat habere Roberto de Stopham', ballivo de Clarendon', unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Roberto de Winseleys et Willelmo le Escot.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' et constabulario castri Sarr' quod si Robertus de Wynseleys et Willelmus le Escot, capti et detenti in prisona regis Sarr' pro roberia facta in passu de Aulton', unde irretiti sunt, abjurent regnum Anglie, prout moris est, tunc ipsos ab eadem prisona exire et abire permittant, sicut predictum est. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Braden' faciat habere Johanni de Cogan sex damas, de dono regis. Teste rege apud Windles' xxj. die Januarii.

1251.

Pro abbate de Certes'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod de omnibus demandis et districtionibus quas faciunt abbati de Certes' et hominibus suis, faciant ei habere respectum usque ad quindenam Pasche proximo futuram. Teste rege apud Windles' xxij. die Januarii.

De ponendo per ballium.—Willelmus filius Aldith' et Elena, que fuit uxor Gilberti Muppel, capti et detenti in prisona regis de Braye pro morte predicti Gilberti, unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Berkes' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel' quod in foresta regis de Selewode faciat habere Mauricio filio Geroldi xij. damas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem G. quod in foresta regis de Braden' faciat habere Matheo Bezill' octo damas et duos damos vivos, ad quendam parcum suum instaurandum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro J. filio Galfridi, justiciario Hibernie.—Rex dedit Johanni filio Galfridi, justiciario Hibernie, omnes carucas quas rex habuit in terris que fuerunt Theobaldi le Butyller in Hybernia, ita quod eas habeat de dono regis. Rex etiam concessit ei omnia blada que seminata sunt in eisdem terris, ita quod ea habeat per precium ad quod appreciata fuerint per sacramentum proborum et legalium hominum; et mandatum est Petro de Bermingham' quod ei predictas carucas, de dono regis, et predicta blada per precium ad quod appreciata fuerint, habere faciat. Teste ut supra.

De compoto Philippi Marmium vicecomitis Leycestrie.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod loco Philippi Marmiun, vicecomitis Warrewici et Leycestrie, recipiant Willelmum Mansel et Philippum Balaunce [Willelmum le Bretun *cancelled*] ad computandum pro eo ad Scaccarium, ita quod idem Philippus regi respondeat de arreragiis exituum eorundem comitatuum, si in aliquibus regi teneatur, post compotum suum. Teste ut supra.

Pro comitissa Cestrie.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod omnia negocia forestam regis contingencia, et que tangunt manerium de Repend', quod est C., comitisse Cestrie, ponat in respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Magistro Henrico, cirurgico.—Quia rex promocionem Magistri Henrici, cirurgici sui, qui ei bene servit, optat, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod provideat x. libratas terre in Hibernia in loco competenti de prima escaeta que regi acciderit, ad opus predicti Henrici, et eam regi, quamcito poterit, scire faciat. Teste ut supra.

Mandatum est W. de Sancto Audoeno, ballivo de Wodest', quod capellam de Wodest' lambruscari et verinas regis in ea fieri faciat, ita quod hec parata sint citra Purificacionem Beate Marie ; et si quid fuerit inde allocandum, ei rex faciet allocari. Teste ut supra apud Bustlesham' xxiij. die Januarii. [*Cancelled.*] *Quia reddidit breve.*

1251.

Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod faciat habere Simoni, capellano regis, et aliis custodibus operacionum Windes' cc. vel ccc. marcas ad easdem operaciones faciendas ; et rex illas ei faciet allocari. Subboscum autem, prout providit, succidi et vendi faciat ad comodum regis sine vasto et destruccione, et bonum est quod ad hoc in quolibet comitatu quatuor milites assignentur, si viderit expedire. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia reddidit breve.*

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Bernewod' quod in eadem foresta faciat habere uxori dilecti et fidelis regi Radulfi filii Nicholai quatuor damas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Braden' faciat habere Johanni Luvel duos damos et sex damas vivas, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est eidem G. quod de exitibus ballive sue faciat habere Egidio de Erdinton' xl. libras ad se sustentandum in servicio regis, et rex eas ei faciet allocari. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia reddidit breve et aliter inferius.*

De roba et lecto datis.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod uxori Edmundi de Laci faciant habere contra purificacionem suam quendam lectum competentem tali mulieri, et robam de serico vel scarleto, prout regina eis mandabit. Teste rege apud Rading' xxiiij. die Januarii.

Pro Guidone de Rocheford'.—Rex commisit Guidoni de Rocheford' manerium de Nayleston' cum pertinenciis, habendum et tenendum usque ad legitimam etatem heredis Henrici de Hasting' pro xxx[a] libris annuis que ei restant reddende de feodo suo l. librarum, reddendo inde singulis annis cuidam capellano xx. solidos et cuidam homini v[que] marcas de dono ipsius Henrici per cartam suam. Et mandatum est vicecomiti Leycestrie quod de predicto manerio eidem Guidoni plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. [*Marginal note.*] *Et sic penitus quietus est de feodo suo l[a] librarum.*

Pro abbatissa de Schaftebir'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat abbatissam de Scaftesbur' habere summarios suos ad buscam in foresta regis de Gillingham', sicut habere consuevit, usque ad Pascha proximo futurum. Teste ut supra.

Pro Drogone de Barentino.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod exaccionem quam faciunt Drogoni de Barentino quem rex mittit in nuncium suum in Wasconiam de arreragiis compoti sui de tempore quo fuit custos Insularum, ponant in respectum usque ad reditum ipsius Drogonis de Wasconia. Teste ut supra.

Pro Stephano de Worth' et homine suo.—Rex concessit Stephano de Worth' quod Ricardus de Hereford', homo suus, ducere possit extra regnum Anglie unam navatam de blado ipsius Stephani usque in Flandr' ; et mandatum est ballivis de Sandwico quod ipsum hoc facere permittant. Teste ut supra.

1251.

De perdonacione transgressionis foreste.—Rex perdonavit Simoni Gravori, Reginaldo Clach' et Galfrido [Radulfo *cancelled*] le Messer de Elingham' transgressionem quam fecerunt in Nova Foresta de uno cervo quem ceperunt in eadem foresta ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsos ob predictam transgressionem ulterius non vexet, set ipsos inde quietos esse permittat. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lezignan de maneriis ei commissis.—Rex commisit Galfrido de Lezignan maneria de Burbach' et Barewell' cum pertinenciis, habenda et tenenda usque ad legitimam etatem heredis Henrici de Hasting' ; et mandatum est vicecomiti Leicestrie quod de eisdem maneriis cum pertinenciis certo nuncio ejusdem Galfridi has litteras regis deferenti plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Rading' xxv. die Januarii. Per ipsum regem.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Huntindon' de manerio de Brampton', cum pertinenciis, et vicecomiti Warr' de maneriis de Aleslegh' et Filinglegh', cum pertinenciis. Teste ut supra.

Pro Gallardo sub Muro et sociis ejus, mercatoribus Burdegale.—Mandatum est constabulario de Arundell' quod accepta securitate a Gaillardo sub Muro et sociis suis, mercatoribus de Burdegala quod satisfacient Johanni filio Augustini de Dunewico de fretto quod exigit ab eis pro navi sua in octabis Purificacionis Beate Marie apud Lond' secundum legem et consuetudinem mercatorum, bona seu catalla eorundem Gaillardi et sociorum suorum sine dilacione deliberari faciat, ita quod inde decetero nullam querimoniam audiat. Teste ut supra.

De fustis ad operaciones de Freymantel.—Mandatum est G. la Grue, custodi episcopatus Wintonie, quod in bosco de la Garston' de Clere faciat habere Henrico de Ferleg', vicecomiti Suht', et Magistro Gerardo, carpentario regis, xx. fusta ad maeremium cum omnibus coperonibus et escaetis suis, ad operaciones regis de Freymantel faciendas ; faciat eciam habere prefato vicecomiti omnes coperones et escaetas fustorum prius prostratorum in balliva sua ad faciendum inde comodum regis. Teste rege apud Walinford' xxvj. die Januarii.

De ponendo per ballium.—Adam Alex' de Codeshal', detentus in prisona regis de Brug' pro morte Nicholai Vuelhine, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Stafford' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro abbate de Cumbe.—Quia constat regi per inquisicionem quam fieri fecit quod abbas de Cumbe per libertates carte H. regis, avi hujus, quam habet usitatas infra libertatem suam nichil dat pro murdro facto infra eandem, mandatum est baronibus de Scaccario quod de demanda quam faciunt per summonicionem Scaccarii de murdro facto infra libertatem predictam ipsum quietum esse faciant. Teste ut supra.

De denariis liberandis ad operaciones Windes'.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod quoquomodo perquirat xl^a marcas ad

1251. pacaciones regis faciendas pro operacionibus regis apud Windes', et eas liberet S. capellano et aliis custodibus operacionum ibidem, ita quod pro defectu hujusmodi opera regis non deficiant. Teste ut supra.

De execucione testamenti Ricardi de Wrotham'.—Quia executores testamenti Ricardi de Wrotham' manuceperunt coram rege de reddendis regi debitis in quibus Ricardus ei tenebatur, mandatum est H. de Wengham' quod de omnibus bonis et catallis que fuerunt ipsius Ricardi in comitatu Kancie et alibi in balliva vestra (*sic*) predictis executoribus liberam administracionem habere faciat ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste rege apud Wodest' xxvij. die Januarii.

Pro Willelmo de Gardinis.—Rex commisit Willelmo de Gardinis terram illam cum pertinenciis in Langel' quam Elyas de Ekingham' tenuit de ballio regis in eadem villa, habendam et tenendam quamdiu regi placuerit; et mandatum est H. de Wengham' quod eidem Willelmo de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Et sic quietus est de feodo suo annuo. Per ipsum regem.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Hugonem le Franc,' servientem suum, ut per visum suum custos parci regis de Norht' capi faciat in eodem parco, ad opus regis, xv. damas, et cum capte fuerint, illas liberet vicecomiti Norht' cariandas quo rex ei injunxit. Teste ut supra.

De rogo regis Divisarum faciendo.—Mandatum est constabulario regis Divisarum quod de busca quam G. de Langel', justiciarius foreste, ei habere faciet in foresta regis de Cippeham' fieri faciat unum rogum ad operaciones regis Divisarum; et rex cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem G. quod de veteribus roboribus que sunt in eadem foresta faciat ei habere buscam ad rogum illum. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Mandatum est custodi foreste de Bere [Pember *cancelled*] quod districcionem quam facit super abbatem de Hida et homines suos pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad quindenam Pasche anno etc. xxxv. Teste ut supra.

[m. 19.] *De robis datis.*—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod cuidam lotrici Henrici de Hasting' et uni garcioni, custodi lecti ipsius Henrici, robas habere faciat, sicut ad eos pertinet. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Essex' fieri precepit, quod Reginaldus filius Petri nunquam fuit in seisina libertatis habende de wayvis inventis in manerio suo de Uggel', set Rogerus filius Johannis semper fuit in seisina ejusdem libertatis, racione manerii sui de Clavering', cujus custodiam una cum ceteris terris que fuerunt ejusdem Rogeri rex

1251.

concessit Willelmo de Valencia, fratri suo, mandatum est eidem vicecomiti quod eidem fratri regis plenam seisinam decetero habere faciat de wayvis inventis in manerio predicti Reginaldi de Uggel', quia predicti Reginaldus et Willelmus posuerunt se coram rege in inquisicione illa. Teste rege apud Wodest' xxviij. die Januarii. Per ipsum regem.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam facit abbati de Butlesd' et hominibus suis de Whitefeud' et Siresham' pro expeditacione canum suorum, ponat in respectum usque ad die (*sic*) Pasche in xv. dies. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni filio Nigelli, custodi foreste de Bernewod', quod in bosco regis de Pansehal' faciat habere R. comiti Cornubie, xx. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege ibidem iij. die Februarii. Per regem.

De viridariis eligendis.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod in pleno comitatu suo eligi faciat viridarios foreste regis de Dertemore idoneos, qui prestito sacramento etc.; et nomen eorum regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro Reso Wagham' et hominibus ejus.—Mandatum est ballivis de Kermerdin quod Resum Waghan et homines suos deduci faciat secundum leges, usus, et consuetudines partium suarum. Teste ut supra.

Rex concessit Guidoni filio Roberti quod de lxvij. libris et xv. solidis iiij. denariis obolo. [*Cancelled.*]

De j. dolio vini dato et cariando.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod de vinis que sunt in custodia sua faciant habere ballivis regis Suht' unum dolium vini cariandum usque Chelreye ad opus Johannis de Frethorn', de dono regis. Teste ut supra.

Pro Pagano de la Le.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod districcionem quam facit super Paganum de la Legh' de armis capiendis et se milite faciendo, ponat in respectum usque ad festum Sancti Johannis Baptiste, anno etc. xxxv. Teste ut supra.

Pro Rametta de Stanford'.—Rex respectum dedit Ramette de Stanford' de veniendo ad ipsum usque ad quindenam Pasche, et mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod terras et catalla sua hac occasione capta in manum regis ei interim deliberari faciat. Teste ut supra.

De manerio de Benham' excolendo.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod manerium de Benham', quod est in manu regis et in custodia sua, excoli et appropriari faciat prout commodo regis viderit expedire; et rex custum quod ad hoc posuerit per visum legalium hominum faciet ei allocari. Teste rege apud Wodest' iiij. die Februarii.

1251.

De cablicio et mortuo bosco ad castrum Notingh'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat Willelmum de Cantilup', constabularium regis Notingh', capere cablicium et mortuum boscum in haia regis de Beskewod', sicut custodes ejusdem castri qui fuerunt ante eum capere consueverunt, sine deterioracione ejusdem haye. Teste ut supra.

Pro hominibus Johannis filii Bernardi.—Mandatum est vicecomiti Buk' quod districcionem quam facit per summonicionem Scaccarii regis super Thomam filium Bernardi, Willelmum de Sancto Claro, Robertum Picot, et Walterum Horped, homines Johannis filii Bernardi pro serjantia, ponat in respectum usque ad quindenam Pasche. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam ballivi sui faciunt abbati de Binedon' pro expeditacione canum in Polham, ponat in respectum usque in xv^nam^ Pasche. Teste ut supra.

Pro abbatissa de Godestowe.—Mandatum est eidem G. quod permittat abbatissam de Godest' capere in bosco de Clere, qui est in foresta regis de Penber', xv. quercus ad operaciones ecclesie sue faciendas. Teste ut supra.

Pro Agatha de Ferrariis et R. filio Nicholai.—Rex reddidit Agathe de Ferrariis, uni heredum W. quondam comitis Penbr' et Marescalli Anglie, omnes terras que eam contingunt jure hereditario in Hibernia ; et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod easdem terras Radulfo filio Nicholai, senescallo regis, tamquam custodi ipsius Agathe, liberet. Teste ut supra. Per J. Mansel.

De roboribus et claustura datis.—Mandatum est Willelmo [G. *cancelled*] de Langel' [justiciario foreste *cancelled*], quod in foresta de Whicchewode faciat habere Gwidoni de Rocheford' quinque robora ad focum suum, et viginti carratas clausture ad curiam suam de Alfriscote claudendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanna de Gorges.—Mandatum est G. de Langel' quod faciat habere Johanne de Gorges racionabile estoverium suum in foresta regis de Postak', sicut habere consuevit, sine deterioracione ejusdem foreste. Teste ut supra.

De magna campana apud Westmonasterium et aliis faciendis.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio, sicut rex alias mandavit, quod fieri faciat unam campanam que respondeat magne campane Westmonasterii et que non sit ejusdem mangnitudinis, dum tamen convenienter ei per consilium magistri in sono respondeat ; mangnam eciam crucem collocari faciat in navi ecclesie Westmonasterii et emat duos angelos in modum Cherubyn ex utraque parte illius crucis collocandos. Teste ut supra.

Pro Magistro Achardo de Medeburn'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod pro debito quod Margeria de Rypariis, comitissa

1251.

Devonie, regi debet de manerio de Sevehampton' non distringi faciant Magistrum Achardum de Medeburn' per terram suam quam de predicta Margeria in parte tenet in feodo et in parte ad terminum in Stratton'; si predictum manerium de Sevehampton' sufficiat ad districcionem illam faciendam. Teste ut supra.

De boscis episcopatus Wintonie salvandis.—Mandatum est Gerardo la Grue quod non obstante aliquo mandato regis ei directo nullum faciat vel fieri permittat vastum vel vendicionem de boscis qui spectant ad episcopatum Wyntonie, qui sunt in manu regis, donec aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex commisit Willelmo de Valencia manerium de Kentewelle cum pertinenciis, cum bobus, carucis, instauro, et bladis ejusdem manerii, tam illis que sunt in grangiis et extra quam illis que sunt in terris seminata, et ornamentis capelle; et mandatum est vicecomiti Suff' et Norf' quod de predicto manerio cum pertinenciis cum bobus, carucis, instauro, et bladis et ornamentis predictis, eidem Willelmo plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Pro abbate de Loco Sancti Edwardi.—Mandatum est executoribus testamenti W., quondam Wintoniensis episcopi, quod solvant abbati de Loco Sancti Edwardi per manum archidiaconi Wintonie vel procuratoris sui centum marcas et ducentos multones, vel eorum precium, in quibus predictus episcopus ei tenebatur pro escambio manerii de Essere. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De maeremio ad stagnum vivarii de Bricstok'.—Mandatum est Galfrido de Langel', justiciario foreste, quod per visum legalium hominum faciat habere vicecomiti Norht' maeremium in parco de Brikestok' ad reparacionem stagni vivarii ibidem. Teste ut supra.

Pro personis de Wotton' et Bladen'.—Mandatum est G. de Langel' justiciario, quod permittat personas ecclesiarum de Wutton' et Bladen' habere racionabile estoverium suum in foresta de Wicchewod', sicut habere debent et consueverunt, sine detrimento ejusdem foreste. Teste ut supra. Per R. Waleran.

Pro Willelmo de Furneys.—Willelmus de Furneys liberavit in garderobam regis die Lune in crastino Sancte Agathe Virginis apud Wodest' xiij. libras vj. solidos et viij. denarios per quos finem fecit cum rege pro quadam warenna habenda in manerio suo de Aldingham'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Willelmum inde quietum esse faciant. Teste ut supra.

De maeremio liberando ad operaciones de Wodest'.—Mandatum est Willelmo de Langel', custodi foreste de Wicchewod', quod per visum forestariorum et viridariorum foreste predicte faciant habere Johanni de Haveberg' et Petro de Legh', custodibus operacionum regis apud Wodest' maeremium in foresta predicta extra parcum de Wodest' cum omnibus escaetis quercuum, ubi custodes illi melius viderint expedire, per talliam inter ipsum et predictos custodes confectam de numero

1251.

quercuum, ad quoddam clocherium apud Wodest' et ad alias operaciones regis ibidem faciendas. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Winceleys et Willelmo Scot.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod invenire faciat Nicholao de Winceleys et Willelmo Scot liberaciones suas, sicut consuevit ante recepcionem brevis regis de eorum deliberacione. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Bernewod' quod in eadem foresta faciat habere Johanni filio Galfridi, justiciario Hibernie, v[que] damas, de dono regis. Teste rege apud Oxoniam vij. die Februarii.

Pro sororibus de Bocclaund'.—Quia rex per cartam suam concessit sororibus de ordine Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' apud Boclaund' quod singulis septimanis inperpetuum capiant in parco regis de Neuton' tres carucatas busce de spinis alno et arabili ad focum suum, mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod predictas sorores predictam buscam capere permittat in parco predicto si absque magna deterioracione ejusdem fieri possit, et si sine deterioracione fieri non possit significet regi ubi eisdem sororibus recompensacionem pro dicta busca facere possit, ne rex inde peccatum habeat. Teste ut supra.

Pro Petro de Abusun.—Mandatum est custodi domorum regis Oxonie quod buscam illam quam habet in custodia ad opus Adomari de Lezign', fratris regis, faciat habere Petro de Abusun, de dono regis. Teste etc.

De perdonacione transgressionum foreste.—Rex remisit Johanni de Seyvill', Willelmo et Waltero, fratribus ejus, omnes transgressiones foreste et calumpnias inde motas coram G. de Langel', justiciario foreste, in itinere suo ad placita foreste in comitatu Dereb'; et mandatum est eidem G. quod ipsos propter hoc non occasionet. Teste ut supra. Per W. de Valencia.

De quodam fossato prosternendo.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod assumptis secum custodibus manerii de Blokesham' inquirat si Rosa, que fuit uxor Johannis de Brochton', levavit quoddam fossatum in dominico regis ibidem ad nocumentum hominum regis ejusdem manerii, et si injuste fuerit levatum, illud prosterni faciat. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Savernak' quod in eadem foresta faciat habere Willelmo de Valencia, fratri regis, x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est custodi foreste de Whicchewod' de xv. quercubus eidem Willelmo liberandis ad maeremium, de dono regis. [Teste] ut supra.

Quia manerium de Balimadun in Hibernia, quod rex commisit Willelmo de Trubblevill' loco feodi sui, excedit summam illius feodi

1251.

de sex marcis octo solidis et sex denariis, rex pro legali servicio suo et antecessorum suorum eidem Willelmo predictas sex marcas octo solidos et sex denarios ad vitam suam relaxat; et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod ipsum Willelmum inde quietum esse faciat. Teste rege apud Walingford' viij. die Februarii. [*Marginal note.*] *Quia aliter in rotulo patencium et reddidit breve.*

Pro abbatissa de Godestowe.—Mandatum est custodi vinorum regis Oxonie quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere abbatisse de Godestowe unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanne de Lungvilers.—Quia Johannes de Lungvilers solvit in garderoba regis xxij. marcas apud Westmonasterium de xxiiij. marcis quas regi debuit pro duabus cartis habendis, mandatum est vicecomiti Eboraci quod si predictas duas marcas que regi defuerunt in prima solucione ei solverit, tunc ipsum Johannem de predictis xxiiij. marcis quietum esse permittat, et illas ij. marcas regi reddi faciat in garderoba sua sine dilacione. Teste rege apud Rading' ix. die Februarii.

De militibus faciendis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie et Berk' quod omnes de balliva sua qui habent xx. libratas terre et amplius et milites non sint, quod se fieri milites faciant infra quindenam Pasche, sine dilacione distringat. Teste ut supra.

De operacionibus castri regis Oxonie.—Quia quedam turris castri regis Oxonie versus orientem indiget reparacione, prout vicecomes regis dixit, mandatum est eidem vicecomiti quod illam reparari faciat et emendari; et custum quod ad hoc posuerit per visum et testimonium legalium hominum cum rex illud sciverit, ei faciet allocari. Teste ut supra. Postea habuit breve de computate super eodem et de eadem data.

De cuniculis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Willelmum le Criur, servientem suum, ad capiendum xx. vel xxiiij^or^ cuniculos ad opus regis, et mandatum est custodi parci de Keniton' quod ei ad hoc consilium et auxilium inpendat, ita quod rex illos habeat hac die Dominica proxima post festum Sancte Scolastice ad prandium suum. Teste rege apud Windes' xij. die Februarii.

Pro Willelmo filio Roberti de Greneberg'.—Mandatum est Philippo Luvel quod provideat quod Willelmus filius Roberti de Greneberg' habeat racionabiles terminos de ix. marcis quas debet Ursello filio Sampsonis, Judeo, ita quod inde ultra valorem terre sue gravem jacturam non incurrat. Teste ut supra.

De tradendo per plevinam pro transgressione parcorum et vivariorum.—Quia plures detinentur in prisona regis, ut audivit, pro transgressione parcorum et vivariorum, unde irretiti sunt mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsos secundum antiquas consuetudines et leges foreste deduci faciat et, sicut fieri solet, sub sufficienti plevina dimittat. Teste ut supra.

1251.

De tradendo per ballium.—Willelmus Kingesman habet literas [vicecomiti Norht' *cancelled*] G. de Langel', justiciario foreste, quod tradatur per ballium usque ad adventum justiciariorum foreste ad respondendum de transgressione foreste pro qua inprisonatur apud Norht'. Teste ut supra.

De domibus de Hameledon' reparandis.—Mandatum est Gerardo la Grue, custodi episcopatus Wintonie, quod domus manerii de Hameledon' perfici, parari, et ita fieri faciat quod nullus defectus in eis inveniatur; mallet enim rex quod de suo fierent quam infecte remanerent, et vult quod omnes proventus episcopatus Wintonie a tempore quo de ejusdem electi confirmacione certus erat in ipsius utilitatem convertantur. Teste ut supra.

De compoto Hugonis filii Reyneri.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod quamcicius poterunt in presencia Johannis de Suwerc' audiant compotum Hugonis filii Reyneri de misis et receptis suis de tempore quo fuit sub Willelmo de Plessetis, et demandam xxix. librarum, ij. solidorum, et iiij. denariorum pro arreragiis recepte sue de tempore predicto ponant in respectum usque dum compotum illum audierint. Teste ut supra.

De operacionibus ecclesie Westmonasterii et de vestimentis ad opus Ademari de Lezign'.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod passus domini cooperiatur argento ante diem Parasceues; rex etiam vult quod sacristaria Westmonasterii fiat sumptibus regis, excepto maeremio, et quod sit de longitudine sexcies xx. pedum cum aliis appendiciis, prout rex ei exposuit, et vult quod provideat de preciosa casula et aliis vestimentis et ornamentis preciosis ad opus Ademari de Lezign', sicut rex ei dixit viva voce. Teste ut supra apud Windes' xiiij. die Februarii.

Mandatum est Rogero de Thurkilbi quod nec Johannem de Gatesden' nec Willelmum de Wil [*unfinished*].

De tradendo per ballium.—Johannes des Bayes, Ricardus Fis, et Adam Coc, detenti in prisona de Kenilleworth' pro transgressione facta in vivario de Kenilleworth', habent litteras vicecomiti Warr' quod ponantur per ballium usque ad primam assisam. Teste ut supra.

Pro priore de Kenilleworth'.—Rex concessit priori de Kenilleworth' quasdam libertates et quietancias prius ei a predecessoribus regis, regibus Anglie, concessas, sicut plenius patet per confirmacionem regis quam rex ei inde fieri fecit; et mandatum est vicecomiti Warr' quod predictam confirmacionem in pleno comitatu legi et concessas ei in ea libertates et quietancias decetero firmiter faciat observari. Teste rege apud Windes' xiiij. die Februarii. Per ipsum regem.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Oxonie, Staffordie, Rotelandie, Buk' et Lincolnie. Teste ut supra.

De purprestura regis apud Windes' excolenda.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod de exitibus ballive sue emi faciat bladum

1251.

et carucas ad purpresturam regis quam occupari fecit in foresta de Windes' excolendam et seminandam ; et rex, cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Wind' xv. die Februarii. Postea habuit breve de computate de eadem data.

De custodia parci de Norht' commissa.—Rex comisit Roberto Basset, vicecomiti Norht', custodiam parci sui Norht', et mandatum est eidem vicecomiti quod custodiam illam a Roberto de Mares recipiat. Teste ut supra.

De fidelitate prioris Lancastrie.—Rex cepit fidelitatem fratris Willelmi de Reyo, prioris Lancastrie, de omnibus terris et tenementis que pertinent ad predictum prioratum ; et mandatum est Thome de Stanford', escaetori suo, quod de omnibus terris et tenementis predictis plenam ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Reynerus de Shirford', captus et detentus in prisona regis Norwici pro morte Iweyn filii Edwardi, unde appellatus est, habet breve vicecomiti Norff' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

[m. 18.] *De feno emendo ad feras regis.*—Mandatum est Elye Maunsell, custodi parci de Guldeford', quod per visum legalium hominum emat fenum, quantum hoc yeme necesse fuerit, ad sustentacionem ferarum regis in parco predicto et inde easdem feras sustentari faciat ; et cum rex inde sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

De reparacione stagni de Darnhal' in comitatu Cestrie.—Mandatum est Alano la Zuch', justiciario Cestrie, quod (*sic*) quendam fratrem conversum de Waverleg' quem rex mittit ad ipsum pro reparacione stagni de Darnhal', quod id quod necessarium fuerit ad illius reparacionem et stipendia fratris illius et operariorum invenir faciat ; et rex faciet ei allocari custum quod ad hoc posuerit. Teste ut supra.

De quodam falsario remisso ad vicecomitem Lincolnie.—Mandatum est vicecomiti Lincolnie quod littera illa quam ad regem misit falsa est, et eam ad eum remittit custodiendam, mandans ei quod falsarium illum quem cum ea fecit salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est ballivo foreste de Melkesham' quod in eadem foresta faciat habere Elye de Rabayn tres damas, de dono regis. Teste rege apud Windes' xviij. die Februarii.

Pro Roberto de Mares.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod sine dilacione faciat habere Roberto de Mares seisinam unius mesuagii et dimidie virgate terre cum pertinenciis in Ryston' de quibus per voluntatem et extra judicium disseisitus fuit ; et si forte de hoc aliquis se voluerit conqueri, rex ei justiciam in curia sua faciet exhiberi. Teste ut supra. Per regem et consilium suum.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam facit decano et capitulo Sarr' et

1251. hominibus suis infra metas forestarum regis existentibus pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad quindenam Sancti Michaelis anno etc. xxxv. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Gilbertus Walkelin, Petrus Capun, et Ricardus Cocus, detenti in prisona regis de Windes' pro morte Simonis Keue, unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Berk' quod ponantur per ballium. Teste etc.

De decima reddenda apud Merleberg'.—Mandatum est Roberto de Muscegr', constabulario de Merleberge, quod Magistro R. de la Grove, persone ecclesie de Pressut', singulis annis decetero decimas duorum molendinorum fullericorum et unius columbarii de novo constructorum in manerio regis de Merleberg', existencium infra limites parochie sue, habere faciat, tamquam ad dictam ecclesiam de jure spectantes. Teste rege apud Wind' xix. die Februarii.

Rex concessit Guidoni de Rupe Forti quod homines de Sutlamegh' qui sunt de feodo B. de Insula, quondam comitis Devonie, quieti sint de secta quam debent ad hundredum de Sutwerc', quamdiu fuerint in custodia ejusdem Guidonis; et mandatum est ballivo hundredi de Suwerc' quod homines illos de secta predicta quietos esse permittat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem. [*Cancelled.*] *Quia aliter in rotulo patencium.*

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Savernak' quod in eadem foresta faciat habere R. de Quency, comiti Wintonie, x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro executoribus W. quondam Wintoniensis episcopi.—Mandatum est Girardo la Grue, custodi episcopatus Wintonie, quod permittat executores testamenti W. quondam Wintoniensis episcopi habere liberam administracionem omnium bonorum que fuerunt ejusdem episcopi in manu regis detentorum. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Roberto de Quency.—Rex remisit Roberto de Quency quod non ponatur per plevinam xij. plegiorum quod decetero nullam transgressionem faciat in foresta regis, et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum Robertum per plevinam illam non ponat, quia si transgrediatur alio modo satis ad ipsum rex se capere poterit. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De balliva foreste concessa Thome de Mara.—Rex concessit Thome de la Mare, qui duxit in uxorem Jul', filiam Rogeri de Millingh' ballivam illam in Longa Foresta regis quam predictus Rogerus, pater predicte Jul', cujus heres ipsa est, tenuit in feodo, habendam et tenendam, quamdiu illam ballivam fideliter et bene custodierit; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod eidem Thome de predicta balliva plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste rege apud Keniton' xx. die Februarii. Per R. filium Nicholai.

1251.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Axiholt quod in eadem foresta faciat habere magistro Waltero, archidiacono Surreie, tres damas, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xxj. die Februarii.

De catallis que fuerunt W. de Cantilup' non alienandis vel distrahendis.—Mandatum est escaetoribus regis in comitatibus Bed' et Buk' quod non permittant quod aliquid de bonis aut catallis que fuerunt W. de Cantilup', senioris, in ballivis suis distrahatur vel alienetur, donec rex inquisierit, in quibus debitis idem Willelmus regi tenebatur, et aliud a rege habuerint mandatum. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Warrewici et Leycestrie et Rotelandie. Teste ut supra.

De episcopatu Wintonie reddito A. Wintoniensi electo.—Mandatum est G. de la Grue, custodi episcopatus Wintonie, quod Ademaro, Wintoniensi electo, omnes exitus qui provenerunt de episcopatu Wintonie a die Lune proxima post festum Sancti Hillarii anno etc. xxxv. in antea habere faciat, retentis in manu regis omnibus exitibus ejusdem episcopatus de tempore anteriori, et decetero Martinum de Sancta Cruce, attornatum ipsius electi, ad eundem episcopatum una cum eo custodiendum in socium admittat, et de nullo ad episcopatum illum spectante, ipso inconsulto, disponat; et quod mittat regi c. marcas quas rex ei precepit mittere in garderobam regis apud Wind'. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De tradendo per ballium pro foresta.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod si Christoforus de Chikewell' detentus sit in prisona regis de Angr' pro transgressione facta in foresta de Havering' et non pro alia, tunc ipsum tradat in ballium usque ad proximum adventum justiciariorum foreste itinerancium in partibus illis. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Mandatum est eidem G. quod districcionem quam facit abbati de Loco Sancti Eduuardi et hominibus suis de expeditacione canum ponat in respectum usque ad quindenam Sancti Michaelis, anno xxxv. Teste ut supra.

De certificacione clausture pro priore de Novo Loco.—Mandatum est eidem G. quod certificet regi de claustura facta de x. acris terre quas prior de Novo Loco tenet clausas infra metas foreste regis, et si bestie regis libere possint exire et intrare forestam predictam et quod [interim *cancelled*] clausturam et quarreram suam in pace esse permittat usque ad quindenam Pasche. Teste ut supra.

Pro maiore et communitate Eboraci.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod amerciamentum quod exigit a maiore seu communitate Eboraci et districciones seu atachiamenta que facit in ejus suburbio occasione foreste ponat in respectum usque ad quindenam Pasche. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1251.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit usque Havering' Hugonem le Franc' et socios suos ad capiendum in parco regis ibidem xv. damas ad opus regis, et mandatum est ballivo de Havering' quod ipsos admittat. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Thomas filius Rogeri del Viner, detentus in prisona regis Sancti Edmundi pro morte Margerie filie Atheleys', unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Sussexie (*sic*) quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De lampredis emendis ad opus regis.—Mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod per visum Hurtaldi, servientis regis, quem rex mittit ad partes Gloucestrie, emi faciat omnes lampredas, alosas et salmones quos invenire poterit in balliva sua ad opus regis et ad regem vicissim mittat, sicut eos inveniri continget ; et cum rex sciverit custum quod ad hoc posuerit, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Westmonasterium xxv. die Februarii.

Eodem modo mandatum est ballivis Gloucestrie et de Newenham'. Teste ut supra.

Pro Martino, balistario regis.—Rex concessit Martino Sench', balistario suo, domum illam in Melkestrat' in civitate regis Londonie, que fuit Isaac filii Abrahe, Judei, defuncti, que capta est in manum regis tamquam escaeta regis, et mandatum est Philippo Luvel quod eidem Martino de predicta domo plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xxv. die Februarii. Per P. de Rivall'.

Pro hominibus de Stanbrug'.—Rex respectum dedit hominibus de Stanbrug' de ix. libris que ab eis exiguntur per summonicionem Scaccarii pro serjantia de Stanbrig' usque in unum mensem post Pascha, excepto Johanne de Gatesden', juniori, qui de debito illo regi respondere tenetur, ut iidem homines dicunt ; et mandatum est vicecomiti Bedfordie quod eundem respectum ipsos habere permittat ; et si quid ab eis ceperit occasione predicta id eis deliberari faciat. Teste ut supra. Per P. Peyvr'.

De expeditacione canum.—Mandatum est custodi foreste de Bere quod districcionem quam facit abbatisse Sancte Marie, Wintonie, pro expeditacione canum ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno xxxv. Teste ut supra.

Pro episcopo Coventrensi et hominibus suis.—Rex perdonavit R. Coventrensi et Lychefeldensi episcopo et hominibus suis transgressionem quam fecerunt in foresta nostra de Pecco, capiendo unam bissam in eadem ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsos ob hoc non occasionet. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Bartholomeo le Bigod et Willelmo de Sinago de perdonacione.—Rex concessit Bartholomeo le Bigod et Willelmo de Sinago scutagia sua que ab eis exiguntur per summonicionem Scaccarii de feodis

1251.

militum que de rege tenent in capite pro exercitu de Gannoc in quo fuerunt cum rege per preceptum regis ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

Pro Roberto de Muscegros.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat Robertum de Muscegros levare haiam circa parcum de Briweham' infra metas foreste de Selewod' et illum tenere clausum sicut fieri consuevit tempore [H. *cancelled*] Ricardi regis, avunculi regis, et J. regis patris hujus. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod loco Rogeri de Rumenal', quondam coronatore (*sic*) regis in comitatu Kancie, qui percussus est morbo paralisi, eligi faciat alium coronatorem, qui prestito sacramento etc. Teste ut supra.

Pro Gamaliele, Judeo Oxonie.—Rex perdonavit Gamalieli de Oxonia, Judeo, omnes transgressiones que ei inponebantur tam de retonsione veteris monete quam de aliis, unde rettatus fuit, cum Abraha de Berchamsted', Judeo, et eidem Gamalieli concessit omnia catalla sua occasione predictarum transgressionum capta in manum regis ; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum propter hoc non occasionent, sed ipsi Judeo predicta catalla restitui faciant, salvo regi tallagio suo v. milium marcarum de termino Sancti Martini anno etc. xxxv. Teste ut supra. Per ipsum regem, presente Philippo Luvel.

Pro Elya episcopo et Aaron filio Abrahe, Judeis, de auro.—Elyas le Evesk' et Aaron filius Abrahe, Judei Londonie, de viij^c^lxvj. libris iiij. solidis viij. denariis quos receperunt ad Scaccarium regis de perquisitis Judaismi ad aurum inde emendum ad opus regis, videlicet a festo Sancti Hyllarii anno etc. xxxiiij^to^ usque ad diem Dominicam proximam post festum Sancti Mathei Apostoli anno etc. xxxv^to^, emerunt inde cxxix. marcas auri [qualibet marca auri pro x. marcis argenti *interlineated*], et xij. solidos et v^que^ denarios et obolum [et ix. denarios et obolum *cancelled*], et illud liberaverunt in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Dominica supradicta [Martis proxima ante Cineres *cancelled*] apud Westmonasterium per preceptum regis. Et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsos inde quietos esse faciant. Teste rege apud Westmonasterium primo die Marcii.

Rex de xl. solidis ad quos Thomas Page amerciatus fuit [*unfinished*].

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod loco Ricardi de Cromhal', vicecomitis Gloucestrie, quondam coronatoris ejusdem comitatus, eligi faciat quendam alium coronatorem, qui prestito sacramento etc.

Pro abbate Sancti Augustini, Cantuarie.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod de hoc anno xxxv. faciat habere abbati Sancti

1251.

Augustini, Cantuarie, decem libras sicut eas retroactis temporibus percipere consuevit de exitibus manerii de Middelton', et rex illas ei faciet allocari. Teste ut supra.

De quodam rogo faciendo apud Wodest'.—Mandatum est Johanni de Haveberg' et Petro de Lega, custodibus operacionum regis de Wodest', quod ibidem quendam rogum fieri et in forinseco bosco regis ibidem ad minus detrimentum ejusdem capi faciant buscam ad eundem rogum ad operaciones regis perficiendas. Teste rege apud Westmonasterium iiij^to^ die Marcii. *Postea habuit breve quod dicitur computabitur, de eadem data.*

Pro priore Sancte Trinitatis Cantuarie.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat priorem Sancte Trinitatis, Cantuarie, prosternere xl. quercus in bosco suo de Danegris, qui est infra metas foreste regis Essex', ad fabricam cujusdam capelle in domo sua, et illa abducere quo voluerit sine inpedimento vel occasione cheminagii. Teste ut supra.

Rex de xiij. marcis et dimidia ad quas Robertus de Stanford' amerciatus fuit coram justiciariis [*unfinished*].

Pro Artaldo de Sancto Romano.—Mandatum est vicecomitibus Londonie quod de domo que fuit Roberti de Tonebrig' in civitate Londonie, quam rex nuper dedit Artaldo de Sancto Romano, eidem sine dilacione plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De denariis liberandis ad operaciones de Freymantel.—Mandatum est G. la Grue, custodi episcopatus Wintonie, quod illas c. marcas quas rex per ipsum liberari precepit in garderoba ad opus suum, faciat habere H. de Ferleg', vicecomiti Suht', custodi operacionum de Freymantel, ad easdem operaciones faciendas ; et rex eas ei faciet allocari. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Drogone de Pratell'.—Mandatum est vicecomiti Buk' et Bed' quod de terris et tenementis que Isabella de Albiniaco habuit in balliva sua de hereditate sua propria et de dote, Drogoni de Pratell', viro suo, plenam seisinam habere faciat, et in ea ipsum manuteneat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium v. die Marcii. Per ipsum regem et consilium suum.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Dereb'. Teste ut supra.

Pro burgensibus Cestrie.—Mandatum est Alano la Zuch', justiciario Cestrie, quod talem seisinam habere faciat burgensibus regis Cestrie de marisco de Salteney qualem inde cum justicia habuerunt tempore R., quondam comitis Cestrie, et in ea ipsos justicia mediante manuteneat. Teste rege apud Westmonasterium v. die Marcii. Per regem.

De debitis Willelmi de Cantilupo, senioris.—Rex cepit se ad Willelmum de Cantilupo de omnibus debitis que Willelmus de

1251.

Cantilupo, pater ipsius Willelmi, cujus heres ipse est, regi debuit tam ad Scaccarium regis quam in garderoba regis ; et mandatum est Henrico de Wengham' quod de omnibus bonis, wardis et catallis que fuerunt prefati Willelmi, senioris, executoribus testamenti ejusdem Willelmi liberam et plenam administracionem habere permittat ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste rege apud Westmonasterium, ut supra.

De quodam falso nuncio regis mittendo ad regem.—Mandatum est ballivo manerii de Taunton' quod venire faciat coram rege a die Pasche in quindecim dies, ubicunque fuerit in Anglia, illum qui falso se fecit nuncium suum una cum garcione suo quos cepit et detinet in carcere apud Taunton' ; et rex cum sciverit custum ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Sancto Albino, mercatore vinorum.—Rex concessit Willelmo de Sancto Albino quod quietus sit hac vice de prisa regis de quater viginti doliis vini que habet in quadam navi in portu Londonie ; et mandatum est Ernaldo Geraudon, camerario suo Londonie, quod sic fieri permittat, salva regi debita prisa sua de uno dolio vini ante malum et altero retro. Teste rege apud Westmonasterium. Per A. de Sancto Romano.

De feno emendo ad feras regis.—Mandatum est ballivo de Havering' quod per visum legalium hominum emi faciat fenum ad opus ferarum regis in parco de Havering' ; et rex cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

De transfretacione abbatis Westmonasterii.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod abbati Westmonasterii, quem rex mittit ad partes transmarinas, unam bonam navem ad transfretacionem habere et passagium suum festinari faciat. Teste ut supra.

Pro ballivis Guidonis de Lezignan'.—Mandatum est Galfrido de Langel', justiciario foreste, quod permittat ballivos Guidonis de Lezignan', cui dominus rex commisit custodiam maneriorum de Bramton' et de Limminges, vendere suboscum de boscis eorumdem maneriorum. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro burgensibus Cestrie, de pastura.—Mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod burgenses regis Cestrie ponat in eadem seisina de pastura de Sautr' in qua eos posuit per preceptum regis J. de Grey quando fuit justiciarius Cestrie, et eos, sicut justum fuerit, manuteneat. Teste ut supra. Per regem.

[m. 17.] *De dote Pucelle, Judee de Eboraco.*—Rex concessit Pucele, que fuit uxor Samuelis de Eboraco, Judee, quod de catallis que fuerunt ipsius Samuelis haberet cc. libras nomine dotis sue, et nichil inde actum est ; mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de debito Willelmi de Kyme, scilicet trescentum et xx. marcarum, quod est sub nominibus Elye episcopi et Aaron filii Abrahe, Judeorum Londonie, et quod fuit predicti Samuelis, predicte Pucele sexties

1251. viginti libras, et de debito Roberti de Eyvill' quinquaginta libras, et de debito Johannis de Estutevill' xxx. libras eidem Pucele habere faciat, nomine dotis sue. Teste rege apud Westmonasterium vj. die Marcii. Per Philippum Luvel.

Pro Willelmo de Erkelawe.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod omnes demandas quas facit Willelmo de Erkelawe pro transgressione foreste ponat in respectum usque ad quindenam Pasche. Teste rege apud Straford' viij. die Marcii.

Pro leprosis de Windes'.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod fratribus leprosorum de Windles' faciat habere plenam seisinam de sexties viginti acris terre per illas metas et divisas per quas illas comprehendi et extendi fecit, per sacramentum proborum et legalium hominum de purprestura foreste regis de Windles', per visum illorum hominum per quos extensionem illam fecit. Teste ut supra. Per regem.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Essex' quod in foresta regis de Havering' faciat habere Roberto Passelewe, archidiacono Lewensi, x. robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Reymundo Makeyn, de debitis Willelmi de Monte Revell'.—Mandatum est thesaurario et camerariis suis quod de primis denariis qui venturi sunt ad Scaccarium Pasche anno etc. xxxv^{to} faciant habere Reymundo Makayn, civi regis Burd', omnia arreragia que debentur Willelmo de Monte Revell' tam de feodo suo quam de debitis unde receperunt brevia regis de Liberate, quos denarios idem Reymundus habere fecit ad instanciam regis eidem Willelmo de prestito usque ad terminum predictum; et hoc nullatenus omittant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Jacobo Flury, Judeo.—Quia de xlvij. libris debiti in archa thesaurarie nostre Westmonasterii inventi quas Jacobo Florie, Judeo, rex dudum concesserat pro xl. solidis annuatim reddendis ad Scaccarium regis, desunt ei xxiiij. libre de debito Andree Wascelin, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod loco illius defectus faciant habere eidem Judeo xxiiij. libras de veteribus debitis inventis in archa predicta, solvendo xl. solidos per annum, ut predictum est, et eidem Judeo districtionem que ad hoc pertinet habere, et predicta fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra. Per Philippum Luvel.

De terris alienatis capiendis in manum regis.—Quia rex accepit per recordum justiciariorum regis ad placita serjantiarum regis assignatorum quod per consideracionem curie sue recuperavit versus Willelmum de Lascell' undecim bovatas terre cum pertinenciis in Hathelsey, que alienate fuerunt de serjantia regis de Sneyth', ut dicitur, mandatum est vicecomiti Eboraci quod capiat in manum regis predictas xj. bovatas terre cum pertinenciis, et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit, et scire faciat predicto Willelmo quod

1251.

sit coram rege a die Pasche in xv. dies ad prosequendum jus suum, si quod in eis habere debeat. Teste ut supra. Per P. Peyvr'.

De robis liberandis servientibus ad arma.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod servientibus regis ad arma Lond' commorantibus liberent hac vice de gracia regis robas sicut J. Maunsell', prepositus Beverlaci, eis exponet. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est maiori et vicecomitibus Londonie quod servientibus regis ad arma credenciam ad victualia sua usque ad Pascha proximo venturum in civitate regis Londonie habere faciat ; et regi de stipendiis suis inde satisfieri faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est Ricardo Fillol', senescallo foreste Essex', quod faciat habere priorisse de Strafford' quatuor quercus cum escaetis in forinseco bosco de Hav[er]inges ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quodam falsario brevis posito per ballium.—Quia Stephanus de Fugers', Ricardus le Bret', Theobaldus filius Eustacii et Johannes de Thorp' de comitatu Lincolnie manuceperunt coram rege quod habebunt coram rege a die Pasche in xv. dies Johannem filium Jordani, captum et detentum in prisona regis de Gippewico pro falsaria cujusdam brevis ei imposita, ad standum inde recto, mandatum est vicecomiti Suff' quod ipsum tradat eis in ballium, sicut predictum est. Teste rege apud Waltham ix. die Marcii. Per P. [de] Sabaudia.

Pro Guidone de Rocheford'.—Mandatum est Henrico de Wengham', escaetori suo, quod de exitibus abbacie de Persouer' in custodia sua existentis faciat habere Guidoni de Rupe Forti xl. marcas sine dilacione, de dono regis, et residuum exituum illorum regi mittat liberandum in garderoba sua ; et cum rex sciverit summam exituum illorum, illam ei faciet allocari. Teste rege apud Hertfordiam x. die Marcii. Per ipsum regem. [*Cancelled.*] *Quia reddidit breve.*

Pro abbate Malmesbur'.—Rex reddidit abbati de Malmesbur' omnes libertates suas pertinentes ad abbaciam suam quas rex cepit in manum suam ; et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod ipsum abbatem pacem habere permittat de omnibus placitis in comitatu tuo (*sic*) usque ad quindenam Pasche, ita quod non placitet placitum in curia sua de namio vetito. Teste ut supra.

De vexillis faciendis apud Westmonasterium.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod fieri faciat unum vexillum de albo serico et in medio vexilli patibulum cum crucifixo et imaginibus Beate Marie et Beati Johannis sit de aurifrigio brudato, et desuper sit una stella et luna nova crescens, et provideatis quod predictum vexillum sit paratum ad Pascha. Item querat aliquem camautum magnum ad feretrum Beati Eduuardi, si inveniri poterit. Teste rege apud Clavering' xj. die Marcii. Per ipsum regem.

De ponendo per ballium.—Rogerus le Clerc, Rannulfus le Bere, Willelmus Lythand, Hugo le Bere, Thurketillus Bere, Hugo Bingham,

1251.

et Radulfus filius Galfridi, detenti in prisona de Norwico pro morte Iwayn filii Eduuardi, unde appellati sunt, habent litteras vicecomiti Norff' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De candelabris faciendis circa feretrum Beati Eduuardi.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod de lij. marcis quas vicecomes Norff' et Suff' ei liberabit citra mediam quadragesimam per preceptum regis de perquisitis Willelmi Briton' et Willelmi de Axem' in balliva sua, de xlij. marcis inde fieri faciat citra Pascha quatuor candelebra argentea attachianda circa feretrum Beati Edwardi, et de residuis x. marcis ipsa bene deaurari faciat, providendo quod taliter attachiata sint super feretrum predictum quod si necesse fuerit deponi possint et attachiari super novum feretrum ejusdem Sancti. Teste rege apud Sanctum Edmundum xiiij. die Marcii.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Englewode faciat habere sacriste de Sancto Edmundo xxx[a] quercus ad reparacionem cujusdam clocherii in ecclesia sua, de dono regis. Teste ut supra.

De denariis liberandis servientibus regis ad arma.—Mandatum est W. de Haverhull', thesaurario suo, et Edwardo de Westmonasterio quod recipiant cc. marcas a fratre Roberto de Sikelinghal', thesaurario Novi Templi, Londonie, et illas per visum Ricardi Ruffi, clerici regis, liberet servientibus regis ad arma. Teste rege apud Sanctum Edmundum xvj. die Marcii.

De ponendo per ballium.—Willelmus le Teler, [Laurencius le Teler *cancelled*] et Thomas le Teler, capti et detenti in prisona regis Oxonie pro morte Henrici de Cotes, Felicie uxoris ejus, et Gilberti filii Henrici, unde rettati sunt, habent breve vicecomiti War' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Johannes de Hal' et Adam Wythes', capti et detenti in prisona regis Norhamptonie pro morte Radulfi le Carbuner, unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Norhamptonie quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De denariis liberandis operariis Westmonasterii.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod de denariis quos vicecomes Norff' mittit usque Westmonasterium ei liberandis solvi faciat stipendia operariorum ecclesie Westmonasterii, provisuri quod sexcenti vel octingenti in adventu regis operentur ibidem. Passum eciam dominicum citra Pascha cooperiri faciat secundum quod rex alias ei injunxit. Et ad regem cum festinacione mittat quandam casulam breudatum consimilem illi quam dedit fratri Johanni, capellano suo, vel meliorem, ita quod casulam illam habeat apud Walsingham'. Teste rege apud Norwicum xix. die Marcii.

De assensu eleccionis abbatisse de Alnestowe.—Rex eleccioni facto de Albreda de Saunford', moniale de Awnestowe in abbatissam ejusdem domus regium adhibuit assensum et favorem ; et mandatum est Henrico de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Bed', quod

1251.

de predicta abbacia et omnibus terris et possessionibus ad predictam abbaciam spectantibus plenam ei seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et habet litteras patentes militibus et omnibus aliis tenentibus de predicta abbacia quod ei tamquam domine sue intendentes sint et respondentes. Teste ut supra.

Pro Elena que fuit uxor Reginaldi le Theccher.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam per vicecomitem Cantebrugie fieri precepit, quod duo mesuagia et quinque acre terre cum pertinenciis in Eltesl' que Reginaldus le Theccher, utlagatus pro morte Willelmi Wichlad', tenuit in eadem villa sunt de hereditate Helene, que fuit uxor ejusdem Reginaldi, mandatum est eidem vicecomiti quod eidem Elene sine dilacione plenam inde seisinam habere faciat. Teste ut supra.

De denariis liberandis Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori ad empciones regis faciendas.—Mandatum est custodibus nundinarum Stanford' et ballivis suis ejusdem ville quod faciat habere Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori omnes exitus provenientes de eisdem nundinis ad regem pertinentes de anno instanti regni etc. xxxv., et firmam ville sue de termino Pasche anno eodem ad empciones regis inde faciendas in nundinis predictis ; et cum rex sciverit quantum eis liberaverit, breve suum de Allocate eis inde habere faciet. Teste rege apud Bromholm' xxij. die Marcii.

De veteribus consuetudinibus nundinarum tenendis.—Mandatum est eisdem custodibus quod publice clamari faciant in predictis nundinis quod antique consuetudines et assise pannorum venalium decetero teneantur et usitentur ; et J. de Sumercot' et R. Scissori in hiis que eis dicent ex parte regis comodum regis et nundinarum illarum contingant, asistant et consulant. Teste ut supra.

Pro Johanne le Estereys, burgense de Len.—Mandatum est ballivis de Len quod permittant Johannem le Estereis, burgensem de Len, licite onerare navem suam de blado in portu suo de Len, et ipsum sine impedimento cum nave sua abire, et predictum bladum cariare usque Norwag' vel alibi quo voluerit. Teste ut supra.

De busca ad rogos de Freymantel.—Mandatum est custodibus episcopatus Wintoniensis quod in boscis ejusdem episcopatus propinquioribus de Freymantel faciant habere custodibus operacionum de Freymantel buscam ad duos rogos inde faciendos ad operaciones predictas. Teste ut supra.

De virgis capiendis ad operaciones de Freymantel.—Mandatum est Roberto de Edmundestrop', ballivo de Freymantel, quod in balliva sua, ubi ad minus nocumentum fieri possit, permittat custodes operacionum de Fremantel capere virgas et alia necessaria ad calfacia et cleyas inde faciendas ad operaciones predictas. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Ricardus Joc' et Henricus Galean', capti et detenti in prisona regis Oxonie pro morte Roberti le Clerc,

1251.

unde rettati sunt, habent breve vicecomiti Oxonie quod ponantur per ballium. Teste rege apud Gymmingham xxiiij. die Marcii.

Pro Johanne de Monasteriis.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Cantebrigie fieri precepit quod quarta pars unius virge terre cum pertinenciis in Eltesl' que fuit Roberti Tornegos, qui utlagatus fuit pro felonia, exstitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Johanne de Monasteriis, mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod eidem Johanni plenam inde seisinam habere faciat. Teste rege apud Bynham' xxiiij. die Marcii.

De fustis ad operaciones de Gillingham.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod custodibus operacionum regis de Gillingham faciat habere quaterviginti fusta, videlicet xl. in parco de Gillingham et xl. in forinseco bosco ibidem ad operaciones easdem inde faciendas. Teste rege apud Walsingham' xxv. die Marcii.

De proficuo Judaismi liberando ad aurum emendum ad opus regis.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod omnes exitus qui proventuri sunt ad Scaccarium regis de proficuis Judaismi citra Pascha, tam de tallagio quam de omnibus aliis, liberent Elye le Evesk' et Aaron filio Abrahe, Judeis, ad aurum inde emendum ad opus regis citra predictum terminum Pasche ; et cum rex sciverit quantum eis liberaverint, breve suum de Liberate eis habere faciet. Teste ut supra.

Pro Radulfo Mauger.—Rex perdonavit Radulfo Mauger quantum ad ipsum pertinet transgressionem quam fecit emendo unum porcum a quodam leproso, et mandatum est ballivo de Geres' quod ipsum inde quietum esse et catalla sua hac occasione capta ei restituat. Teste rege apud Derham' xxix. die Marcii.

De capis breudatis faciendis.—Mandatum est Eduuardo de West monasterio quod citra instans festum Pasche fieri faciat duas cappas breudatas et quatuor non breudatas. Teste ut supra.

[m. 16.] *Pro Waltero Biset et hominibus suis.*—Mandatum est vicecomiti Notingham' quod districcionem quam facit super Walterum Biset et homines suos de soca de Ludham' pro amerciamentis foreste et pro transgressione ejusdem, ponat in respectum usque ad quindenam Pasche. Teste rege apud Ely xxx. die Marcii. Per P. de Rivall'.

Pro Johanne Gumbaud', de prostracione quercuum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario, quod si Johannes Gumbaud' prostraverit xvij. quercus in foresta de Pecco, et eas posuerit in operacionibus regis quas rex fieri fecit in castro suo ibidem, tunc ipsum Johannem inde non occasionet, nec pro essarto quod fecit in eadem foresta quod quibusdam hominibus tradidit ad firmam, nec pro escapio quorundam malefactorum [latronum *cancelled*] ejusdem foreste, quia dictas transgressiones eidem Johanni plenarie remisimus. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1251.

Pro priorissa Sancte Radegundis et hominibus suis.—Rex exaccionem quam ballivi Cantebrigie faciunt priorisse Sancte Radegundis et hominibus suis de Cantebrigia pro purprestura et aliis de quibus Willelmus de Axemuth' et Willelmus Brito inquisierunt apud Cantebrigiam dedit eis respectum usque ad quindenam Pasche; et mandatum est eisdem ballivis quod ipsos interim hac occasione non distringant, set respectum illum ipsos habere permittant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Marg' inclusa hospitalis Sancti Leonardi de Graham'.—Quia comes Warenne concessit Marg', incluse hospitalis Sancti Leonardi de Graham, xx. solidos annuos percipiendos de redditu assiso quem idem comes habuit in Graham', sicut carta sua testatur, mandatum est H. de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Lincolnie quod de predicto redditu, quamdiu est in manu regis racione custodie terre et heredis ejusdem comitis, eidem incluse ipsos xx. solidos una cum arreragiis suis habere faciant ad terminos in eadem carta contentos. Teste ut supra.

Pro Willelmo filio Henrici, escaetore regis.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod non ponat Willelmum filium Henrici in assisis, juratis, vel aliquibus recognicionibus, quamdiu fuerit escaetor regis in comitatu Cantebrigie, nec ipsum distringat ad faciendum sectam ad comitatum suum vel ad hundredum tempore predicto. Teste rege apud Ditton' xxxj. die Marcii.

Pro episcopo Elyensi et hominibus suis.—Quia H. Elyensis episcopus et homines sui, sicut regi ostendit, consueverunt esse quieti de thelonio in tota terra regis per cartas predecessorum suorum, regum Anglie, et hujus regis, mandatum est maiori et ballivis Eboraci quod ipsos in predicta villa occasione alicujus thelonei non vexe[n]t contra consuetudinem hactenus usitatam, set vadia eorum que pro thelonio ceperint, ut dicitur, eis sine dilacione deliberari faciant quieta. Teste ut supra.

Mandatum est justiciariis proximo itineraturis apud Cateshull' in comitatu Suff' quod H. Elyensem episcopum et homines suos manuteneant et protegant, non inferentes eis aliqua gravamina injusta, set permittant eos gaudere libertatibus suis quas habent per cartas predecessorum regis, regum Anglie, et suam, sicut illis hucusque usi sunt. Teste ut supra.

De uno lucio dato.—Mandatum est ballivo de Wodestok' quod de vivario de Wodestok' faciat habere Gwidoni de Rocheford' unum lucium, de dono regis. Teste rege apud Crucem Roesie j. die Aprilis.

Pro monialibus de Ikelinton'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in bosco de Horewardest', qui est monialium de Ikelinton' et infra metas foreste nostre Essex', permittat easdem moniales capere decem quercus ad maeremium ad fabricam ecclesie sue. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Petrus le Provost, Walterus de Sper[s]holt, Johannes et Galfridus de Spersholt, filii ejusdem Petri, detenti in

1251.

prisona Oxonie pro morte Ade Textoris de Spersholt, unde rettati sunt, habent litteras vicecomiti Berk' quod ponantur per ballium. Teste rege apud Dinnesl' secundo die Aprilis.

De venacione regis salienda et carianda.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod venacionem quam Willelmus Luvel et Henricus de Candevr' capient in foresta de Axiholt ad opus regis, et quam ei liberabunt, bene saliri et cariari faciant usque London', ita quod sit ibi ad ultimum in vigilia Pasche ; et rex, cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Sanctum Albanum secundo die Marcii (*sic*).

Et mandatum est custodi prefate foreste quod ipsos venatores admittat ad x. brokettos capiendos ad opus regis. Teste ut supra.

De brokettis capiendis ad opus regis.—Rex mittit eosdem usque forestam de Braden' ad capiendum in ea alios x. brokettos ad opus regis contra idem festum. Et mandatum est custodi ejusdem foreste quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

De venacione salienda et carianda.—Et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod venacionem quam iidem venatores ei liberabunt saliri et cariari faciat, ut supra ; et rex, cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

De ca[m]panis ad capellam regis in Turri Londonie.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod emi faciet duas parvas campanas, et eas liberet constabulario Turris Londonie ponendas in capella ejusdem Turris. Teste ut supra.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est Roberto de Dacre quod de vinis regis que sunt apud Crucem Roesie faciet habere uxori Galfridi Gascelin unum dolium, de dono regis. Teste rege apud Sanctum Albanum iij. die Aprilis.

Pro Hugone Franc', Ingeramo de Percy, et R. de Soning'.—Quia Hugo Franc', Ingeramus de Percy et Robertus de Soning' nuper de precepto regis contra Carniprivium proximo preteritum ceperunt octo damas in foresta regis Essex' extra parcum, mandatum est Ricardo Fillol, senescallo predicte foreste, quod ipsos propter hoc non occasionet. Teste ut supra.

De pane emendo ad opus regis contra Pascha.—Mandatum est ballivis Sancti Albani quod in villa sua fieri faciant ad opus regis c. solidatas boni panis et pulcri, videlicet iiij. panes ad denarium, et panem illum cariari faciant usque Westmonasterium, ita quod sit ibi die Veneris proxima ante instans festum Pasche ; et rex custum et cariagium eis reddi faciet. Teste ut supra.

De roboribus ad operaciones de Freimantel.—Mandatum est Roberto de Edmundestrop', ballivo de Freimantel, quod in foresta regis ibidem permittat Petrum de Londonia, custodem operacionum regis ibidem, capere robora per visum forestariorum et viridariorum ad operaciones

1251.

predictas, et quod roget illos qui habent boscos vicinos infra regardum foreste quod dent regi aut vendant ad bonum forum hujusmodi robora, et quod permittat ipsum Petrum capere in gravis regis propinquioribus virgas ad operaciones predictas, prout viderit expedire. Teste ut supra.

De denariis ad privatam elemosinam regis.—Mandatum est vicecomiti Hertfordie quod visis litteris faciat habere ipsi regi x. libras de exitibus comitatus sui ad privatam elemosinam ; et rex illas ei faciet allocari. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Salceto faciat habere priorisse et monialibus de Cateby xxx. quercus cum escaetis suis ad reedificacionem domorum suarum nuper incendio devastatarum, de dono regis. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Rex respectum dedit magistro hospitalis Sancti Bartholomei de Smethefeud' de Wollaveston' usque ad quindenam Pasche de expeditacione canum, et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod respectum illum habere permittat, et averia sua ei interim deliberet. Teste ut supra.

Pro electo de Persore et hominibus suis.—Rex ad instanciam E. prioris de Coges, electi de Persore, dedit respectum hominibus et tenentibus abbacie de Persore de tallagio super eos assiso racione custodie ejusdem abbacie in manu regis existentis et de omnibus aliis districtionibus et demandis usque a die Pasche in unum mensem, ita tamen quod tunc dictum tallagium et alia eidem regi debita promta habeat ; et mandatum est Henrico de Wengham', custodi ejusdem domus, quod sic permittat etc. Teste rege apud Sanctum Albanum iiij. die Aprilis.

De providencia panis contra Pascha.—Mandatum est ballivis de Wautham' quod fieri faciant in villa sua ad opus regis contra instans festum Pasche triginta libratas boni panis et pulcri et quatuor panes ad denarium, et ipsum panem cariari faciant usque Westmonasterium, ita quod sit ibi die Veneris proxima ante festum predictum ad ultimum, et custum ipsius panis et cariagium eisdem solvi faciet. Teste rege apud Sanctum Albanum v. die Aprilis anno regni nostri xxxv.

Mandatum est ballivis de Kingeston quod fieri faciant in villa sua ad opus regis contra instans festum Pasche quatuor libratas boni panis et pulchri et quatuor panes ad denarium, et panem illum cariari faciant usque Westmonasterium, ita quod sit ibi ad ultimum die Veneris proxima ante festum predictum ; et custum et cariagium eisdem reddi faciet. Teste rege ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Londonie quod habeant triginta libratas boni panis et pulcri, et quod promptus sit die Jovis ante Pascha, et custum eisdem solvi faciet. Teste rege, ut supra.

Pro executoribus testamenti Johannis de Middelham'.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquirat quantum Johannes, qui fuit persona ecclesie de Middelham', posuit in operacionibus gayole regis Eboraci

1251.

et capelle supra eandem constructe quas fieri fecit per preceptum regis ; et cum rex per inquisicionem illam hoc ei constiterit precium operacionum predictarum executoribus testamenti ipsius Johannis sine dilacione solvi faciet, et cum rex quantitatem precii illius sciverit illam ei allocari faciet. Teste rege ut supra.

Pro monachis de Tyleteya.—Mandatum est vicecomiti Essex' et Hertford' quod manuteneat, protegat et defendat libertates abbatis et monacorum de Tilliteye eis a predecessoribus regis concessas et ap (*sic*) ipso rege confirmatas, sicut libertatibus eisdem hucusque usi sunt. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Alanus filius Willelmi, captus et detentus in prisona regis de Salopia pro morte Reginaldi de Gauchi, unde apellatus est, habet litteras domini regis vicecomiti Salopie ut ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Johanne de Trocham' et Agnete, uxore ejus, Ada Carpenter et Dionisia, uxore ejus.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod demandam quam facit Johanni de Trocham' et Agneti, uxori [ejus], de dimidia marca pro defalta, et demandam quam facit Ade le Carpenter et Dionisie, uxori ejus, de dimidia marca pro eodem, per summonicionem Scaccarii regis, ponat in respectum usque ad octabas Clausi Pasche, et averia sua, si que hac occasione ceperit, interim deliberet. Teste rege apud Westmonasterium vij. die Aprilis. Per Eduuardum de Westmonasterio.

Pro militibus assignandis ad vendicionem subboscorum.—Quia non fuit intencionis regis, quando G. de Langel', justiciario foreste, super vendicione subboscorum scripsit, quod iidem subbosci venderentur ante festum Sancti Michaelis in comitatu Suht' nisi antea id fieri commoditas temporis postularet, mandatum est vicecomiti Suht' quod averia, que cepit pro eo quod milites non vendiderunt predictos subboscos nec eos succidi fecerunt, sine dilacione deliberari faciat usque ad festum predictum, et eosdem milites interim non distringat occasione predicta. Teste ut supra.

Mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Lancastrie quod priori de Lancastria faciant habere carucas suas et instaurum suum et blada et alia bona sua que sunt in manu regis, racione custodie prioratus quam rex habuit ante adventum predicti prioris. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Aprilis. [*Entry cancelled.*]

Pro priore de Lancastria.—Mandatum est Thome de Stanford' et coescaetori suo in comitatu Lancastrie quod habere faciant priori de Lancastria carucas, instaurum, blada et alia bona sua existencia in custodia vestra et in manu nostra [de quibus hucusque ullam distraxionem feceritis ad opus nostrum *cancelled*]. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Aprilis etc.

De pisce emendo apud Wincheles' ad opus regis.—Mandatum est ballivis de Wincheles' quod in villa sua emant ad opus [suum *cancelled*]

1251.

regis xx. summas de plays et mmm. merlingorum et ccc. congros recentes vel pudratos, et etiam quicquid boni piscis invenerint ibidem similiter emant per visum Rogeri Galiote, quem rex mittit pro predicto pisce, providentes quod rex piscem illum habeat apud Westmonasterium contra instans festum Pasche; et rex cum sciverit custum, illud eis faciet allocari. Teste ut supra.

Pro priore Sancti Switthuni Wintonie et hominibus suis.—Mandatum est vicecomiti Berks' quod districtionem quam facit priori Sancti Swythuni Wintonie et hominibus suis de Wluricheston' pro quibusdam amerciamentis in que coram justiciariis regis inciderunt, ponat in respectum usque a die Pasche in xv. dies. Teste ut supra.

De scrutinio nunciorum Scocie apud Dovoriam.—Mandatum est ballivis portus Dovorie quod Guidoni de Normannevill' et Willelmo Anglico, nunciis A. regis Scocie, salvum et festinum passagium habere faciant, et si aliqui alii procuratores nuncii de Scocia in revertendo a curia Romana per ipsos transitum fecerint, eos scrutentur diligenter reservantes et arestantes si que contra predictum regem et suos magnates invenerint, donec rex aliud inde mandaverit. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Rogerus Aveline, detentus in prisona Norwici pro morte Roberti de Wording', unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Norff' quod ponatur per ballium. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Aprilis.

De operacionibus et operariis castri regis Gloucestrie.—Mandatum est Johanni le Flemeng' quod muros castri Gloucestrie reparari et operariis ejusdem stipendia sua reddi faciat, tam de arreragiis comitatus Gloucestrie quam de arreragiis de La Berton', et quod liberaverit de firma de La Berton' rex ei faciet allocari. Teste ut supra.

De cadaveribus ferarum apud Havering' extrahendis.—Mandatum est ballivo de Havering' quod omnia corpora ferarum mortuarum et porcorum que sunt in parco de Havering' putrescencia extrahi et illa per visum et testimonium legalium hominum infodi faciat; et rex custum ei faciet allocari. Teste ut supra.

[m. 15.] *De placitis Suff' resumendis coram magistro W.* (sic) *de Wauton' et G. de Preston'.*—Mandatum est vicecomiti Suff' quod omnia placita que per preceptum regis remanserunt placitanda coram justiciariis ultimo itinerantibus in comitatu predicto ad communia placita cum brevibus originalibus et omnimodis atachiamentis suis venire faciat coram Gilberto de Preston' et magistro S. de Wauton' apud Cateshull' in quindena Pasche; quia rex ipsos justiciarios suos ad hoc assignavit. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Aprilis.

Pro abbatissa de Shaftesbur'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat abbatissam de Schaftesbur' per visum forestariorum et viridariorum regis capere iiij^{xx} quercus ad maeremium in bosco ipsius abbatisse de Culminton', qui est infra metas foreste

1251. regis de Selewod'; permittat etiam eandem abbatissam capere quolibet die iiij[or] summagia de busca ad focum in foresta de Gillingham', sicut ea habere consuevit. Teste ut supra.

De acquietacione prostracionis murorum de la Parroc et cariagio.—Mandatum est vicecomiti Suhamptonie quod de exitibus comitatus sui acquietet prostracionem murorum de la Parrok et cariagium eorundem murorum ad castrum regis Wintonie; et rex custum quod ad hoc posuerit per visum etc., cum illud sciverit, ei faciet allocari. Teste rege apud Merton' xx. die Aprilis.

De operacionibus Novi Castri subtus Limam.—Mandatum est Jacobo de Audithel', constabulario Novi Castri subtus Lymam, quod per visum vicecomitis Staffordie et aliorum proborum hominum, ponat in reparacione ejusdem castri, ubi plus necesse fuerit, usque ad summam xx. librarum; et rex illas ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Waltero Biset et plegiis suis.—Rex perdonavit Waltero Biset omnes transgressiones quas fecit in foresta de Shirewod', tam de viridi quam de venacione et vasto bosci usque ad Pascha anno xxxv.; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum nec plegios suos propter hoc occasionet, set ipsos inde quietos esse faciat; et xij. acras terre de essarto in Ludham' quas cepit in manum regis eidem Waltero rehabere faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De capa breudata data electo de Persora.—Mandatum est Eadwardo Westm' quod Elerio, electo de Persora, faciat habere unam capam brudatam pulcram cum amito decenti ad tantum virum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Fekenham' faciat habere Elerio, electo de Persora, sex damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Axiholt quod in eadem foresta faciat habere Petro de Rivall' tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De fustis ad operaciones de Freymantel.—Mandatum est custodi foreste de Pember' quod in eadem foresta faciat habere Henrico de Ferleg', vicecomiti Suht', et magistro G. carpentario regis, c. fusta cum escaetis ad maeremium ad operaciones de Freimantel faciendas. Teste rege apud Merton' xx. die Aprilis.

De expeltacione (sic) *canum.*—Mandatum est G. de Langel', justiciario, quod districcionem quam facit super abbatem de Binedon' et homines suos de Pulham' in comitatu Dorsete pro expeditacione canum ponat in respectum usque ad Pentecostem anno xxxv. Teste ut supra.

Pro Gerardo de Rodes.—Rex respectum dedit Gerardo de Rodes de xxx. libris que ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii de

1251.

veteri debito de prestito in Hibernia usque a die Sancti Michaelis in unum mensem ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ei eundem respectum habere faciant. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod in parco regis de Clinkr' habere faciat L. Dublin' archiepiscopo vij. damas et iiij. damos, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Cannok' faciat habere fratri Roberto de Saunford', quondam magistro milicie Templi in Anglia, septem damas et tres damos, de dono regis.

De expeditacione canum.—Prior de Merton' habet respectum de expeditacione canum suorum et hominum suorum usque ad quindenam Sancti Johannis Johannis (*sic*) Baptiste. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Willelmus le Curteis, Johannes le Cambere, et Rogerus de Budon', capti et detenti apud Northampt' pro morte Hugonis de Brunne, habent litteras vicecomiti Northamptonie quod ponantur in ballium, usque ad primam assisam. Teste ut supra.

De Philippo de Leddred' cariando usque Neugat'.—Mandatum est ballivis de Kingeston' quod Philippum de Ledrede, captum et detentum in prisona de Kingeston' pro morte uxoris sue quam interfecit, ut dicitur, secure et caute cariari faciant usque Neugate apud Lond' et ipsum custodi gaole de Neugate liberent. Teste ut supra.

Et mandatum est custodi gaole de Neugate quod ipsum recipiat et salvo custodiat. Teste ut supra.

Pro electo de Persora et hominibus suis.—Quia rex vult quod super contencionibus ortis inter abbatem Westmonasterii et electum de Persora et eorum homines in balliva [tua *cancelled*] vicecomitis Wigornie pax concorditer reformetur quam rex non dubitat reformare, mandatum est eidem vicecomiti quod omnia attachiamenta et districciones hac occasione per ipsum factas vel faciendas hinc inde relaxet usque ad Nativitatem Sancti Johannis Baptiste. Teste ut supra.

De visoribus eligendis ad operaciones regis de Bristollia.—Quia Johannes le Giller et Willelmus de Lychefeud' propter paupertatem et debilitatem suam nequiunt visui operum regis intendere, mandatum est maiori et ballivis Bristollie quod loco eorum alios duos visores eligant, qui possessiones et redditus habeant in villa Bristollie ; et rex vult et concedit quod quatuor visores illi, dum visui illi fideliter intenderint, quieti sint de tallagio et communi secta ; et faciant habere sine dilacione operariis Bristollie pacacionem que eis debetur ; et inveniant fabro regis ibidem que sunt necessaria ad ferramenta facienda ad opera regis ; et de diebus feriatis unus computetur super regem et alius super operarios predictos ; et taliter se habeant quod opera regis non remaneant infecta. Teste rege apud Certes' xxij. die Aprilis.

1251.

De domo ad ferramenta facienda ad operaciones Bristollie et de uno rogo faciendo.—Mandatum est constabulario Bristollie quod inveniat aliquam domum competentem ad fabricandum in ea ferramenta que sunt necessaria ad operaciones regis ; et permittat custodes earundem capere in balliva sua jannum et subboscum ubi ad minus dampnum regis fieri possit ad quendam rogum faciendum ad operaciones predictas. Teste ut supra.

De quercubus ad operaciones Bristollie.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Dene faciat habere custodibus operacionum Bristollie xxv. quercus cum omnibus escaetis ad operaciones predictas ; ita quod omnibus modis escaetas illas habeant ad comodum regis faciendum, prout rex eis injunxit. Teste ut supra. [*Entry cancelled.*] *Quia aliter in rotulo de computabitur.*

De stabulis in castro Gloucestrie reparandis.—Mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod per visum proborum et legalium hominum reparari faciat stabula regis infra castrum Gloucestrie, tam ea que diruta sunt quam que reparacione indiget ; et rex, cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Windes' xxiij. die Aprilis. *Postea habuit breve de computabitur de eadem data.*

Pro abbate de Loco Sancti Eduuardi.—Mandatum est maiori et ballivis Wintonie quod in curia libertates abbati et conventui de Loco Sancti Eduuardi a rege concessas per cartam suam legi et firmiter observari faciant.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Eboraci. Teste ut supra.

Pro Thoma de Ickeworth'.—Mandatum est vicecomiti Suff' quod non distringat Thomam de Ickeworth' ad se militem faciendum usque ad Natale Domini, quia rex ei inde respectum dedit usque tunc. Teste ut supra.

De quadam marscalcia facienda apud Windes'.—Mandatum est custodibus operacionum regis Windes' quod extra castrum regis ibidem prope gardinum regis fieri faciant quandam marscalciam ad opus equorum regis et regine, de iiij^{xx} pedibus in longitudine, vel amplius, prout rex ei injunxit oretenus. Teste ut supra.

De Thoma de Irlond' inprisonando Oxon'.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod Thomam Irlond', quem homines de Sibeford' ceperunt pro eo quod Thomas de Sibeford' ipsum vocat ad warantum de quibusdam pellibus ovium quas, nequiter occisis ovibus, quedam vidua dicit sibi furtive esse sublatas, et ab eisdem hominibus recipiat et in prisona salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De visoribus et custodibus operum de Gannoc et Cestria assignatis.—Rex assignavit Walterum Lyvet, Ricardum Clericum, Johannem Ulkel, juniorem, et Robertum le Mercer, custodes et visores operacionum regis Cestrie, et Johannem Ulkel, juniorem, Bertramum de Salop', Willelmum de Coventr' et Robertum Ucchegrey, custodes et

1251.

visores operacionum regis de Gannoc; et mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod de exitibus ballive sue eisdem custodibus denarios habere faciat ad easdem operaciones faciendas per talliam inde inter eos confectam, prestito sacramento ab eis coram ipso justiciario, quod operacionibus illis diligenter intendent et denarios illos in eis fideliter expendent; et rex, cum sciverit quantum ad hoc liberaverit, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Windes' xxvj. die Aprilis.

De maeremio ad operaciones Cestrie.—Mandatum est Fulconi de Orreby, custodi forestar' (*sic*) Cestrie quod in [eadem *cancelled*] foresta regis de Mara faciat habere custodibus operacionum regis Cestrie maeremium quantum necesse fuerit ad aulam regis ibidem perficiendam per talliam inter ipsos factam de numero quercuum. Teste ut supra.

De forinseco ballio et nova aula Cestrie faciendis.—Mandatum est Alano la Zuche, justiciario Cestrie, quod murum forinseci ballii castri regis Cestrie et novam aulam regis in eodem castro, que incepta sunt, per visum proborum et legalium hominum perfici faciat; et custum quod ad hoc posuerit rex ei faciet allocari. Teste ut supra. *Postea habuit inde breve de computabitur de eadem data.*

De denariis Judaismi liberandis ad aurum emendum ad opus regis.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, quod de primis denariis provenientibus de Judaismo regis faciant habere Aaron filio Abrahe, et Elye Episcopo, Judeis Lond', quater xx. et xvij. marcas et dimidiam ad aurum inde emendum ad opus regis; et hoc non omittant. Teste ut supra.

Pro priorissa de Winteneya.—Mandatum est custodi foreste de Everl' quod xl. quercus, que nuper priorisse de Winteneye date fuerunt infra metas foreste regis de Everl', permittat ipsam priorissam cariare per eandem forestam usque domum suam sine impedimento et occasione cheminagii. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Porecestria priori Sancti Swithuni Wintonie xx. quercus [habere faciat] ad maeremium, ubi ad minus nocumentum ejusdem foreste capi poterunt. Teste ut supra.

Pro Johanne le Gras.—Rex pro x. libris quas Johannes le Gras recepisse debuit ad Scaccarium Pasche anno etc. xxxv^to^ de annuo feodo suo x. librarum perdonavit ei x. libras de debito quod debet Bonenfant' de Exonia, Judeo; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod ipsum Johannem apud prefatum Judeum de predictis x. libris quietum esse, et illas eidem Judeo in tallagio suo faciant allocari. Teste ut supra.

De una quercu data.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod faciat habere priorisse de Bromhal' unam quercum cum escaetis suis ad maeremium in foresta de Windles', de dono regis. Teste ut supra.

1251.

Pro Leodegario, capellano hospitalis Sancti Jacobi extra Cycestriam.—Mandatum est vicecomiti Sussex' quod si xvij. solidi et iiij. denarii restent reddendi Leodegario, capellano, pro cantaria in hospitali Sancti Jacobi extra Cycestriam de tempore suo, tunc ipsos denarios ei sine dilacione solvat, et rex illos ei faciet allocari. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Chippeham faciat habere Theobaldo de Englescheviil' tres quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Windles' xxvij. die Aprilis.

De quercubus ad cameram Eduuardi filii regis.—Mandatum est Avicie de Columbariis, custodi foreste de Cette, quod in eadem foresta faciat habere constabulario de Lutegarshal' xl. quercus ad maeremium ad cameram Eduuardi filii regis ibidem construendam. Teste ut supra.

Pro hominibus de Castr'.—Rex reddidit hominibus suis de Castr' manerium et mercatum ejusdem ville de Castr', que rex capi precepit in manum suam, tenenda pro eadem firma pro qua ea prius tenuerunt; et mandatum est vicecomiti Lincolnie quod eisdem hominibus de predictis manerio et mercato plenam seisinam habere faciat, sicut predictum est. Teste ut supra.

De malefactoribus capiendis.—Mandatum est vicecomiti Salopie et Staffordie quod per sacramentum etc. tam militum quam aliorum inquirat de malefactoribus et receptatoribus eorundem; et quos inde culpabiles invenerit capiat et in prisona regis salvo custodiat, donec etc. Teste ut supra apud Wind' xxviij. die Aprilis.

Pro fratribus minoribus Salopie.—Mandatum est vicecomiti Salopie quod de calce regis de Monte Gilberti que est in custodia sua faciat habere fratribus minoribus l[a] quarteria ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

De haya de Beskewod' commissa.—Rex commisit Radulfo filio Nicholai haiam suam de Beskewod' custodiendam quamdiu regi placuerit; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod haiam illam ei liberet custodiendam, sicut predictum est. Teste ut supra.

Et mandatum est eidem quod eundem Radulfum, constabularium castri Notingh', permittat capere mortuum boscum et cablicium in predicta haya ad focum suum in eodem castro, sicut constabularii regis ibidem prius capere consueverunt. Teste ut supra.

Pro priore et conventu de Lenton'.—Et mandatum est eidem G. quod permittat priorem et conventum de Lenton' capere mortuum boscum in predicta haia de Beskewod' secundum propositum carte sue quam inde habent prout hucusque racionabiliter habere usi sunt. Teste ut supra.

De reparacione castri Herefordie.—Mandatum est vicecomiti Herefordie quod per visum et testimonium legalium hominum de

1251.

comitatu tuo (*sic*) reparari faciat duos pontes regis apud Herefordiam, videlicet, unum extra magnam portam castri et alterum extra portam ballii ejusdem castri, et duas gaolas in eodem ballio et domos in magna turri regis ibidem similiter reparari et murum castri retro coquinam ejusdem refici faciat ; et rex, cum sciverit custum quod ad hoc posuerit, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Windes' xxix. die Aprilis.

De cariagio plumbi.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod id quod remansit apud Norht' de xx. carratis plumbi, quas ballivus de Pecco illuc venire fecit per preceptum regis, sine dilacione cariari faciat usque Windes', liberandas custodibus operacionum regis ibidem ; et rex custum cariagii ei faciet allocari. Teste ut supra.

[m. 14.] *Pro comite de Ferariis.*—[Mandatum est vicecomiti Lancastrie quod permittat *cancelled*]. Rex concessit Willelmo de Ferrariis, comiti Dereb', uni heredum comitis Ranulfi [inter Rybbel' et Meres' *cancelled*] quod habeat servientes suos ad pacem conservandam inter Rybbel' et Meres', sicut predictus Ranulfus, quondam comes Cestrie [dum superstes fuit *cancelled*] tempore suo illos habere consuevit ; et mandatum est vicecomiti Lancastrie quod ipsi eandem libertatem habere faciat, et ipsum comitem in eisdem libertatibus et aliis quibus predictus comes Ranulfus tempore suo usus est manuteneat et defendat. Teste rege apud Windles' xxix. die Aprilis per ipsum regem. Postea sic correctum fuit per Johannem de Lexinton.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Bedefordie quod in pleno comitatu suo loco Galfridi de Brettevill', quondam coronatoris regis ejusdem comitatus, qui mortuus est, eligi faciat alium coronatorem, qui prestito sacramento etc.

Pro Jacobo de Grafton'.—Rex ad instanciam Thome, quondam comitis Flandr', remisit Jacobo de Grafton' culpam receptamenti malefactorum foreste que ei inponebatur, pro qua traditus fuit in ballium usque ad adventum justiciariorum foreste in comitatu Norht' ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsum et plegios suos penitus inde quietos esse faciat. Teste rege apud Keniton' primo die Maii.

Mandatum est Godefrido de Liston', ballivo de Keninton', quod parietem inter cameram et capellam regine apud Keninton' fieri faciat equalem, ita quod pars inferior parti respondeat superiori, et caminum in garderoba regis emendari et barras [*unfinished*]. *Quia aliter in rotulo de Liberate.*

De ponendo per ballium.—Bertinus Caperun, Daniel Caperun, Stephanus de Bures et Rogerus Wombe, detenti in prisona B. Cant', archidiaconi de Meidenestan', pro morte Johannis le Porter, unde appellati sunt, habent litteras vicecomiti Kancie quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Radulfus de la Stan', Godefridus de la Stan', Radulfus filius Fulconis, et Willelmus filius Fulconis, detenti in predicta prisona pro morte ejusdem Johannis, unde appellati sunt, habent literas eidem vicecomiti quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

1251.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod Radulfo de Godmanneston', custodi manerii regis de Gillingh' robam hac vice habere faciant, sicut ad talem servientem pertinet. Teste ut supra.

De operacionibus de Keninton'.—Mandatum est Godefrido de Lyston', custodi manerii de Keniton', quod portam illam que est inter aulam nostram de Keniton' et cameram nostram ibidem et aliam portam que est ante hostium garderobe nostre altiores et decentiores fieri faciat ; et custum quod ad hoc posuerit per visum et testimonium etc. cum rex illud sciverit ei faciet allocari. Teste rege apud Westmonasterium secundo die Maii. *Postea habuit inde breve de computabitur.*

Pro Reginaldo filio Petri.—Reginaldus filius Petri reddidit regi in festo Invencionis Sancte Crucis apud Westmonasterium unum falconem gentilem quem regi debuit de debito patris sui ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Reginaldum de predicto falcone quietum esse faciant. Teste ut supra iiij. die Maii.

De parco Norhampt' claudendo.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod claudere faciat parcum regis de Norht' ; et rex, cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

De escaetore substituto loco alterius.—Rex constituit Simonem de Ribbeford' escaetorem suum in comitatu Wigornie loco Henrici de Penebrug', quem rex deposuit ; et mandatum est eidem Simoni quod prestito sacramento coram vicecomite loci et Henrico de Wengh', escaetore regis, officio escaetoris regis in eodem comitatu una cum eodem Henrico diligenter intendat. Teste ut supra.

Hybernia. De denariis mittendis.—Mandatum est Willelmo le Brun et ceteris baronibus scaccarii Dublin' quod omnes denarios qui venerunt ad scaccarium Dublin' ad opus regis usque ad festum Pasche anno etc. xxxv. sine dilacione mittant usque Cestriam, liberandos ibidem abbati Sancte Werburg' Cestrie, cui mandavit rex quod illos recipiat et reservet ad opus regis, donec aliud inde preceperit, exceptis mille marcis quas maiori et civibus Burdeg' assignavit pro debitis in quibus rex eis tenebatur, et retentis penes se denariis quos receperit de termino Pasche proximo preteriti. Teste rege apud Westmonasterium v. die Maii.

Et mandatum est dicto abbati quod denarios illos recipiat et salvo custodiat, donec rex aliud inde mandaverit. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Willelmus de Castro de Brug', detentus in prisona regis de Brug' pro morte Reginaldi de Gaugy, unde appellatus est, habet litteras vicecomiti Salopie quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De abbacia Evesham'.—Rex recepit fratrem Henricum, quondam monachum Evesham', in abbatem Salopie, et ei reddit abbaciam ejusdem loci cum pertinenciis ; et mandatum est vicecomiti Salopie

1251.

et Staffordie quod eidem Henrico, tamquam abbati, de eadem abbacia et omnibus terris et possessionibus ad eandem spectantibus plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra.

Et mandatum est eodem modo A. la Zusch', justiciario Cestrie, excepta abbacia. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Lancastrie et Cantebrigie. Teste ut supra.

Et mandatum est J. filio Alani quod ipsum Henricum liberam administracionem habere permittat de terris et possessionibus ad eandem abbaciam spectantibus in potestate sua. Teste ut supra.

De comitatu Herefordie commisso.—Rex commisit Hugoni de Kinardel' comitatum Herefordie, ad respondendum inde ad Scaccarium de l[a] marcis per annum pro proficuo ejusdem comitatus de tempore quo fuit vicecomes regis ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste ut supra.

Pro R. Lincolniensi episcopo.—Rex relaxavit R. Lincolniensi episcopo libertatem et mercatum suum de Biccleswad' que vicecomes Bedefordie cepit in manum regis eo quod homines ejusdem ville non ostenderunt mensuras suas nec venerunt coram ballivis regis mercatorum ; et mandatum est eidem vicecomiti quod eidem episcopo eandem libertatem cum mercato predicto rehabere faciat. Teste ut supra.

De denariis liberatis in garderoba.—Radulfus Oyldebuf liberavit in garderoba regis P. Chaceporc', custodi ejusdem garderobe, die Sabbati in festo Sancti Johannis ante portam Latinam apud Westmonasterium quinque marcas de fine quem villata Sancti Neoti fecit cum rege coram marescallo regis in ultimo transitu regis per partes illas pro transgressione mensurarum ; et mandatum est vicecomiti Huntedonie quod ipsam villatam de predictis quinque marcis quietam esse faciant. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumerc' et Rogero Scissori quod uxori Guiberti de Rue unam robam integram, videlicet tunicam, supertunicam et pallium cum furrura experiolorum et penula de bissis et unam capam de bludo de Ipro hac vice de dono regis habere faciant. Teste ut supra.

De assisa capienda.—Mandatum est Rogero de Thurkelby quod hac die Lune proxima post festum Sancti Johannis ante portam Latinam, associatis ei quos viderit associandos, sit apud Lamehuth' ad assisam nove disseisine capiendam quam Walterus de la Sond' arramiavit coram J. de Cobeh' qui mortuus est, versus G. de Braibof de tenemento in Dorking', quia idem Johannes eosdem diem et locum assignavit ad assisam illam capiendam. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis et custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod prisones quos ballivi Radulfi filii Nicholai de Dadinton' ei liberabunt ab eis recipiat et salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

1251.

De vivario de Darnehal' reparando.—Rex mittit fratrem Johannem de Waverl', conversum, usque Dernhal' ad sustentandum essewium stagni vivarii regis ibidem ad minus custum quo sustentari poterit usque ad xl^{am} proximo futuram ; et mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod eidem fratri necessaria inveniat quamdiu ibidem fuerit, et quod hac estate attractum petre faciat ad predictum stagnum stabiliter faciendum in estate proximo futura ; et quod assignet probos et legales homines qui una cum eo operaciones illas custodiant, et videant quod denarii quos idem justiciarius eis liberabit fideliter expendantur ; et mandatum est Fulconi de Orreby quod ad hoc intendat, et de boscis qui sunt in custodia sua ea que ei fuerint necessaria ad hoc inveniat. Teste ut supra.

Et mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod ipsum fratrem ad hoc admittat ad providendum et ordinandum qualiter stagnum illud possit salvari usque ad xl^{am} proximo futuram, et eidem fratri dum ibi fuerit ob negocium predictum necessaria et denarios ad hoc inveniat per visum proborum et legalium hominum, et hac estate attractum lapidis faciat ad reparacionem illius stagni ; et rex cum sciverit quantum ad hoc posuerit, illud ei faciet allocari. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter in rotulo de Liberate.*

De visu operacionum.—Rex mittit Petrum de Mungomery usque Gannoc ad videndum et custodiendum operaciones regis ibidem una cum aliis visoribus regis earundem operacionum ; et mandatum est A. la Zusch', justiciario Cestrie, quod ipsum ad hoc admittat. Teste ut supra.

De prisonibus recipiendis et custodiendis.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod Johannem Godwon, Willelmum, fratrem ejus, et Aliciam, matrem ipsorum, captos pro suspicione, quos Robertus de Sampford' ei liberabit per preceptum, ab eo recipiat et in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem, loco Henrici filii Roaldi, quondam coronatoris regis, qui mortuus est, eligi faciat unum coronatorem, qui prestito sacramento etc.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Bernewod' faciat habere Johanni de Crachal' quatuor quercus ad maeremium, de dono regis, cum escaetis suis. Teste ut supra.

Pro decano et capitulo Eboraci.—Rex respectum dedit decano et capitulo Eboraci de demanda, quam facit per summonicionem Scaccarii de catallis fugitivorum et waviis, a festo Ascenscionis Domini anno xxxv. usque in unum annum completum. Teste ut supra.

Pro Osberto de Crumelin.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod quamdiu Osbertus de Crumelin fuerit viridarius regis in foresta de Fekeham' ipsum non ponat vel poni permittat in assisis, juratis vel recognicionibus aliquibus. Teste ut supra.

1251.

Hybernia. De execucione testamenti.—Quia Nicholaus de Saunford' et coexecutores testamenti Willelmi de Vallibus, quondam viri Alienore de Ferrariis, unius heredum W. Mar', quondam comitis Pembr', fecerunt regi securitatem de debitis in quibus idem Willelmus regi tenebatur reddendis in Anglia, mandatum est justiciario Hybernie quod omnes exitus quos percepit ad opus regis de porcione ipsum Willelmum racione uxoris sue predicte contingente de hereditate que fuit predicti comitis in Hybernia, a tempore quo predictam hereditatem ipsius comitis omnibus heredibus suis proporcionaliter reddi precepit, videlicet a vicesimo octavo die Junii anno etc. xxxij° [usque ad mortem ipsius Willelmi *cancelled*], eisdem executoribus integre restitui faciat ad execucionem prefati testamenti inde faciendam. Teste rege apud Westmonasterium ix. die Maii. Per R. filium Nicholai.

De quarellis liberandis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod de quarellis regis qui sunt in custodia sua liberet J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, vel ejus certo nuncio, xij. milia quarellorum. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Willelmo de Edricheston'.—Mandatum est vicecomiti Wigornie quod quamdiu fuerit coronator regis in partibus Warr' non ponatur (*unfinished*).

Rex concessit Willelmo de Edricheston quod quamdiu fuerit coronator regis in partibus Warr' non ponatur in assisis, juratis vel recognicionibus ; et mandatum est vicecomiti Wigornie quod ipsum inde interim quietum esse faciat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wigornie etc.

Pro Bartholomeo Pecche.—Rex concessit Bartholomeo Pecche quod preter x. libras quas regi soluisse debuit per dimidium anno (*sic*) pro custodia comitatuum regis Sumersete et Dorsete de tempore suo, et quas rex ei perdonavit pro custodia castrorum de Corf' et Shireburn' quam habuit antequam rex commisisset ei comitatus predictos, habeat omnia que H. de Vivonia, quondam vicecomes eorundem comitatuum per tantum temporis percipere consuevit, tam de corpore comitatuum illorum quam de proficuo eorundem pro custodia predictorum comitatuum et castrorum ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod sic fieri et inrotulari faciant. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Maii. Per R. filium Nicholai.

[m. 13.] *De pluribus tradendis per ballium pro transgressione foreste.*—Willelmus Scot, Henricus Pistor, Hamo Carettarius, Amfridus Portarius, Joscelinus de Hod, Johannes le Bracur, Henricus de Carleton', et Bartholomeus le Cokewald', detenti in prisona Eboraci pro transgressione foreste, habent litteras Galfrido de Langel' quod tradantur per ballium usque ad adventum justiciariorum foreste ad partes illas. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Maii.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est Roberto de Dacr' quod de vinis regis apud Suhampton' faciat habere Beatrici, uxori magistri Ricardi, coci regis, unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

1251.

De stagnaria regis.—Mandatum est Waltero de Wath', quondam vicecomiti Devonie, quod stagnariam regis et clavem ejusdem liberet, Willelmo de Englefeud', cui rex commisit comitatum Devonie una cum ipsa stagnaria, ut inde respondeat ad Scaccarium. Teste ut supra.

De maneriis extendendis et approiandis (sic).—Rex mittit usque maneria sua de Boudun et Havereberg' fratrem E., electum de Persour', et Ricardum Ruffum ad extendendum et approbandum eadem maneria, et ad faciendum inde comodum regis, prout viderint expedire ; et mandatum est vicecomiti Leycestrie quod maneria illa eis liberet, et eis in predictis sit consulens et auxilians, et venire faciat coram eis liberos et legales homines per quorum sacramentum dictum negocium melius possit expediri, ut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De passibus videndis in Wallia.—Mandatum est Johanni le Estrange quod una cum Willelmo de Oddingesel', cui rex super hoc scripsit, eat usque Kery et Kedewy ad videndum si passus infra boscos Oweni filii Mereduc' et Oweni filii Hoel' ibidem sint boni et satis ampli ad securitatem transeuncium ; et si passus ipsos sufficienter largos invenerit, tunc non permittat quod homines de Monte Gomery faciant vastum de boscis illis vel aliorum libere tenencium occasione passuum predictorum ; ne amplius etc. Teste ut supra.

Pro hominibus P. de Sabaudia.—Mandatum est maiori et ballivis Lincolnie quod demandam quam faciunt per summonicionem Scaccarii hominibus P. de Sabaudia de honore Richemundie pro thelonio, ponant in respectum usque ad quindenam Sancti Michaelis anno xxxv., nichil inde ab eis interim exigentes. Teste ut supra.

De cervis capiendis.—Rex mittit Philippum de Candevr' et Ricardum de Candevr', venatores regis, ad capiendum in foresta regis de Kenefar' et Chacepel x. cervos ad opus regis ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra.

Pro Isabella de Muscamp'.—Quia Isabella de Muscamp' non habet certam dotem sibi assignatam in chacia de Chivyet que fuerunt (*sic*) Roberti, quondam viri sui, ut dicit, mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod in eadem chacia per certas metas et divisas racionabilem dotem assignari faciat, nisi fuerit infra metas foreste regis. Teste ut supra. Per J. Mansel.

Pro Reginaldo de Moun.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod demandam xl. solidorum de tallagio de Greiwell' quam facit Reginaldo de Moun per summonicionem Scaccarii ponat in respectum usque xv^nam^ Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Audithel'.—Rex concessit Nicholao de Audithel', rectori ecclesie de Wolstaunton', quod habeat ab hominibus regis, parochianis suis, decimas feni ad ecclesiam predictam de jure spectantes ; et mandatum est Jacobo de Alvithel', ballivo Novi Castri subtus

1251. Limam quod ipsum Nicholaum easdem decimas sic habere permittat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quercubus ad reparacionem castri de Scardeburg'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod faciat habere vicecomiti Eboraci quatuor quercus in haia de Scalleby cum wallura de virgis quantum necesse fuerit ad reparacionem domorum castri de Scardeburc', et quatuor quercus in foresta de Pikering' cum wallura de virgis ubi propinquius castro regis de Pikering' et ad minus dampnum capi poterunt ad reparacionem domorum ejusdem castri. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Maii.

Pro Elyone de Rabayn.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat Elyam de Rabain, cui rex concessit custodiam et maritagium heredum Stephani de Baiocis, habere animalia et pecora sua in foresta nostra de Melkesham' extra landas defensas, sicut antecessores uxoris predicti Stephani ea in predicta foresta habere consueverunt. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lezignan de vendicione subosci.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat ballivos Galfridi (*sic*) de Lezignan' vendere subboscum de boscis de Brampton' et Limunge, qui sunt in custodia ipsius G. sine destruccione. Teste ut supra.

De respectu pro communitate comitatus Cestrie.—Mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod demandam quam facit communitati comitatus Cestrie de misericordia in quam inciderunt coram rege quia non habuit recordum loquele que fuit coram ipso inter Willelmum de Coudray et Ceciliam, uxorem ejus, et abbatem de Deulacresse coram rege, sicut precepit ; et demandam que eidem communitati fit de veniendo extra comitatum Cestrie coram G. de Langel' et sociis ejus, justiciariis foreste, pro transgressione foreste extra comitatum Cestrie ; et similiter demandam quam eidem communitati facit pro auro regine, ponat in respectum usque ad quindenam Pasche proximo futuram, et quod decetero non exigat vel exigi permittat ab hominibus ejusdem comitatus nisi tamen unum bovem pro disseisina, et hoc solummodo de principali disseisitore ; et si homines et averia ejusdem comitatus pro aliquo forisfacto capiantur, eos sine redempcione replegiari faciat, nisi capti sint homines illi per speciale preceptum regis vel pro morte hominis vel pro foresta regis vel pro aliquo alio retto quare de jure non sint replegiabiles. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Maii. Per J. de Lexinton'.

Pro hominibus de Treward'.—Mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod permittat homines regis de Treward' habere easdem consuetudines in boscis suis de Trewarth', quas habere consueverunt tempore Lewelini et David', filii ejus, salvis regi estoveriis de eisdem boscis ad castrum suum de Gannoc. Teste ut supra. Per J. de Lexinton'.

Pro Jareford' filio Gronow et fratribus suis.—Mandatum est eidem justiciario quod Jareford' filio Gronow et fratribus suis assignet

1251. x. acras terre ubi melius viderit expedire in recompensacione terre sue eis ablate in construccione castri sui de Dissard'. Teste ut supra. Per eundem J.

De obsidibus liberandis.—Mandatum est Johanni Extraneo quod obsides quos habet in custodia pro Griffino filio Wennuwen ex commissione regis liberet sine dilacione eidem Griffino. Teste ut supra. Per eundem J.

De execucione testamenti Ricardi le Botiller.—Mandatum est H. de Wengham' quod accepta securitate ab executoribus testamenti Ricardi le Botiler de debitis, si que regi debuerit, reddendis, ipsos de bonis ipsius defuncti liberam administracionem habere permittat. Teste ut supra.

De damo dato.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Whicchewode faciat habere Guidoni de Rocheford' unum damum, de dono regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Roberto de Stopham, custodi foreste de Clarendon', quod in predicta foresta faciat habere Elyoni de Rabayn duos damos, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Maii.

De provisione panis contra Pentecost'.—Mandatum est ballivis de Neubir' quod in villa sua fieri faciant ad opus regis centum solidatas optimi panis et pulcri, et quatuor panes ad denarium, et illum panem cariari faciat usque Wintoniam, ita quod ibi sit die Jovis proxima ante Pentecost' ad ultimum ; et custum ipsius panis et cariagium rex ei solvi faciet. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Andevr' pro centum solidatis panis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Hungeford' de c. solidatis panis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis de Wintonia pro quindecim libratis panis. Teste ut supra.

Rex, si aliquis buscam dederit G. de Langel', justiciario foreste, vel maeremium ad edificandum infra forestam regis de Fekeham' extra dominicum regis, bene concedit quod ea libere capiat et cariari faciat per forestam regis predictam usque manerium suum de Mulcot', quod habetis (*sic*) de dono nostro, ad edificandum ibidem. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De ponendo per ballium.—Willelmus de Furry, captus et detentus in prisona regis Warr' pro morte Roberti le Serjant, unde rettatus est, habet breve vicecomiti Warr' quod ponatur in ballium. Teste ut supra.

Pro G. de Langel'.—Rex, si aliquis G. de Langel', justiciario foreste, dedit vel vendidit buscam vel maeremium infra forestam regis de Fekeham' extra dominicum regis, bene concedit quod ea libere capiat

1251.

et cariari faciat per forestam predictam usque manerium suum de Mulecot', quod habet de dono regis, ad edificandum ibidem. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est Fulconi de Orreby, quod in foresta regis de Wirehal' faciat habere Johanni de Verdun duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De vinis capiendis ad opus regis in nundinis Sancti Botulphi.—Mandatum est Roberto de Dacr' quod in nundinis Sancti Botulfi capiat ad opus regis c. dolia vini et illa liberet vicecomiti Lincolnie carianda quo rex ei injunxit. Et capiat apud Bristolliam iiij[xx] dolia ad opus regis, et ea tradi faciat ballivis regis ibidem similiter carianda quo rex ei injunxit. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Haverhull'.—Mandatum est maiori et vice comitibus Londonie quod permitta[n]t Willelmum de Haverhull', thesaurarium suum, includere quandam placeam in Godrunelan', que se extendit a quadam domo ipsius Willelmi usque ad finem redditus sui in eodem vico de Goderunlan', si placia illa includi possit sine nocumento civitatis et vicinorum. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro R. Cestrensi episcopo.—Mandatum est vicecomiti Noting' quod si R., Cestrensis episcopus, non habeat aliquas terras vel tenementa in balliva sua occasione quorum venire debeat coram justiciariis regis ad placita foreste in comitatu suo, tunc ipsum non distringat ad participandum in communi fine quem homines ejusdem comitatus fecerunt coram justiciariis regis qui ultimo itineraverunt ad placita foreste in comitatu suo pro libertatibus suis habendis. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Maii.

De cervis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Philippum de Candevr' et Ricardum de Candevr', venatores suos, ad capiendum in foresta regis Salopesir' illos x. cervos quos per ipsos capi precepit in forestis de Chacepel et Kenefar'; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod non obstante priori mandato regis ei inde directo ipsos venatores regis ad hoc admittat et hoc predictis venatoribus mandet ex parte regis. Teste ut supra.

Pro Salom' (sic) *de Ralegh'.*—Mandatum est Henrico de Wengham' et coescaetori suo in comitatu Sumersete quod de terra que fuit Simonis de Raleg' in Netelcumb', quam ceperunt in manum regis, eo quod alienata est a serjancia regis, ut dicitur, eidem Simoni plenam seisinam habere faciant, quousque rex aliud inde mandaverit. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De pixibus faciendis.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod fieri faciat duas pixides aureas et decentes, unam scilicet ad portandum cum rege et alteram ad opus regine ad imponendum Corpus Christi in eisdem. Teste rege apud Keniton' xvj. die Maii.

1251.

De cappis et aliis faciendis.—Mandatum est Ade de Basing' quod fieri faciat quandam casulam ad opus regis de levi samito, quam rex proponit dare parochiali ecclesie de Windes', et unam capam de crocco samito ad capellam regis ibidem ; et casulam unde rex ei mandavit fieri faciat cum latis aurifrigiis, et tunicam et dalmaticam in inferiori parte in medio et in superiori parte circumquaque cum latis aurifrigiis modo Romano. Teste rege apud Windes' xvij. die Maii.

Fieri eciam faciat unam capam breudatam leviter et de levi precio de samito, precii x. marcarum ad plus, quam regi habere faciat ad terminum in hac littera regis contentum. Teste ut supra.

Pro abbate Glastonie.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam fieri facit super abbatem Glastonie et homines suos in comitatibus Sumersete, Dorsete, et Wiltes' pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad quindenam Sancti Michaelis proximo futuram. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro abbate de Buffestr'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri precepit quod abbas de Buffestr' et homines sui a tempore fundacionis domus sue semper consueverunt esse quieti de secta facienda ad turnum vicecomitis, preter quam de una carucata terre in Engleburn' pro qua secta debetur, mandatum est vicecomiti Devonie quod ipsos contra usum sue libertatis predicte, nec vexet nec vexari permittat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De pannis ad opus pauperum.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod venire faciant usque Wintoniam pannum de levi precio ad centum lxv. tunicas ad opus pauperum inde faciendas, provisuri quod ibi sit ad ultimum die Jovis proxima ante Pentecost'. Teste ut supra.

De maeremio ad scindulas faciendas.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Shirewod' et in haia de Willeye faciat habere vicecomiti Notingh' maeremium ad operaciones et ad scindulas faciendas in castro de Notingh' per talliam inter ipsum et vicecomitem factam de numero quercuum. Teste ut supra.

Pro R. comite Gloucestrie et Hertfordie.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districtionem quam facit super R. de Clare, comite Gloucestrie, et homines suos pro expeditacione canum, unde idem comes quietus esse debet, ut dicit, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis proximo futurum. Teste rege apud Westmonasterium xviij. die Maii. Per J. Mansel.

Pro priore de Bromholm'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Suff' fieri fecit quod unum mesuagium et vij. acre terre que Johannes Beneyt tenuit in Burgo in Ludingeland', et unus mariscus et decem acre terre que abbas Sancti Benedicti de Hulmo tenuit in eadem villa, et una acra terre et dimidia et due pecie marisci et unum mesuagium que Thomas Flath' tenuit in eadem villa, que sunt de serjancia regis et in manu sua, pertinent ad terram quam prior de Bromholm' nunc tenet in predicta villa, de dono regis ;

1251.

mandatum est H. de Wengh' et coescaetori suo in comitatu Suff' quod eidem priori de predictis terra mesuagio et marisco que sunt in manu regis, salvo jure cujuslibet, plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Roberto le Treur.—Rex concessit Roberto le Treur, servienti suo, mesuagium illud cum pertinenciis in Norwico, excepta parte priorisse de Karhowe quam disracionavit coram justiciariis ultimo itinerantibus apud Norwicum, quod Galfridus le Tanur aliquando tenuit, et quod est in manu regis tamquam escaeta nostra ; et ideo mandatum est vicecomiti Norff' quod eidem Roberto de predicto mesuagio cum pertinenciis, excepta parte predicta, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

R. Lincolniensis episcopus misit [*unfinished*].

De ponendo per ballium.—Gilbertus le Engleys, detentus in prisona regis Warr' pro morte Ricardi le Wite et Alicie, uxoris ejus, et Agnetis, uxoris (*sic*) ejus, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Warr' quod ponatur per ballium.

Pro Auda de Boeles.—Rex concessit domicelle Aude de Boeles, quod in manerio suo de Bolewell' quod est infra metas foreste regis de Shirewode assartare possit xiij. acras mensuratas per perticam regis, ubi ad minus nocumentum foreste predicte assartari possint in eodem manerio. Et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod prefatam Audam prefatas xiij. acras assartare permittat, sicut predictum est. Teste rege apud Windles' xx. die Maii. Per ipsum regem.

De robis datis.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod Magistro Henrico et Roberto fratri ejus, filiis G. de Langel', justiciarii foreste, hac vice robas habere faciant, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Shirewode faciat habere Roberto le Noreys x. quercus ad maeremium, ad reparacionem domorum Radulfi filii et heredis Roberti de Sancto Georgio, cujus custodiam habet, de dono regis.

Pro abbate de Sancto Albano et hominibus suis.—Mandatum est vicecomiti Hertfordie quod demandam quam facit abbati de Sancto Albano et hominibus suis de finibus et amerciamentis factis coram rege in itinere suo pro transgressionibus mensurarum, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxxv. Teste ut supra.

Pro capitulo Wellensi.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod demandam quam facit capitulo Wellensi pro expeditacione canum ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis anno etc. xxxv^to^. Teste ut supra.

1251.

De bordo emendo.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod duo miliaria bordi Estrensis apud London' emi et illa liberari faciat custodibus operacionum regis de Windes', carianda ibidem per carectas regis ad easdem operaciones faciendas ; et custum etc. rex ei reddi faciet. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De denariis liberatis in garderoba.—Homines de War' liberaverunt in garderoba regis xl. solidos die Dominica ante Ascensionem Domini apud Wind', per quos finem fecerunt cum rege pro transgressione mensurarum ; et mandatum est vicecomiti Hertfordie quod ipsos propter hoc non distringat. Teste ut supra.

De pluribus inveniendis in capella de Windleshour'.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod regi habere faciat in nova capella sua apud Windes' unum missale, unum breviarium collectare capitulare et impnarium, duo antiphonaria, duo salteria, duo gradalia et troparia, unum calicem, et quatuor manutergia, et quatuor tuallia super altare ad ministrandum in capella predicta. Teste rege apud Wind' xxj. die Maii.

De necessariis inveniendis ad novos milites.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod Jacobo, nepoti vicecancellarii domini pape, et Philippo de Naples, qui a rege in instanti festo Pentecostes cingulum milicie accepturi sunt, robas decentes et lectum et alia que eis sunt necessaria in officio suo inveniri faciant, ita tamen quod predictus Jacobus habeat robam de panno ad aurum et alia decencius et honorificencius ornata. Teste ut supra. Per J. Mansel.

[m. 12.] *Hybernia.*—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod de thesauro regis Hibernie faciat habere certo nuncio Willelmi de Valencia, fratris regis, has litteras ei defferenti, ad opus Hugonis le Brun, quondam comitis Angelismi, sexcies xx. et quinque marcas per pondus in quibus eidem Hugoni rex tenebatur pro arreragiis annui feodi sui quod percipere consuevit ad Scaccarium. Teste rege apud Windes' xxij. die Maii. Per ipsum regem.

Pro Magistro Johanne de Frussinon'.—Quia rex concessit Magistro Johanni de Frusinon' annuum feodum xx. marcarum percipiendum ad Scaccarium regis Westmonasterii, donec ei uberius providerit, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod si qua ecclesia pertinens ad donacionem regis feodum predictum excedens vacaverit in Hibernia, illam eidem magistro vice regis conferat sine mora. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Hybernia.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod gurgitem regis de Capella Isolde in Hibernia, qui obstruitur, deobstrui et aperiri faciat, sicut fieri consuevit tempore Stephani de Hereford'. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Mandatum est eidem justiciario quod Radulfo filio Nicholai juniori faciat habere racionabile auxilium de militibus et libere tenentibus suis in Hibernia ad terram suam de Uriel firmandam. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1251.

De robis datis.—Mandatum est J. de Sumercot' et Rogero Scissori quod Magistro Alexandro, fisico Eduuardi filii regis, robam tamquam uni ex clericis regis, et Johanni Dispensario se altero et Johanni Scissori tamquam aliis vallettis de hospicio regis, contra instans festum Pentecostes robas habere faciant. Teste ut supra. Per B. Pecch'.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Braden' quod in eadem foresta faciat habere Mauricio filio Geroldi xij. damos capiendos per Willelmum de Clare, de dono regis. Teste ut supra. Per J. Mansel.

De quercubus ad operaciones regis.—Mandatum est Johanni de Venuz, senescallo foreste de Axiholt, quod in eadem foresta faciat habere custodibus operacionum regis de Windes' xx. quercus ad maeremium ad operaciones predictas. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod faciat habere Jordano de Exonia xx. libratas terre in tenanciam ubi melius et commodius et ad minus dampnum regis facere possit, donec per certas metas xx. libratas terre rex ei facere velit. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod sicut proclamatum fuit in comitatibus Corc', Dublin' et Conac' quod certa pecunie summa levari debuit de predictis comitatibus et reddi illis qui interficerent inimicos regis et pacis sue perturbatores in Hybernia, pecuniam illam levari faciat in comitatibus predictis et pro interfectione singulorum malefactorum illorum quos Johannes de Cogham et homines sui interfecerunt, quantum pro eorundem interfectione proclamatum fuit, eidem Johanni et hominibus suis inde habere faciat. Teste ut supra. Per J. Mansel.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod demandam quam facit priori de Merton' et hominibus de Hecfeud' de expeditacione canum ponat in respectum usque ad xv. Sancti Michaelis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De tradendo per ballium.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod si Hugo filius Nicholai, detentus in prisona Oxonie pro foresta regis, ut dicitur, invenerit ei xij. liberos et legales homines, qui eum manucapient habere coram justiciariis proximo venturis ad partes illas ad placita foreste, tunc ipsum si viderit expedire illis xij. tradat in ballium. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro priore et monachis de Snelleshal'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod, quamdiu fuerit justiciarius regis, permittat priorem et monachos de Snelleshal' tota vita regis capere singulis annis xxx. carettatas busce ad focum suum in foresta de Witlewod' per visum forestariorum ejusdem foreste, sicut carte eorum quam (*sic*) inde habent testantur. Teste rege apud Bustlesham' xxiij. die Maii. Per R. Waler'.

Pro Roberto de Muscegros.—Rex dedit Roberto de Muscegros in auxilium castrorum de Traderi et Ocorm' in Hibernia firmandorum,

1251.

firmam suam duorum annorum proximo sequencium, videlicet xxx. librarum per annum quas rex solvere deberet ad Scaccarium Dublin' pro terra sua quam habet apud Tohmund'; et mandatum estbaronibus de Scaccario quod ipsum Robertum de predicta firma duorum annorum quietum esse faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Bustlesham' xxiij. die Maii. Per J. de Lexinton'.

De vexillis faciendis.—Mandatum est J. de Sumercot' et Rogero de Ros quod fieri faciant duo vexilla rubea conveniencia ad capellam de Windes' et unum parvum vexillum firmandum desuper crucem processionalem. Teste ut supra.

De falsario capiendo.—Mandatum est vicecomiti Hertfordie [quod] Galfridum de Gamelingeye, quem Ricardus le Lokier de Bristollia appellat de falsa moneta, capiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Pro servientibus ad arma.—Rex mandavit Johanni de Gizorc', civi Londonie, rogando ut, sicut regem diligit, nullatenus omittat quin statim visis litteris acomodet regi centum marcas ad opus servientium suorum ad arma, et illas liberet Ricardo Ruffo, clerico regis, partiendas inter eosdem servientes; et si forte denarios illos non habeat ad manus, tunc vadia sua eis deliberari faciat usque ad summam predictam, faciendo pro rege solucionem predictarum centum marcarum pro quo rex teneatur ad grates, et rex sine defectu illas ei reddi faciet ad Scaccarium Sancti Michaelis. Teste rege apud Rading' xxiij. die Maii. Per ipsum regem.

Pro vicecomite Suhampt'.—Quia rex accedit ad partes Wintonie, propter quod vicecomes Suht' ab eo discedere non poterit citra Nativitatem Beati Johannis Baptiste, mandatum est baronibus de Scaccario quod compotum ipsius vicecomitis differant usque ad quindenam Nativitatis predicte. Teste ut supra.

Pro servientibus ad arma.—Rex mandavit Ade de Basing' rogando quod habere faciat Ricardo le Rus, clerico regis, l[a] marcas ad opus servientium regis ad arma de prestito quas rex ei sine defectu reddi faciet ad Scaccarium Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est Thome de Dunolm' pro aliis l[a] marcis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De harnesio ad novos milites.—Mandatum est J. de Sumercot' et Rogero de Ros quod Radulfo de Greinvill', fratri uxoris Willelmi de Chaeny, cui arma sumus daturi in hoc festo Pentecostes, provideant harnesium sufficienter necessarium ad festum milicie sue, et harnesium illud liberent Galfrido de Melaz, latori presencium, ad opus ipsius Radulfi. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Recchicch' faciat habere Willelmo de Chaeny tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

1251.

Pro Isabella que fuit uxor Roberti de Muscamps'.—Mandatum est Thome de Stanford' et coexcaetori regis in comitatu Norhumbrie quod racionabilem dotem assignari faciant Isabelle, que fuit uxor Roberti de Muschamps', de terris et tenementis in Hedene Lawe, que predictus Robertus dederat in maritagium cum Cecilia filia ipsorum Roberti et Isabelle, et que sunt in manu et in custodia regis. Teste rege apud Rading' xxv. die Maii. Per J. de Lexinton'.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod omnia attachiamenta foreste et districtionem quam facit pro expeditacione canum in suburbio Eboraci ponat in respectum usque a die Sancti Johannis Baptiste in xv. dies. Teste ut supra. Per R. Waler'.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Wintonia quod de vinis regis apud Wintoniam faciant habere Jacobo, nepoti Magistri Marini, vicecancellarii domini pape, cui rex daturus est arma militaria in instanti festo Pentecostes, unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra. Per J. de Lexinton'.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Whitlewod' faciat habere R. de Quency, comiti Wintonie, duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De quietancia mensurarum.—Quia marescalli regis quietos clamaverunt Hugonem filium Johannis de Stratford' et Willelmum de Hintes de finibus et amerciamentis factis in villa de Strafford' pro transgressionibus mensurarum, mandatum est vicecomiti Buk' quod ipsos inde quietos esse permittat. Teste ut supra.

De vinis datis.—Mandatum est custodibus vinorum regis Wintonie quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Irvas' fratri Elye de Rabain, cui rex daturus est arma militaria in hoc festo Pentecostes, unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra. Per J. de Lexinton'.

Pro priore de Novo Burgo.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste [senescallo foreste regis de Havering' *cancelled*] quod in foresta de Havering' extra parcum faciat habere fratri Johanni, priori de Novo Burgo, quatuor bona robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro priore Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia.—Mandatum est Stephano de Feugers, senescallo de Tichill', quod priori Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia, vel ejus certo nuncio, faciat habere arreragia denariorum que ei debentur de elemosina constituta de honore de Tichull', quia rex non vult ipsum priorem predictis elemosinis privari. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De robis datis.—Mandatum est J. de Sumercot' et Rogero Scissori quod habere faciant Galfrido de Lezign', fratri regis, robam de scarleto contra instans festum Pentecostes, scilicet tunicam, supertunicam,

1251.

pallium et capam cum penula de minuto vario ; et tribus militibus suis robas cum penula de bissis, sicut militibus regis. Expedit autem quod venire faciant Winton' aliquos pannos si contingat nos aliquos facere milites novos. Teste rege apud Rading' xxvij. die Maii. Per J. de Lexinton'.

Pro sororibus de Boclaund'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat sorores ordinis Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' apud Boccland' capere sine inpedimento buscam ad focum suum in parco de Niweton' secundum tenorem carte quam inde habent de rege, et secundum quod capere consueverunt. Teste rege apud Rading' xxvij. die Maii. Per ipsum regem.

Pro monachis de Shyreburn'.—Rex mandavit Ade de Basing' quod illum baudekinum quem ei mittit per monachum de Shireburn' quem rex nuper dedit domui sue, [faciat] reparari, et quoddam aurifrigium latum precii l[a] solidorum apponi ad quandam casulam inde habendam, de dono regis. Teste rege apud Shireburn' xxviij. die Maii. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario Sancti Briavelli quod in foresta de Den' faciat habere priori Sancte Marie de Munemue quatuor quercus ad maeremium cum omnibus escaetis ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste rege apud Overton' xxviij. die Maii. Per ipsum regem.

De denariis regi mittendis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod per duos Martinos servientes regis, quos rex mittit ad eos una cum aliquibus de suis, de quibus confidant, mittant regi omnes denarios quos habent promptos ad Scaccarium regis, ita quod eos habeat ad ultimum in vigilia Pentecostes apud Wintoniam. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De ponendo per ballium.—Rogerus de Ely, detentus in prisona regis Cantebrigie pro morte Roberti le Poer, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Cantebrigie quod ponatur per ballium. Teste rege apud Merewell' xxx. die Maii.

De capriolis capiendis.—Mandatum est B. Pecch' et Ebuloni de Montibus quod in parco vel in foresta de Windes', ubi citius capi poterunt, capi faciat duos capriolos ad opus Eduuardi filii regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro abbatissa Wintonie.—Mandatum est ballivis de Odiham' quod permittant abbatissam Sancte Marie Wintonie libere et sine inpedimento cariare quo voluerit maeremium suum quod jacet in communi pastura manerii regis de Odiham', nullam occasionem querentes adversus ipsam pro eo quod ibi maeremium illud posuerit. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Cissori quod faciant habere hac vice Olivero de Asprevill' unam robam,

1251.

de dono regis, sicut uni militum regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De cera data.—Mandatum est Andree Poynant quod sine dilacione faciat habere Elie de Rabain et Irvas', fratri suo, xl. libras cere, de dono nostro, contra festum milicie ipsius Irvas' quod erit in hoc festo Pentecostes.

De feris capiendis.—Mandatum est Godefrido de Lyston' quod permittat B. Pecch' et E. de Montibus capere de capriolis et aliis feris regis in parco de Windes' ad opus Eduuardi filii regis, cum viderint expedire, donec convaluerit. Teste rege apud Merewell' primo die Junii. Per ipsum regem.

Pro electo Wintoniensi.—Mandatum est ballivis Suht' quod permittant ballivos A., Wintoniensis electi, sine inpedimento emere de vinis que noviter venerunt usque Suht' l[a] dolia ad opus ejusdem electi, salva regi antiqua prisa sua unius dolii ante malum et alterius retro de qualibet navi. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod habere faciant Franc' de Brene unam robam que ad militem pertinet hac vice, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De roba data.—Mandatum est eisdem quod Lucie, que fuit uxor Rualen' de Brey, unam robam integram, videlicet tunicam, supertunicam et pallium, habere faciant cum penula de cuniculis hac vice, de dono regis. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Philippus Pistor, captus et detentus in prisona regis Wintonie pro morte Galfridi le Palmer, unde appellatus est, habet breve vicecomiti Suhamptonie quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro abbate de Loco Sancti Edwardi.—Rex illas c. libras, quas abbas de Loco Sancti Eduuardi finivit cum rege pro una carta de libertatibus et alia de warenna, mercato et feria habendis, dedit eidem abbati ad fabricam ecclesie sue; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum abbatem de predictis c. libris quietum esse, et predictam cartam de libertatibus inrotulari, et libertates et quietancias in illa contentas teneri et observari faciant. Teste rege apud Wintoniam iij[o] die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Salceto faciat habere Philippo Luvel, clerico, sex bonas quercus ad maeremium, et in foresta regis de Whitlewod' quatuor bona robora ad focum suum cum omnibus escaetis suis, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De robis datis.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod tribus sororibus Henrici de Hasting' et earum magistre

1251.

robas habere faciant hac vice, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro priore Hospitalis [Sancti Johannis] Jerusalem' de expeditacione canum.—Rex respectum dedit priori Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia de omnibus querelis et demandis tam de expeditacione canum quam aliis que ipsum et homines suos contingunt in balliva G. de Langel', justiciarii foreste, usque ad quindenam Sancti Michaelis anno etc. xxxv.; et mandatum est eidem G. quod respectum illum eis habere faciat. Teste ut supra. Per J. Mansel.

[m. 11.] *De fustis ad exclusas regis de Gillingham'.*—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod [custodi foreste regis de Gillingham' *cancelled*] faciat habere ballivo manerii regis de Gillingham' sex fusta ad reparacionem exclusarum molendini regis, et unum fustum ad carucas, et unum robur ad carbonem inde faciendum ad ferramenta regis ibidem cum escaetis suis. Teste rege apud Wintoniam v. die Junii. Per ipsum regem.

De palefridis datis Galfrido de Lezign' fratri regis.—Mandatum est ballivis Wintonie quod in villa Wintonie emi faciant tres palefridos necessarios ad opus Galfridi de Lezign', fratris regis, et illos liberent eidem, de dono regis; et rex cum sciverit custum quod ad hoc posuerit, illud eis faciet allocari. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Pro Roberto Passel'.—Rex concessit Roberto Passel' quod redderet ei xl. marcas pro omnibus exitibus maneriorum regis de Aulton' et Basingstoc' de primo dimidio anno etc. xxx° tercio. Et quia idem Robertus reddidit regi in garderoba sua predictas xl. marcas, mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Robertum de predictis xl. marcis et de predictis exitibus et compoto suo regi reddendo de predictis maneriis de tempore predicto quietum esse faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De averiis regis de Gillingham'.—Quia foret ad dampnum regis, ut dicitur, si rex permitteret boves suos et alia averia sua depascere herbagium in foresta regis de Gillingham', mandatum est ballivo manerii regis de Gillingham' quod ubi melius et commodius fieri possit extra forestam averia illa custodiri et sustentari faciat. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Pember' faciat habere priori de Shireburn' tria robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Guidone de Rocheford'.—Mandatum est H. de Wengh' et coescaetori suo in comitatu Leyc' quod omnes exitus qui pervenerunt de manerio de Nayleston', quod fuit Henrici de Hasting', postquam manerium illud fuit in manu regis post mortem ejusdem Henrici, faciant habere Guidoni de Rocheford', de dono regis. Teste ut supra. Per J. Mansel.

1251.

De roba data.—Mandatum est J. de Sumercot' et Rogero Scissori quod faciant habere Hamoni Turbern unam robam hac vice, de dono regis, sicut uni ex militibus regis. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Wychewod' faciat habere J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, duos damos, de dono regis, et in foresta de Bernewode faciat habere eidem duos damos, de dono regis. Teste rege apud Wintoniam v. die Junii. Per R. filium Nicholai.

De mitra data et anulo faciendo et dando ex parte regis.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod priori Sancti Sepulcri Dominici Jerusalem' faciat habere quandam mitram decentem, de dono regis; et si idem prior expectare noluerit, tunc sine dilacione faciat habere eidem unum anulum cum lapide precioso, precii x. marcarum in universo, deferendum patriarche Jerosolim' ex parte nostra, de dono nostro. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De pictura facienda in camera regis in turri Londonie.—Mandatum est eidem Eduuardo quod depingi faciat historiam Antioch' in camera capellanorum regis Turris Londonie, sicut ei dicet Thomas Espervir; et custum quod ad hoc posuerit rex ei faciet allocari. Teste ut supra. Per ipsum regem. [*Cancelled.*] *Quia non habuit.*

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Braden' faciat habere H. de Boun, comiti Essex' et Hereford' tres damos, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' vij. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem quod in foresta regis de Shirewode faciat habere Radulfo de Freschenvill' x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De perdonacione utlagarie.—Rex perdonavit Johanni de Heslac utlagariam in eum promulgatam pro morte Rogeri de Heuerseym, quem interfecit per infortunium; et mandatum est vicecomiti Westmeril' quod cum ad partes suas redierit ipsum in pace stare permittat in balliva sua; et quia idem Johannes per Johannem de Bethum finem fecit cum rege pro xx. marcis pro pace regis habenda, unde eidem vicecomiti subscriptos invenit plegios, ut dicit, scilicet Radulfum de Bethum, Johannem de Bigginges, Johannem de Henecastr' et Adam de Helling', provideat quod de predictis denariis talem habeat securitatem quod regi inde respondere possit ad Scaccarium suum. Teste ut supra.

De defectubus capelle regis de Dorcestr' reparandis.—Mandatum est vicecomiti Dorsete quod in propria persona sua accedat ad capellam regis de Dorcestr', ad videndum defectus tam librorum quam vestimentorum in eadem capella; et si quos defectus invenerit, illos faciat racionabiliter suppleri, et custum, cum rex illud sciverit, ei faciet allocari. Teste ut supra.

1251.

De denariis mittendis ad regem.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod quam citius poterunt mittant in garderobam regis de denariis jam receptis, vel quam citius percipiendis ad Scaccarium, cc. marcas ad expensas regis, liberandas P. Chaceporc, custodi garderobe regis. Teste ut supra.

De perdonacione transgressionum foreste.—Rex perdonavit Waltero Biset et hominibus suis de soca de Ludham' omnes transgressiones per eos factas infra metas foreste regis de Shirewod' usque ad Pascha proximo preteritum; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod eos pro transgressionibus illis non distringat. Teste rege apud Clarendon' viij. die Junii. Per P. de Rivall'.

De expeditacione canum.—Et mandatum est Ade de Everingham' quod districcionem quam facit hominibus Walteri Biset de predicta soca pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, anno regni nostri xxxv. Teste ut supra. Per eundem P.

Pro Galfrido de Lezign' fratre regis.—Mandatum est thesaurario Novi Templi, Londonie, quod ccc. marcas, quas vicecomes Norff' et Suff' ei liberabit per preceptum regis apud Londoniam, ab eo recipiat, et illas Galfrido de Lezign', fratri regis, vel ejus certo nuncio litteras suas patentes ei deferenti, liberet super arreragia annui feodi sui cc. librarum de v[que] annis, videlicet a tempore quo fecit eum militem usque ad primum adventum suum in Angliam. Teste ut supra.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis Wintonie quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Emerico de Sacy unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodibus vinorum regis Suht' quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere abbatisse de Tarente unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Chippeham' quod in eadem foresta faciat habere Magistro Roberto de Karevill', thesaurario Sarr', sex quercus ad maeremium ad fabricam capelle Sancti Edmundi de Fichelden', de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est custodi foreste de Finkel' quod in eadem foresta faciat habere sororibus hospitalis Sancti Johannis de Andevr' duas quercus ad scindulam faciendam ad capellam suam cooperiendam, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Molys.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod demandam duarum marcarum et dimidie quam facit Nicholao de Molys ponas (*sic*) in respectum usque ad quindenam Sancti Michaelis, anno etc.

Pro Alano Balun, Lond'.—Rex concessit Alano Balun quod residuum illius placee quam Johannes de Colemere clausit versus aquam Tamisie, videlicet inter domum ipsius Alani et clausum predicti Johannis, unde idem Johannes reddit regi per annum quatuor denarios,

1251.

claudere possit, reddendo inde regi ad opus Conversorum Lond' quatuor denarios ad festum Sancti Michaelis ; et mandatum est maiori et vicecomitibus Lond' quod eundem Alanum predictam placeam sine inpedimento et aliqua dilacione claudere permittat. Teste ut supra. Per J. Mansel. Et habet inde litteras patentes per eadem verba. Teste etc.

De vinis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Rogero filio Walteri le Flemeng', quod sine dilacione capiat ad opus regis lxj. dolia vini, et ea liberet ballivis regis Sutht' carianda quo rex eis injunxit. Teste ut supra.

Pro abbate de Grestenc'.—Mandatum est H. de Wengh', escaetori regis, quod terras abbatis de Gresteyn, que capte sunt in manum regis eo quod suspicabatur de resignacione abbacie sue, eidem abbati rehabere faciat cum exitibus inde perceptis medio tempore. Teste ut supra.

De pampilionibus regis reparandis.—Rex mittit Willelmum de Rothomago, custodem papilionum regis, ad videndum et reparandum papiliones illos, prout necesse fuerit ; et mandatum est A. la Zuch', justiciario Cestrie, quod eosdem ei liberari et ea que ad hoc et sibi ipsi dum circa reparacionem illam fuerit erunt necessaria eidem Willelmo faciat inveniri ; et custum quod ad hoc posuerit, cum rex illud sciverit, ei faciet allocari ; et significet regi litteratorie in quo statu idem Willelmus predictos papiliones invenerit. Teste rege apud Clarendon' x. die Junii. Per ipsum regem.

De claustura data.—Mandatum est Roberto de Stopham', ballivo de Clarendon', quod in bosco regis de Clarendon' faciat habere Guidoni de Rocheford' decem carettatas clausture, de dono regis. Teste ut supra.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Westmonasterio quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Stephano de Salinis unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De denariis mittendis in garderobam regis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod preter cc. marcas quas rex nuper eis mandavit mittere in garderobam regis ad opus regis, adhuc alias cc. marcas pre omnibus aliis liberacionibus festinanter in eandem garderobam venire faciant ad expensas hospicii regis. Teste ut supra.

Pro Judeis.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod illas x. marcas auri quas Elias episcopus, Judeus Londonie, regi dedit, per sic quod a festo Sancti Michaelis anno xxxiiij^to usque in quatuor annos proximo sequentes completos non talliaretur nisi ad centum libras per annum dum tallagium regis duraret, eidem Judeo in proximis terminis suis tallagii sui faciant allocari ; ita quod decetero respondeat in tallagio Judeorum [suo *cancelled*] secundum facultates suas, sicut rex alias ei mandavit, non obstante gracia regis quam ei concesserat pro donacione predicti auri. Teste rege apud Clarend' xij. die Junii.

1251.

Consimiles litteras habet Aaron filius Abrahe, Judeus Londonie, de xxv. marcis auri allocandis, ut supra continetur, eisdem justiciariis directas. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Et quia Aaron de Eboraco affirmavit coram rege quod predictum aurum prefatis Aaron et Elie alia vice per mandatum regis, de quo rex non recolit, fuit allocatum, mandatum est prefatis justiciariis quod super hoc regi sine dilacione certificent, scituri quod dictus Aaron de Eboraco regi promisit cc. marcas argenti, nisi predicta summa auri predictis Judeis per regem prius fuerit allocata in tallagio suo. Teste ut supra. Per ipsum regem. [*In margin.*] *Postea factum fuit unum breve pro ambobus Judeis, excepta ultima clausa; ita etc. ut patet in dorso clausarum.*

De expeditacione canum.—Mandatum est custodi foreste de Blakemor' quod districcionem quam facit abbati de Binedon' pro expeditacione canum suorum apud Pulham', ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis, et quod in eadem foresta faciat habere eidem abbati sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Clarendon' xiij. die Junii. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est Galfrido filio Warini, custodi foreste sue de Kannoco, quod in eadem foresta faciat habere canonicis de Pencrich' duas quercus ad stallos ecclesie sue inde faciendos, de dono nostro. Teste ut supra.

De villa Wintonie reddita.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod villam Wintonie quam nuper cepit in manum regis per preceptum suum maiori et ballivis ejusdem ville restituat cum perceptis inde medio tempore. Teste ut supra. Per regem.

De ponendo per ballium.—Matillis de Berlayflet, detenta in prisona regis Eboraci pro morte Luc' de Berlayflete, unde apellata est, habet litteras vicecomiti Eboraci quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Mandatum est thesaurario et camerariis Dublin' quod de thesauro regis Hibernie faciat habere Johanni filio Thome xij. libras et x. solidos de termino Sancti Michaelis anno etc. xxxv. de xxv. libris quas rex ei concessit singulis annis percipiendas ad Scaccarium regis Dublin', donec rex aliter ei providerit in wardis vel escaetis suis in racionabilem recompensacionem porcionis ipsum contingentis de terra de Des. Teste rege apud Clarendon' xiiij. die Junii. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Pro Johanne filio Thome.—Rex concessit Johanni filio Thome xxv. libras singulis annis percipiendas ad Scaccarium Dublin', videlicet unam medietatem ad Scaccarium Sancti Michaelis et aliam medietatem ad Scaccarium Pasche, donec aliter ei rex fecerit provideri in wardis vel escaetis nostris in racionabilem recompensacionem porcionis ipsum contingentis de terra de Des; et mandatum est thesaurario et camerariis Dublin' quod eidem Johanni predictam pecuniam singulis annis ad predictos terminos decetero reddi faciant de thesauro regis Hibernie. Teste ut supra. Per J. Mansell'.

1251.

De operacionibus de Pecco.—Mandatum est Willelmo de Horsend', ballivo de Pecco, quod magnam turrim castri regis de Pecco et garitam inter duas portas ejusdem castri plumbo cooperiri, et murum ejusdem castri et pistrinum et portas predicti castri et estagia in magna turri et nova turri et porticum veteris aule regis ibidem, ubi necesse fuerit, reparari faciat et emendari ; et rex, cum sciverit custum quod ad hoc posuerit per visum et testimonium legalium hominum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra. Per ipsum regem.

[m. 10.] *De plumbo cariando.*—Mandatum est Willelmo de Horsenden', ballivo de Pecco, quod sine dilacione liberari faciat apud Sanctum Botulfum vicecomiti Lincolnie xxx. carratas plumbi cariandas quo rex ei injunxit. Teste ut supra.

De novis militibus faciendis.—Mandatum est J. de Sumercot' et Rogero Scissori, quod Hugoni Peverel et Willelmo Rouland' faciant habere ea que novis militibus dari consueverunt ad se milites faciendos contra instans festum Nativitatis Beati Johannis Baptiste. Teste rege apud Clarend' xiiij. die Junii. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta de Den' faciat habere abbati de Heyles quinque quercus ad maeremium ad stallos inde faciendos, de dono regis. Teste ut supra.

De Olivero de Asprevill'.—Quia rex concessit Olivero de Asprevill' xx. libras terre in Hibernia tenendas de rege per servicium militare, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod diligenter inquiri et provideri faciat ubi ad minus dampnum regis et ad majus comodum ipsius Oliveri predictas xx. libratas terre assignare et confirmare possit sibi et heredibus suis in feodo per predictum servicium ; et locum et metas illius terre regi significet. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Johannes ate Grene, Gilbertus, frater ejus, Johannes Wilde, Henricus filius Henrici, Johannes filius Henrici et Radulfus filius Milesente, detenti in prisona regis Oxonie pro morte Roberti de Cumpton', habent litteras vicecomiti Oxonie quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De capa breudata regi mittenda.—Mandatum est Ade de Basing' quod quam citius poterit mittat regi unam capam de samito mediocriter breudatam. Teste ut supra.

Pro Nicholao de Sules.—Rex replegiavit Nicholao de Sules terras suas in comitatu Norhumbrie per plevinam earundem terrarum que capte sunt in manum regis pro pluribus defaltis, ita tamen quod idem Nicholaus stet recto quando debuerit et ubi debuerit de transgressionibus que ei imponuntur ; et mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod ei vel certo nuncio suo predictam terram suam habere faciat per plevinam, sicut predictum est. Teste rege apud Clarendon' xv. die Junii. Per ipsum regem et consilium suum.

1251.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Brehull' quod in eadem foresta faciat habere latori presencium, ad opus duorum filiorum Sibille Giffard incepturorum de artibus dialetice apud Oxoniam tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in bosco de Deresl', qui est in foresta regis de Rokingham', faciat habere Reginaldo de Plessetis sex quercus cum escaetis ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Rex respectum dedit abbati Glastonie de expeditacione canum suorum et hominum suorum usque ad Pentecosten proximo futurum in anno etc. xxxvj^to ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod predictum respectum ipsos habere permittat, et districcionem quam pro predicta expeditacione facit interim eis relaxet. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De robis datis.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod faciant habere quatuor servientibus regis de Windles' robas sicut aliis servientibus regis. Teste ut supra. Per Johannem Mansell'.

Pro executoribus Paulini Peivr'.—Mandatum est Henrico de Wengham', escaetori suo, quod, accepta securitate ab executoribus testamenti Paulini Peyvr' de debitis in quibus regi tenebatur reddendis, de omnibus bonis que fuerunt ipsius defuncti et omnibus wardis quas habuit, eisdem executoribus liberam administracionem, et Johanne, que fuit uxor ejusdem Paulini, quarentenam suam in manerio de Todingedon' et estoveria sua habere faciat, et de omnibus terris et tenementis de quibus ipsa cum viro suo feofata est, cum terris et tenementis que idem Paulinus tenuit in soccagium eidem Johanne plenam habere faciat seisinam. Teste ut supra. Per R filium Nicholai et B. de Crioyl.

Pro comite Cornubie.—Mandatum est Ernaldo Geraudon' quod nullam prisam vinorum capiat ad opus regis de navi S. de Monte Forti, comitis Leicestrie, que nuper applicuit Londonie, nisi tamen unum dolum ante malum et aliud retro malum. Teste rege apud Clarendon' xviij. die Junii. Per Radulfum filium Nicholai.

De expeditacione canum.—Rex respectum dedit abbati de Croylaund' de expeditacione canum suorum et hominum suorum usque ad quindenam Sancti Michaelis anno etc. xxxv. ; et mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam fieri facit pro predicta expeditacione interim in respectum poni faciat. Teste rege apud Clarendon' xviij. die Junii. Per ipsum regem.

Pro Predicatoribus Bristollie.—Rex intuitu caritatis concessit Fratribus Predicatoribus Bristollie xxj. marcas que regi restant reddende de xxxvj. marcis quas Henricus de Gaunt, custos hospitalis Sancti Marci, Bristollie, regi debuit pro pluribus amerciamentis ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictas xxj. marcas eis habere faciant,

1251.

de dono regis, ad debita sua acquietanda. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quercubus ad operaciones regis Wintonie faciendas.—Mandatum est G. de Langel' justiciario foreste, quod faciat habere Magistro Gerardo, carpentario regis, xx. quercus in foresta de Cett' et xx. quercus in bosco de Dygerl' ad operaciones regis in castro Wintonie faciendas. Teste rege apud Clarendon' xx. die Junii. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta regis de Dene faciat habere H. de Boun, comiti Essex' et Hereford', quatuor quercus cum omnibus escaetis earundem, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Wintoniensi electo.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod faciat habere A. Wintoniensi electo unum baudekinum de empto ad offerendum apud Westmonasterium. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero de Ros quod faciant habere uxori Bernardi de Villa Honoris unam robam competentem, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Fekeham faciat habere Magistro Simoni de Wauton' duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De quercubus ad domos regis de Fekeham' reparandas.—Mandatum est eidem quod in eadem foresta faciat habere predicto magistro sex quercus ad domos regis de Feckenham' inde reparandas. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lez[ignan], fratre regis, et de denariis liberandis ad opera de Windes'.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod illas ccc. marcas quas secum detulit London' liberandas apud Novum Templum Lond', unde rex nuper ei misit breve regis de computate, liberari faciat sine dilacione Galfrido de Lezinan', et, sicut graciam regis voluerit optinere et indignacionem regis vitare, provideat modis omnibus de cccc. marcis levandis de exitibus itineris justiciariorum regis ultimo itinerantium apud Catteshull' in comitatu Suff'; ita quod denarios illos habeat citra gulam Augusti ad operaciones de Windles', eo non obstante quod rex districcionem fieri demandavit de medietate predictorum exituum regi reddendorum (*sic*) ad Scaccarium Sancti Michaelis et alia medietate ad festum Sancti Hillarii. Teste rege apud Clarendon' xxij. die Junii.

De bobus et averiis regis pascendis apud Wodest'.—Mandatum est ballivis de Wodestok' quod boves et alia averia regis que Magister Paulinus, emptor regis, duci faciet usque Wodestok' pasci permittant in pastura parci regis ibidem. Teste ut supra. Per R. Waler'.

1251.

Pro Nicholao de Betleem'.—Rex concessit Nicholao de Beetlehem', servienti suo, sex denarios singulis diebus ad Scaccarium suum percipiendos, quo ad vixerit, quos Willelmus Blancpayn ad idem Scaccarium percipere consuevit; et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos sex denarios ei habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in balliva Petri de Nevill' in foresta Rotelandie faciat habere Nicholao de Crioyl duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De claustura ad parcum regis de Notingham'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in bosco regis de Notingham' faciat habere constabulario castri Noting' clausturam ad claudendum parvum parcum regis sub castro predicto. Teste ut supra.

De larderio regis amovendo.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod larderium in celario camere clericorum de capella regis apud Westmonasterium amoveri et in eodem celario duas fenestras ferro barratas fieri faciat. Teste ut supra.

Pro executoribus Paulini Peyvr'.—Quia executores testamenti Paulini Peyvr', quondam senescalli regis, fecerunt regem securum de debitis in quibus idem defunctus regi tenebatur reddendis, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod de omnibus terris et tenementis que idem Paulinus habuit in Hybernia racione custodie terre et heredis Radulfi de Sancto Amando, quam rex ei concessit, eisdem executoribus liberam faciat administracionem et seisinam habere usque ad legitimam etatem predicti heredis ad execucionem predicti testamenti inde faciendam. Et si quid inde ablatum fuerit, id eis sine dilacione restitui faciat. Teste rege apud Clarendon' xxiiij. die Junii. Per R. filium Nicholai.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in haya regis de Benetlegh faciat habere decano et canonicis de Wulvrenhampton' sex quercus ad maeremium ad fabricam ecclesie de Wolvrenhampton', de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est eidem quod in foresta regis de Engelwod' faciat habere fratribus minoribus Karl' xl. quercus ad maeremium ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De uno dolio vini dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis Suhamptonie quod faciant habere Hugoni de Godeshull' unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De Reginaldo de Salinis.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod de magno tallagio Judaismi regis x. milium marcarum faciant habere Reginaldo de Salinis lx. marcas, de dono regis, vel de debitis quibus Ricardus de Vilers obligatus est in Judaismo faciant ei habere quietanciam usque ad summam lx. marcarum,

1251.

secundum quod profectui ipsius Reginaldi melius viderint convenire. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro vicecomite Sumersete et Dorsete.—Quia Henricus de Erlegh', vicecomes Dorsete et Sumersete, operacionibus regis de Freymantel intendit per preceptum regis, mandatum est baronibus de Scaccario quod compotum suum audiendum ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod habere faciat custodibus operacionum ecclesie Sarr' v^{que} quercus in foresta de Melkesham, v^{que} quercus in foresta de Chippenham, v^{que} quercus in Dygerl', et v^{que} quercus in Finkel', ad [x. copulas inde faciendas *interlineated*] easdem operaciones, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Pro J. filio Galfridi, justiciario Hibernie.—Mandatum est thesaurario et camerariis Dublin' quod J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, faciant habere l. libras de thesauro Hibernie pro l. libris quas posuit in expensis exercitus regis in Ulton' et Desmon' in Hibernia, anno xxxiij^{o}, et que ei restant reddende in compoto clericorum regis qui dictam pecuniam ab eo receperunt ad expensas faciendas in eodem exercitu. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Johanne de Welloc liberando per ballium.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod Johannem de Welhop, diaconum, captum et imprisonatum apud Saresberiam pro morte Vigros, hominis sui, liberet plevine W. Saresberiensis episcopi, ut eum habeat coram justiciariis regis ad primam assisam cum in partes illas venerint, sicut moris est regni regis. Teste rege apud Clarendon' xxv. die Junii. Per J. de Lexinton'.

Pro abbatissa de Wylton'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod faciat habere abbatisse de Wilton' xl. quercus in bosco ipsius abbatisse infra forestam regis de Savernak' sine inpedimento cheminagii. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est custodi Nove Foreste regis quod fieri faciat x. milia scindularum, et ea cariari usque Clarendon', liberanda custodi domorum regis ibidem ad cooperiendum eas ; et rex custum et cariagium cum illa sciverit ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Roberto de Stopham'.—Quia rex recolit se pridem dedisse Roberto de Stopham', ballivo de Clarendon', unum dolium vini, mandatum est Roberto de Dacr' quod de demanda quam ei facit pro dolio illo regi restituendo ipsum quietum esse permittat. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De uno robore dato.—Mandatum est eidem Roberto de Stopham quod in foresta de Clarendon' faciat habere Nicholae de Brian', incluse de Brittford', unum robur ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod [*unfinished*].

1251.

Pro executoribus P. Peyvr'.—Quia executores testamenti P. Peyvr', quondam senescalli regis, fecerunt regem securum de debitis in quibus idem defunctus ei tenebatur reddendis, mandatum est H. de Wengham' et coescaetori suo quod de omnibus bonis que fuerunt ipsius P. et omnibus wardis quas habuit eisdem executoribus liberam administracionem habere faciant ad execucionem [testamenti] prefati defuncti faciendam. Teste rege apud Lutegarshal' xxiiij. die Junii.

De quodam capellano regis apud Cantuariam.—Mandatum est vicecomiti Kancie [B. de Crioll, constabulario Dovorie *cancelled*] quod decetero inveniri faciat unum capellanum ministrantem in capella castri regis Cantuarie ; et rex stipendia sua eidem vicecomiti allocari [capellano reddi *cancelled*] faciet. Teste ut supra.

Postea mandatum fuit vicecomiti Kancie per eadem verba.

De roboribus datis.—Mandatum est Roberto de Stopham', ballivo de Clarendon', quod in bosco de Ponchet faciat habere Magistro W. de Kilkenni, archidiacono Coventrie, tria robora, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Johanna, que fuit uxor Paulini Peyvr'.—Mandatum est H. de Wengham et coescaetori suo quod Johanne, que fuit uxor P. Peyvr', quarantenam suam in manerio de Todingedon' et estoveria sua habere faciant. Et quia per inspeccionem cartarum donatorum rex perpendit quod dicti P. et Johanna insimul feofati fuerunt, de dono Galfridi Mansell', de manerio de Lychescumb' cum capitali mesuagio et advocacione ecclesie de Sulebur' et cum toto tenemento quod Alicia, que fuit uxor Johannis Mansell', tenet nomine dotis in predicto manerio, et omnibus pertinenciis ejusdem manerii in comitatu Buk' ; et in comitatu Rotel', de dono ejusdem Galfridi, de homagio et toto servicio Petri de Nevill' de toto tenemento quod idem Petrus tenuit de predicto Galfrido in Lees ; item in comitatu Buk', de dono Willelmi filii Gilberti Passel' de tota terra et tenementis cum capitali mesuagio et advocacione ecclesie que idem Willelmus habuit in Wavendon' cum omnibus pertinenciis ; et in comitatu Bedefordie, de dono Rogeri le Bigod, comitis Norff' et marescalli Anglie, de tota terra et tenementis cum capitali mesuagio et omnibus aliis pertinenciis que idem P. habuit et tenuit in Todingedon' ad vitam domine Alienore, comitisse Leyc' ; et in eodem comitatu, de dono Alani filii Simonis de Bramehangr', de uno molendino in soca de Luton', quod vocatur molendinum de Erdbur' ; et in comitatu Norff', de dono Hervei Belet, de manerio de Torp' cum omnibus pertinenciis ; et in eodem comitatu, de dono Ricardi filii Roberti de Belhus' unum molendinum in Belhus', quod vocatur Litlemiln' ; mandatum est H. de Wengham' et coescaetori suo quod de omnibus predictis terris, tenementis, advocacionibus ecclesiarum et omnibus aliis pertinenciis prefate Johanne plenam seisinam habere faciant. Teste ut supra.

De obolis de musc' atachiandis ad feretrum Sancte Mildride, Cantuarie.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod in festo Sancte Mildride Virginis ad feretrum ejusdem Sancte apud Sanctum Augustinum, Cantuarie, atachiari faciat xij. obolos musc', de dono regis. Teste ut supra.

1251.

De j. dolio vini dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis apud Westmonasterium quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciant habere Simoni de Ofeham, capellano regis, unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste regis, quod in [eadem *cancelled*] Nova Foresta faciat habere sacristre [abbatisse *cancelled*] de Rumes' sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. Per J. Mansel.

Pro Willelmo de Bello Campo, vicecomite Wigornie.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod audito compoto Willelmi de Bello Campo, vicecomitis Wigornie, et allocatis ei allocandis, et eciam scrutatis rotulis ejusdem Scaccarii, significent regi distincte in quibus debitis idem Willelmus post compotum suum regi supererit obligatus et ob quas causas; et pacem ei habere faciant de omnibus debitis que regi debet usque in tres septimanas post [festum] apostolorum Petri et Pauli, infra quem diem compotus ejus audiatur. Teste ut supra.

De cervis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Ricardum de Candevr', venatorem suum, et Philippum de Candevr', socium ejus, ad capiendum in balliva Avicie de Columbariis, custodi (*sic*) foreste de Cette, quinque cervos ad opus regis; et mandatum est eidem Avicie quod ipsos ad hoc admittat, et ipsos cervos in eadem balliva capi permittat. Teste ut supra.

De lambruscatura apud Westmonasterium facienda.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod Judaismum regis apud Westmonasterium et magnum celarium vinorum regis lambruscari et bassam cameram in gardino regis et parvam turellam ultra capellam ibidem depingi, et in eadem camera unum caminum fieri faciat quam quidem cameram Antioch' volumus apellari, et candelabra argenti fieri faciat, sicut rex alias ei mandavit, et distincte et aperte regi significet receptam Scaccarii de hoc termino Sancti Johannis Baptiste, ita quod rex illam sciat infra quindenam ejusdem festi. Teste ut supra.

Rex concessit Nicholao, subostiario camere regine, tres obolos singulis diebus percipiendos per manum vicecomitis Essex', quoad vixerit, ad sustentacionem suam, quos magister Elias, quondam cocus regine, in vita sua percipere consuevit de elemosina regis constituta; et mandatum est eidem vicecomiti quod eidem Nicholao eosdem tres obolos decetero habere faciat cum arreragiis post mortem predicti Elie. Teste rege apud Merleberge xxviij. die Junii. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

Pro Simone le Messager.—Consimiles litteras et per eadem verba habet Simon le Messager de duobus denariis et obolo singulis diebus recipiendis per manus vicecomitis Herefordie, quoad vixerit, de eadem elemosina. Teste ut supra.

De ornamentis capelle de Merleberg'.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod sine dilacione emi faciat quandam albam et unam amitam

1251.

et tres tuallos ad capellam in castro regis de Merleberg' inde deserviendam, et illas liberari constabulario ejusdem castri ; et rex, cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra. Per ipsum regem.

[m. 9.] *De denariis liberandis ad operaciones de Freymantel.*—Mandatum est vicecomiti Suhamptonie quod denarios illos qui regi debentur de misericordia Henrici le Macecren de Wintonia, et quos rex solvi precepit in warderoba regis, assignet et liberari faciet custodibus operacionum regis de Freitmauntel ad easdem operaciones regis inde faciendas. Teste rege apud Merleberg' xxix. die Junii.

De quercubus datis.—Mandatum est Willelmo de Bossal', senescallo foreste sue de Pykering', quod faciat habere Roberto de Crepping' quatuor quercus in foresta regis de Pykering' ad reparacionem vaccariarum regis in eadem foresta. Teste ut supra.

Mandatum est senescallo foreste de Galtris [G. de Langel, justiciario foreste *cancelled*] quod in foresta regis de Galtric' faciat habere fratri J. de Skipton', priori de Novo Burgo, sex bonas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Petronilla de Toeny.—Quia Petronilla de Thoeny tempore quo rex ei commisit custodiam Castri Matillidis recepit terras ad castrum illud pertinentes incultas et disseminatas, mandatum est H. de Boun, comiti Essex' et Hereford', quod eidem Petronille blada sua instantis autumpni cum instauro et aliis catallis suis habere faciat, salvis predicto comiti omnibus aliis exitibus et proficuis ad idem castrum spectantes (*sic*), ita quod idem comes regi respondeat de xxv. libris ad Scaccarium Sancti Michaelis proximo futurum de firma ejusdem castri. Teste ut supra. Per regem.

Et mandatum est Walleramo Teutonico quod de terris et tenementis spectantibus ad Castrum Matillidis, que fuerunt Radulfi de Thoeny, Petronille que fuit uxor ejusdem Radulfi racionabilem dotem assignari faciat secundum consuetudinem parcium illarum. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est Walleramo Teutonico quod faciat habere abbati de Dore x. quercus in bosco de Soverenn' ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Merleberg' xxx. die Junii.

De pampilionibus regis reparandis.—Rex mittit Maunsell' le Tayllur, servientem regis, usque Cestriam ad custodiendum pampiliones regis ibidem ; et mandatum est Alano la Zuche, justiciario Cestrie, quod ipsum ad hoc admittat, et ei liberaciones necessarias quamdiu ibidem moram fecerit et in redeundo ad regem inveniri faciat ; et ad regem remittat Willelmum de Rothomago, quia rex non vult quod ipse decetero custodie illi intendat ; et cum rex sciverit summam liberacionum illarum, illam eis allocari faciet. Teste rege apud Merleberg' primo die Junii. Per R. filium Nicholai.

Pro Henrico de Helheton', vicecomite Essex', de feno suo et prisonibus.—Mandatum est J. de Grey, constabulario de Colecestr', quod faciat

1251.

habere Henrico de Helgheton', quondam constabulario regis ejusdem castri, fenum suum quod habuit in eodem castro [de instanti anno quod pertinet ad castrum predictum *cancelled*], et similiter omnia arreragia que eidem Henrico debentur de tempore suo, de quibus regi respondere debet per manum suam ad Scaccarium suum, et decetero omnes prisones, quos vicecomes regis Essex' et Hereford' ei liberabit custodiendos in gaiola regis in castro predicto, ab eodem recipiat et salvo custodiat eodem modo quo constabularii regis ejusdem castri prius facere consueverunt. Teste ut supra. Per J. de Lexinton'.

Pro Rogero de Sumery.—Rogerus de Sumery finem fecit cum rege per quinque marcas pro misericordia in quam incidit coram R. de Thurkilby et sociis suis, justiciariis de Banco, in loquela que fuit coram eis inter ipsum Rogerum, petentem, et priorem Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, tenentem, de duabus carucatis terre cum pertinenciis in Grenham ; et mandatum est eisdem justiciariis quod in extracta rotulorum suorum transmittendorum ad Scaccarium regis ipsum ammercient ad quinque marcas in loquela predicta et non ad plus. Teste ut supra. Per J. Maunsel'.

Pro abbate Cluniacensi.—Rex restituit abbati Cluniacensi omnes terras et possessiones suas quas rex retinuit in manum suam ; et mandatum est H. de Wengham quod eidem abbati de omnibus terris et possessionibus suis quas habet in balliva sua sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. Per Johannem Mansell'.

De fidelitate predicti abbatis.—Et memorandum quod Magister W. de Kilkenny, archidiaconus Coventrie, portitor sigilli, inrotulari fecit de preçepto regis quod Willelmus, abbas Cluniacensis, venit ad dominum regem apud Merleberg' in octabis Beati Johannis Baptiste anno etc. xxxv^to et petiit terras suas reddi sibi, quas dominus rex ceperat in manu sua quia idem abbas fidelitatem non fecerat eidem, et dominus rex, habito consilio, restituit eidem abbati terras suas, ita quod si certiorari poterit per Scaccarium vel alio modo quod idem abbas teneatur ei facere fidelitatem tunc ipsum distringet ad eam faciendam.

De escaetore substituto.—Quia rex non vult quod Johannes de Plessetis amplius intendat officio escaetarie regis in comitatu Norhumbrie, loco ejus subs[ti]tuit rex Henricum de Laval, qui prestito sacramento etc., per J. de Lessinton' ; et mandatum est Thome de Stanford, escaetori regis in comitatu, quod accepto sacramento, sicut fieri solet, ipsum in socium ad hoc admittat. Teste rege apud Merleberge tercio die Julii.

De quadam capa preciosa danda conventui Cluniacensi.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod sine dilacione fieri faciat quandam capam valde decoram, magnam, bene breudatam, et preciosam cum quodam morsu argenteo lato et deaurato, quam honorifice dare possit rex conventui Cluniacensi, eo quod abbas ejusdem loci magnis muneribus regem respexit curialiter, provisurus quod rex capam illam habeat in quindena Petri et Pauli ad ultimum. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1251.

De quercubus liberandis ad grangias regis de Melkesham'.—Mandatum est custodi foreste de Melkesham' quod preter xl. quercus quas rex nuper liberari precepit Hugoni Gargat, custodi manerii regis ibidem, adhuc alias x. quercus in predicta foresta ei habere faciat, ad reparacionem grangiarum et aliarum domorum regis, et in bosco qui vocatur Cufaude clausuram ad cufaldam regis ibidem. Teste ut supra.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod demandam quam facit hominibus de Pitteney et Werne pro expeditacione canum ponat in respectum donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De maeremio emendo ad opus molendini regis subtus castrum Sarr'. Mandatum Roberto de Stoph[am], ballivo de Clarendon', quod permittat vicecomiti Wiltes' emere maeremium in balliva sua et illud cariare per eandem ad molendinum regis subtus castrum Sarr' reparandum. Teste [*unfinished*].

Johannes Brun, detentus in prisona nostra Eboraci pro morte Godefridi filii Willelmi, forestarii de Donigton', unde Alicia, soror ipsius Godefridi, ipsum apellat, habet litteras vicecomiti Eboraci quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De quodam anulo cum rubeto misso usque Westmonasterium.—Rex mittit Eduuardo de Westmonasterio unum anulum cum magno rubeto custodiendum ad opus feretri Beati Eduuardi. Teste ut supra.

De quatuor [*quercubus*] *datis.*—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Chippenham faciat habere priori de Bradenestok' quatuor quercus ad scindulas inde faciendas, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De quercubus datis civibus Karleoli.—Mandatum est Thome de Muleton', custodi foreste de Englewod', quod in prefata foresta faciat habere civibus regis Karleoli cc. quercus ad maeremium distribuendas inter magis indigentes in civitate predicta secundum placias suas per visum prioris, archidiaconi, et maioris Karleoli, et vicecomitis regis ejusdem loci, ad domos predictorum indigencium nuper combustas reedificandas, de dono regis. Faciat etiam habere prefatis civibus regis in eadem foresta xxx. quercus ad portam Ricardi in eadem villa combustam reficiendam, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De casula alba et amita datis hospitali Sancti Marci, Bristollie.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod faciat habere Henrico de Gaunt, custodi hospitalis Sancti Marci, Bristollie, unam casulam, cum alba et amicta, non nimis preciosam set hospitali convenientem, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De una roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod fratri Hamoni, converso de Hayles, faciat habere robam sicut habere consuevit, de dono regis. Teste ut supra.

1251.

Mandatum est eidem quod sine dilacione faciat habere Rogerỏ, fossatori regis de Merleberg', unam robam hac vice, sicut uni de servientibus regis, de dono suo. Teste ut supra.

De liberacione data Simoni le Messager.—Rex concessit Simoni le Messager illos duos denarios et obolum singulis diebus percipiendos ad sustentacionem suam, quoad vixerit, quos Magister Elias, quondam cocus regine, in vita sua habere consuevit de elemosina regis constituta per manus vicecomitis Herefordie. Rex eciam concessit Nicholao, subhostiario camere ejusdem regine, tres obolos diurnos quamdiu vixerit, percipiendos ad sustentacionem suam quos dictus Magister Elias percipiebat per manus vicecomitis Essex' ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod eisdem Simoni et Nicholao predictas liberaciones habere faciant, sicut predictum est. Teste rege apud Merleberge iij. die Julii. Per regem.

Pro Roberto Walerand', senescallo regis.—Quia rex retinuit cum eo Robertum Walerand', non potest comparere coram baronibus de Scaccario a die Sancti Johannis Baptiste in xv. dies ad compotum suum reddendum ; et mandatum est eisdem baronibus quod diem eidem R. prefixum, ut predictum est, proroget (*sic*) usque in quindenam post festum Sancti Michaelis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quercubus cariandis ad pontem de Corf'.—Mandatum est vicecomiti Sumersete et Dorsete quod xl. quercus que jacent super montem de Melebur', et quas rex prosterni fecit in foresta sua de Gillingham', sine dilacione cariari faciat usque castrum de Corf' ad pontem ejusdem castri inde reparandum ; et custum et cariagium que ad hoc posuerit, cum rex illa sciverit, nisi prius ei fuerint allocata, ei faciet allocari. Teste ut supra.

De una roba data.—Mandatum est J. de Sumercot' et R. Scissori quod faciant habere Fortunato de Luk' unam robam, sicut uni de militibus regis, de dono ipsius regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quarellis liberandis justiciario Cestrie ad castra de Gannoc et Dissard'.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod de quarellis regis qui sunt in custodia sua faciat habere A. La Zusch', justiciario Cestrie, x. milia quarellorum ad castra de Dissard' et Gannoc inde munienda. Teste rege apud Wodest' viij. die Julii. Per ipsum regem.

De plumbo cariando ad operaciones de Wodest'.—Mandatum est Willelmo de Horsenden', ballivo de Pecco, quod in balliva sua emat ad opus regis duodecim carratas plumbi, et eas liberet vicecomiti Dereb' cariandas usque Coventr' ad operaciones regis de Wodest' inde faciendas ; et rex, cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Emma Hereward' deliberanda a prisona.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Dereb' fieri fecit quod Emma Hereward', detenta in prisona regis Notingham' pro morte Matillidis

1251.

filie Emme Wolurich', pueri (*sic*) trium annorum, ipsam Matillidem per demenciam et non per excogitatam maliciam interfecit, sectam pacis sue que ad regem pertinet pro morte illa rex eidem Emme perdonavit ; et mandatum est vicecomiti Dereb' quod ipsam Emmam Hereward' ab ipsa prisona deliberet, et eam quo voluerit libere abire permittat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quodam probatore recipiendo.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod Robertum Corgent, probatorem regis, quem vicecomes Rotelandie ei liberabit per preceptum regis apud Norht', ab eo recipi et in prisona regis salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Notinghamsir' faciat habere Johanni de Lessinton' sex damos, de dono regis. Teste ut supra. Per Galfridum de Lez'.

De quercubus datis.—Mandatum est eidem G. quod in foresta regis de Kingesuuod' faciat habere abbati de Waleden' duas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. Per R. Passel'.

De damis datis.—Mandatum est Johanni filio Nigelli, custodi foreste de Bernewode, [quod] faciat habere Matillidi de Cantilupo duos damos, de dono regis. Teste ut supra.

De coronatore substituto in comitatu Bed'.—Quia Johannes Boszard', nuper electus coronator regis in comitatu Bedef', qui est de familia Willelmi de Ferrar', comitis Dereb', officio illi, sicut debuit intendere non potest, mandatum est vicecomiti Bed' [tibi precipimus *cancelled*] quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus eligi faciat alium coronatorem loco ipsius Johannis, qui prestito sacramento, sicut fieri solet, extunc faciat et conservat ea que ad coronam regis pertinent in comitatu predicto, et talem eum ad hoc eligi faciat qui melius sciat et velit officio illi intendere, et nomen ejus regi scire faciat. Teste rege apud Wodestok' ix. die Julii. Per regem.

De damis datis.—Mandatum est senescallo foreste regis Essex' quod si Rogerus de Thurkelbi nondum habuerit illas quatuor damas quas rex predem (*sic*) ei dedit in foresta de Essex' ante Natale proximo preteritum, tunc pro eisdem damis faciat ei habere in eadem foresta quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus de Dunstapl'.—Homines de Dunstapl' liberaverunt in garderoba regis P. Chaceporc', custodi ejusdem garderobe, die Dominica proxima post Translacionem Beati Thome Martiris, apud Wodest' centum solidos, per quos finem fecerunt cum rege pro transgressione mensurarum ; et mandatum est vicecomiti Bedef' quod ipsos pro predictis c. solidis decetero non distringat. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lez', de domibus Henrici de Hasting'.—Mandatum est vicecomiti Huntedonie quod faciat habere Ricardo de Limming',

1251.

ballivo de Brampton', domos que fuerunt Henrici de Hasting' quas Johannes Rechel asportavit post mortem predicti Henrici, reponendas per manus hominum ejusdem ville in eodem loco in quo fuerunt prius. Teste ut supra. Per R. Waler'.

Pro eodem Galfrido.—Mandatum est eidem vicecomiti quod de omnibus terris et catallis Ricardi Nolly, nativi de Brampton', qui fugit de terra de Brampton', plenam seisinam habere faciat Ricardo de Limming', servienti Galfridi de Lezign', custodis ejusdem manerii. Teste ut supra. Per R. Waler'.

Pro Ricardo Travaill' inprisonato.—Mandatum est vicecomiti Bed' quod regi significet propter quid Ricardus Travaill' detentus est in prisona regis Bed', et eum salvo custodiat, nec de eo interim judicium fieri permittat. Teste ut supra. Per R. Waler.

De pastura provisa ad averia regis apud Gillingham'.—Quia per provisionem Johannis de Cormayles et Willelmi de Tinehid', vicecomitis Wiltes', et per sacramentum aliorum legalium hominum de visneto de Gillingham', factam per preceptum rex accepit quod expediet facere dominicam pasturam ad instaurum regis in dicto manerio sustentandum de forinseco bosco regis de Gillingh' extra parcum versus Sanctum Eduuardum per Fernbroc, sicut fossatum parci se extendit ad rivulum de Leveremor', et per rivulum illum sicut se extendit usque Blinkelack', et inde usque ad capud superius de Alemore, et de Alemor' ex transverso usque ad Geldenemor', et inde usque ad Falemor' per superiorem turnam de Falemor' usque ad Farnbroc' per la Portweya ; mandatum est custodibus predicte foreste et predicti manerii quod de bosco illo pasturam ad predictum instaurum fieri et teneri faciant per metas et divisas predictas, sicut predictum est. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Mandatum est Henrico de Wengham', escaetori regis, quod de maneriis de Torpmarket, excepta advocacione ecclesie, et Langhal' in comitatu Norff', et de tota terra et tenemento suo manerio (*sic*) de Stanburn' in comitatu Essex', unde Paulinus Peyvr', quondam senescallus regis, Willelmum, juniorem filium suum, feoffavit in vita sua, eidem Willelmo salvo jure uniuscujusque plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De damis datis A. Wintoniensi electo.—Mandatum est custodi foreste de Cette quod in eadem foresta faciat habere A. Wintoniensi electo x. damos, de dono regis, et consilium et auxilium apponat ad damos illos capiendos. Teste ut supra.

Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat magistrum Robertum de Caden', personam ecclesie de Nassinton', que est prebenda ecclesie Lincolnie, pacifice habere omnes libertates pertinentes ad prebendam illam, quas habuit antequam Robertus Passel' esset justiciarius foreste, et eas cepisset in manum regis, et in eisdem libertatibus eum manuteneat et defendat ; ita tamen quod decetero non capiat unam quercum in foresta regis contra Natale,

1251.

sicut consueverat, sine precepto regis speciali. Teste ut supra. [*Cancelled.*] *Quia aliter inferius.*

De damis datis comitisse Warrewici.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Braden' faciat habere Ele, comitisse Warrewici, tres damos, de dono regis. Teste ut supra. Per J. Mansell'.

Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod de denariis regis qui sunt in veniendo de terra regis Hibernie faciat habere Ebuloni de Rocheford' centum marcas, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai. [*Cancelled.*] *Quia aliter in rotulo de Liberate.*

Pro Magistro Roberto de Caden', persona de Nassinton'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per G. de Langel', justiciarium foreste, fieri fecit, quod persone ecclesie de Nassinton', que est prebenda Linc' ecclesie, tempore predecessorum regis, regum Anglie, et hujus, consueverunt habere unum hominem portantem seckilones de bosco de firma de Nassinton' ad omnes perhendinaciones suas in patria, et similiter unum hominem portantem spinas ad braciandum et furniandum ad omnes perhendinaciones suas et contra adventus suos ibidem, et heibote in eodem bosco per totum annum, et averia sua quieta de herbagio, et proprios porcos suos de nutrimento curie sue quietos de pannagio, et oves suas quietas de herbagio in Risfleto de curto bosco de Nassinton' per totum annum preterquam in mense defenso, et unam voletam in eodem bosco, et unam porcheriam, et porcos suos de nutrimento curie sue quietos de herbagio per totum annum preterquam in mense vetito, pro quibus libertatibus, aisiamentis et consuetudinibus regi reddere consueverunt per annum tres solidos ; mandatum est eidem G. quod Magistrum Robertum de Kaden', personam ejusdem ecclesie, easdem libertates, aisiamenta, et consuetudines in eodem bosco habere permittat, sicut predictum est, tamquam de jure spectantia ad ecclesiam suam predictam, ita tamen quod decetero non capiat unam quercum in foresta regis in bosco predicto contra Natale, sicut consueverat, sine mandato regis speciali. Teste ut supra. Per regem et consilium suum.

Pro Gilberto de Tegula.—Quia testificatum est coram rege per E. abbatem de Persor' quod Gilbertus de Tegula per preceptum ipsius abbatis quasdam terras excoluit in manerio regis de Windes', quas capi precepit rex in manum suam, mandatum est ballivo de Windes' quod inbladaturam terre predicte et fenum prati quod ad terram illam pertinet, prefatum Gilbertum libere asportare permittat. Teste ut supra. Per abbatem de Persor'.

De expeditacione canum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam facit civibus Eboraci pro expeditacione canum suorum in suburbio ponat in respectum usque in quindenam Sancti Michaelis. Teste ut supra. Per J. Mansel.

Pro priore de Burencestr'.—Memorandum quod prior de Burencestr' liberavit Johanni de Haveberge et Petro de Lega, custodibus

1251.

operacionum de Wodest', xv. libras et viij. solidos de debito Walteri de Tywe, quod regi debuit, de instauro de Geytinton' et Bricstok ad predictas operaciones faciendas. Teste ut supra.

[m. 8.] *Pro Willelmo juniore filio quondam Paulini Peyvr'.*—Quia Paulinus Peivr', quondam senescallus regis, per cartam suam, quam inspexit, feofavit in vita sua Willelmum, filium suum juniorem, de manerio de Torp' cum molendino de Belhus' et de tota terra et tenemento suo in Langhal' in comitatu Norff' et de tota terra et tenemento suo in Stanburn' in comitatu Essex' cum omnibus pertinenciis, excepta advocacione de Torp'; mandatum est Henrico de Wengh', escaetori regis, quod de predicto manerio cum molendino et de omnibus terris et tenementis predictis eidem Willelmo, salvo jure uniuscujusque, plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wodest' x. die Julii. Per regem et consilium.

Pro Johanna que fuit uxor predicti Paulini.—Mandatum est Henrico de Wengham', escaetori regis, quod de omnibus terris et tenementis que per legalem inquisicionem proborum hominum invenerit Paulinum Peyvr', quondam senescallum regis, tenuisse in socagium, et que sunt in manu regis, Johanne, que fuit uxor ipsius Paulini, tamquam propinquiori heredi ejusdem P., plenam seisinam habere faciat, nomine custodie, de gracia regis speciali usque ad legitimam etatem ipsius heredis. Teste ut supra. Per regem et consilium suum.

De tallagio Judeorum regi reddendo.—Mandatum est baronibus de Scaccario et justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod provideant et ordinent inter se qualiter illa x. milia marcarum que regi debentur de tallagio Judeorum regi persolvi possint in anno futuro. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta de Whittlewod' faciat habere Ernaldo de Bosco duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De pontificalibus faciendis ad opus A. Wintoniensis electi.—Mandatum est W. de Haverhull' et E. de Westmonasterio quod preter casulam preciosam et vestimenta et alia ornamenta preciosa que per ipsum Eduuardum rex dudum fieri precepit ad opus A. Wintoniensis electi, adhuc quendam calicem aureum, mitram, baculum, tunicam, dalmaticam, scendalia, et alia pontificalia tanto prelato conveniencia cum festinacione fieri faciant, sicut rex predicto Eduuardo nuper apud Wodest' oretenus injunxit. Teste ut supra.

Pro heredibus Roberti de Muscampis.—Mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod si Isabella de Muscampis tenuerit se contentam coram escaetore regis et aliis viris fidedignis de tercia parte redditus provenientis de chacia de Chiviet que fuit Roberti de Muscampis, quondam viri sui, nomine dotis, tunc non obstante priori mandato regis nuper ei directo de certa dote ei inde assignanda, heredes ipsius Roberti chaciam illam habere permittat, dum tamen heredes illi securitatem inveniant de porcione illius redditus ipsam contingente ei reddenda terminis statutis. Teste ut supra. Per justiciarium.

1251.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Salceto faciat habere Roberto de Mares duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per B. de Crioll'.

Pro Andrea Turbut.—Rex concessit Andree Turbut, servienti suo, illas duas virgatas terre cum pertinenciis in Dunnes Tywe, quas rex nuper per consideracionem curie sue nuper recuperavit versus Hugonem de Tywe, tamquam escaetam regis; et mandatum est vicecomiti Oxonie quod eidem Andree de predicta terra cum pertinenciis plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wodest' xj. die Julii. Per ipsum regem et consilium.

De auro emendo ad opus regis de denariis Judaismi.—Mandatum [est] W. de Haverhull', thesaurario regis, Edwardo de Westmonasterio, et Philippo Luvel, quod de omnibus denariis de Judaismo provenientibus aurum ad opus regis emi faciant, sicut rex eidem Philippo dudum injunxit, et sicut Thomas Esporun eis exponet ex parte regis. Teste ut supra. Per regem.

Pro Thoma Esporun.—Mandatum est thesaurario et baronibus de Scaccario quod distringant Margaretam de Ripar' ad reddendum Thome Esporun stipendia sibi debita de tempore quo resederit ad Scaccarium regis in officio camere nostre, nomine dicte Margarete, sicut dari consuevit predecessoribus ipsius Thome in hoc officio commorantibus. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De cervis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Thome de Muleton', custodi foreste de Englewod', quod Philippum de Candevr' et Ricardum de Candevr', venatores suos, quos rex mittit ad capiendum cc. cervos in eadem foresta ad opus regis admittat, et ad hoc eis auxilium inpendat. Teste ut supra.

De viridario substituto in comitatu Oxonie.—Quia rex absolvit Henricum Pipard ab officio viridarii, mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod alium loco ejus substituat, qui prestito sacramento, sicut fieri solet, etc. et nomen ejus regi scire faciet. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est J. de Venuz, custodi foreste de Axhiholt, quod in eadem foresta faciat habere Ricardo de Candevr' quinque quercus, de dono regis. Teste ut supra. Per J. de Lexinton'.

Pro Johanne Carbonel, de inquisicione facienda.—Mandatum est vicecomiti Lincolnie salutem (*sic*) quod per sacramentum proborum et legalium hominum per quos etc. diligenter inquirat qui interfecerunt Johannem de Couel', servientem Johannis Carbonel, in nundinis Sancti Botulfi, et qui interfectores illos post forisfactum illud receptaverunt et eorundem catalla, que occultata sunt et subtracta, ut dicitur, ad quorumcunque manus devenerint, sine dilacione faciat arestari, et nomina eorum receptatorum et illorum apud quos catalla illa sunt inventa regi sine dilacione significet. Et omnes illos quos per inquisicionem illam de morte illa culpabiles invenerit capiat et

1251.

in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit, et denarios et catalla que cum predicto interfecto inventa fuerunt que predictus Johannes Carbonel racionabiliter ostendere poterit sua fuisse, in quorumcunque manibus existant, eidem Johanni restitui faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De falconibus regi mittendis.—Mandatum est Johanni de Venuz, senescallo foreste de Axhiholt, quod falcones aerie predicte foreste regis quos habet in custodia sua regi per Radulfum de Erleham' sine dilacione transmittat. Teste [*unfinished*].

De escaetore substituto in comitatu Warrewici.—Thomas de Clinton' substitus est escaetor regis in comitatu Warrewici loco Henrici Pipard', quondam escaetoris, quem rex ab officio illo absolvit ; et mandatum est eidem Thome quod prestito sacramento coram H. de Wengham' et vicecomite loci etc. Teste ut supra.

De virgis tradendis ad reparacionem gurgitis regis Gloucestrie.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta de Dene faciat habere vicecomiti Gloucestrie virgas ad reparacionem unius gurgitis apud Gloucestriam et dimidii, qui sunt in manu regis. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Kenefar' faciat habere J. de Plessetis, comiti Warr', duos cervos, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

Pro Johanna (sic) *de Warenna.*—Quia rex accepit per inquisicionem, quam per vicecomitem Norf' fieri precepit, quod tota nova terra Johannis de Warenna in comitatu predicto et terre sue dominice in eodem comitatu temporibus Willelmi de Warenna, patris sui, et antecessorum suorum, comitum Warenne, semper consueverunt esse libere quiete penitus et inmunes de communibus finibus et amerciamentis et murdris, cum extra terras suas evenerint, in itinere justiciariorum regis ; mandatum est vicecomiti Norf' quod ipsum Johannem easdem libertates quietancias et inmunitates sine impedimento et contradiccione habere permittat, et si quid de predictis terris occasione predicta ceperit, eidem Johanni vel ballivis suis restituat sine mora, salvis regi amerciamentis provenientibus de placitis que emergent coram justiciariis regis de terris suis omnibus antedictis et de murdris que evenient infra terras predictas. Teste rege apud Wudestok' xv. die Julii. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Kenefar' faciat habere J. de Plessetis, comiti Warr', duas quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

Pro abbate de Burgo.—Mandatum est Willelmo Britoni et Willelmo de Axem' quod si processerint ad aliquam inquisicionem faciendam super aliquibus ecclesiam, abbatem, vel ballivos abbacie Sancti Petri de Burgo contingentibus, nullam faciant vel fieri permittant propter

1251.

hoc districtionem vel gravamen, donec regi super premissis consulerint, et inquisicionem illam interim clausam et in suspenso teneant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De coronatore eligendo in comitatu Sumersete.—Mandatum est vicecomiti Sumersete quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus loco Willelmi de Paris, quondam coronatoris regis in comitatu predicto, quem rex ab officio illo penitus absolvit, eligi faciat alium coronatorem qui, prestito sacramento, sicut fieri solet, extunc faciat et conservet ea que ad coronam regis pertinent in comitatu predicto una cum sociis suis coronatoribus regis ejusdem comitatus, et talem eum ad hoc eligi faciat qui ad hoc melius sciat et velit intendere, et nomen ejus regi scire faciat. Teste ut supra.

Pro priore Wigornie.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod scrutatis rotulis Scaccarii sui videant si prior Wygornie usus fuerit tali libertate, quod in singulis Scaccarii predicti summonicionibus vel aliis mandatis vicecomiti Wygornie directis eorundem mandatorum et summonicionum retornum habuerit de hiis que libertatem vel terras et tenementa ipsius prioris et hominum suorum tangunt specialiter, et si post execucionem predictorum mandatorum et summonicionum per ballivos suos idem prior inde responderit vicecomiti predicto et idem vicecomes ad Scaccarium regis ; et post hujusmodi scrutinium de premissis fieri faciant sicut hactenus factum esse invenerint. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Petro de Virgultis, de milicia sua.—Mandatum est J. de Sumercot' et R. Scissori quod Petro de Virgultis, qui noviter accipiet arma militaria, ea que a rege novo militi dari solebant ei faciant inveniri. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Roteland' faciat habere Gilberto de Segrave quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra. Per R. Waleran.

Pro priore de Simplingham'.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Lincolnie [fieri fecit] quod Willelmus filius Emme, qui abjuravit regnum pro felonia, tenuit sex acras terre cum pertinenciis in Denton' de priore de Semplingham' die quo feloniam commisit, et quod terra illa extitit in manu regis per unum annum et unum diem, mandatum est eidem vicecomiti quod de predicta terra eidem priori, tamquam escaeta sua, plenam seisinam habere faciat. Teste ut supra, salvis Johanni de Geres bladis que in terra illa seminari fecit hoc anno. Per ipsum regem.

Pro Matillide de Bello Campo.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod per sacramentum proborum et legalium hominum extendi faciant terram Matillidis de Bello Campo in Pantelawe que est vadium Mossei filii Samsonis de Clar', Judei, quantum valeat per annum in omnibus exitibus, et secundum valorem illius terre et quantitatem debiti in quo predicto Judeo tenetur, eidem Matillidi racionabilem finem et racionabiles terminos habere faciant. Teste rege apud Wodest' xvij. die Julii. Per ipsum regem.

1251.

De rettatis foreste ponendis per ballium.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod Philippum Goscelini et Ricardum, fratrem ejus, detentos in prisona regis de Sancto Briavello sub sufficienti plevina deliberari et in ballium tradi faciat usque ad iter justiciariorum foreste, si viderit expedire. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est J. de Sumercot' et R. Scissori quod Ernaldo Catin et Bernardo de Villanon faciant habere robas sicut ceteris vallettis regis. Teste ut supra.

De non transfretando apud Shorham'.—Mandatum est ballivis de Shorham' quod non permittant aliquem in portu suo transfretare sine precepto regis speciali nisi mercatores, ita quod non oporteat regi capere se ad eos. Teste ut supra. Per B. de Crioll'.

De camera Eduuardi in castro Gloucestrie facienda.—Mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod cameram supra celarium vinorum regis apud Gloucestriam in castro sine dilacione fieri faciat ad opus Eduuardi filii regis ; et, nisi prius inde habuerit allocacionem, custum quod ad hoc posuerit per visum etc. rex ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Willelmo Marbotin et Elia de Ryant inprisonatis.—Mandatum est ballivis de Wincheles' quod faciat habere Willelmo Marbotin et Elie de Ryant, qui sunt in prisona regis apud Dovor' pro roberia facta mercatoribus de Depe in mari, unde apellati sunt, sustentacionem de bonis et catallis suis que sunt in custodia sua. Teste ut supra. Per B. de Crioll'.

Pro abbate de Tyleteya.—Quia abbas de Tyleteya seminavit terras que fuerunt Walteri de Lak' in Brockesheved' de licencia regis, mandatum est Henrico de Wengham' quod prefatum abbatem croppum earundem terrarum hac vice sine inpedimento habere permittat. Teste. Ita tamen quod terre ille nichilominus in manu nostra remaneant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De escaetore substituto in comitatu Berk'.—Walterus de Ripariis substitutus est escaetor regis in comitatu Berk' loco Willelmi de Englefeud' ; et mandatum est eidem Waltero quod prestito sacramento coram vicecomite et Henrico de Wengh' una cum dicto Henrico ad hoc intendat. Teste rege apud Abbendon' xviij. die Julii.

De culcitris faciendis.—Mandatum est E. de Westmonasterio, quod sine dilacione fieri faciat duas culcitras decentes ad pendendum in ecclesia Beati Eduuardi Westmonasterii, unde pannus in medio sit operis Saracenici et utraque culcitra sit dupla major illa que tegit lectum regis. Teste rege apud Sanderford' xviij. die Julii. *Inferius subtrahitur una culcitra, ut patet infra.*

Prior et conventus de Stan' de comitatu Staffordie dant regi xx. marcas pro una carta de warenna, mercato, et feria habendis et acquietandis de cancellaria regis. Teste ut supra. *Vacat, quia alibi.*

1251.

Pro Edmundo de Lacy.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod de terris et tenementis que Edmundum de Lacy, vallettum regis, jure hereditario contingunt in manerio de Sneyht cum vestura eorundem plenam ei seisinam habere faciat, quia rex terras et tenementa illa ei de gracia sua reddidit. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro eodem Edmundo.—Mandatum est W. de Axem' et Willelmo Britoni quod inquisiciones per ipsos factas in comitatu Norht' super Edmundum de Lacy et homines suos clausas teneant usque ad quindenam Sancti Michaelis, nullam molestiam interim eis inferentes. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De culcitris et samitis ad dependendum in ecclesia Westmonasterii.—Mandatum est E. de Westmonasterio quod de samitis fieri faciat unum pannum brudatum ad dependendum in ecclesia Westmonasterii, cujus longitudo sit xl. pedum et latitudo xv. pedum et bordura fiat circumquaque de aurifrigiis et inferantur leopardi ; de duobus autem culcitris quas per ipsum fieri mandavit dependendas in ecclesia Westmonasterii non vult rex quod fiat nisi una, quia pannus predictus loco erit alterius culcitre, et sicut rex alias mandavit omnibus modis provideat quod stola ad vestimentum quod rex daturus est A. Winton' electo valeat c. marcas ad minus. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De assensu eleccionis.—Rex eleccioni facte de fratre Rogero de Cliponvill' in priorem de Monte Acuto assensum suum adhibuit et favorem ; et mandatum est Henrico de Wengham', escaetori regis, quod de omnibus terris et possessionibus ad prioratum illum pertinentibus eidem Rogero plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wherewell' xx. die Julii. Per ipsum regem.

De girofalconibus emendis ad opus regis.—Mandatum est vicecomiti Norff' quod in instantibus nundinis de Len vel allibi emat ad opus regis unum girofalconem album et duos girofalcones grisios, et eos quamcicius fieri poterit ad regem mittat per bonos et certos portatores, et hoc nullatenus omittat ; et rex cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Merewell' xxij. die Julii. Per ipsum regem.

Pro Johanne de Warenna.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Norff' fecit quod tota nova terra Johannis de Warenna in comitatu predicto semper fuerunt (*sic*) libere tempore Willelmi, comitis Warenne, patris predicti Johannis, et antecessorum suorum, scilicet de communi amerciamento comitatus et murdro, quando evenerit, extra terras suas et de communi fine comitatus similiter, set quod in itinere justiciariorum rex habuit et habet amerciamenta de omnibus placitis ibidem motis de omnibus terris suis tam de nova terra sua quam de aliis terris suis dominicis et quod, si murdrum evenerit in terra sua, non fuerunt inde quieti, mandatum est predicto vicecomiti quod prefatum Johannem prefatam libertatem et quietanciam sine impedimento vel contradiccione habere permittat, sicut pater ejus habere consuevit, salvis regi amerciamentis in itinere predicto de predictis terris et murdro provenientibus, sicut predictum

1251.

est; et si quid de predictis terris ceperit occasione predicta, id eidem Johanni reddi faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

[*Cancelled.*] *Quia superius.*

Pro abbate Fiscann'.—Quia abbas Fiscann' adhuc superstes est, ut rex audivit, mandatum est E. abbati de Persor', quod de terris vel tenementis pertinentibus ad abbaciam Fiscann' in nullo se intromittat, donec rex super hoc rumores certiores audierit. Teste rege apud Merewell' xxiij. die Julii. Per ipsum regem.

[m. 7.] *De quercubus datis.*—Rex custodi foreste sue de Wycchewod', salutem. Precipimus tibi quod in prefata foresta facias habere dilecto clerico nostro, Magistro Nicholao de Plumpton', rectori ecclesie de Kaingham, sex quercus ad maeremium cum omnibus escaetis suis, de dono nostro. Teste rege apud Wintoniam xxiiij. die Julii. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Whicchewod' faciat habere Philippo Luvel, clerico suo, duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De girofalconibus emendis ad opus regis in Londonia.—Mandatum est vicecomitibus Londonie quod duos girofalcones venales in Londonia sine dilacione emant ad opus regis, et illos tradi faciant Johanni Mansell' vel ejus nuncio, transmittendos quo rex eidem Johanni injunxit. Teste ut supra. Per J. Mansell'.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Geytinton' faciat habere Gaillardo de Doat, clerico Johannis Mansell', quatuor quercus cum frondibus, de dono regis, ad maeremium. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Gautris quod in eadem foresta faciat habere Rogero de Thurkelby quatuor damos, de dono regis. Teste ut supra. Per Robertum Waler'.

Rex dedit Johanni, filio Galfridi, justiciario suo Hybernie, tres damos in foresta de Dene; et mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod ipsos in ea capere permittat. Teste ut supra. Per R. Walerand'.

De uno damo dato.—Mandatum est Ade de Periton', custodi foreste sue de Braden', quod in eadem foresta permittat Henricum de Malo Lacu, clericum regis, capere unum damum ad opus suum proprium, de dono regis. Teste ut supra. Per R. Passel'.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Porecestr' quod in eadem foresta faciat habere A. Wintoniensi electo tres damos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Salceto quod in eadem foresta faciat habere W. Sarr' episcopo decem robora

1251. ad focum suum, de dono regis. Teste rege apud Wherewell' xxv. die Julii. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Melkesham quod in eadem foresta faciat habere abbatisse de Lacok' duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Pro Edmundo de Lacy.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Lancastrie fieri precepit quod antecessores Edmundi de Lacy semper habere consueverunt wreccum maris cum super terram suam eveniret, mandatum est vicecomiti Lancastrie quod ipsum Edmundum predictum wreccum habere permittat, sicut sui antecessores habere consueverunt. Teste ut supra.

Pro Margareta, comitissa Lincolnie.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod districtionem quam faciunt per summonicionem Scaccarii Margarete, comitisse Lincolnie et Pembr', de sexcies viginti et duabus libris que ab ea exiguntur pro pluribus debitis in quibus regi tenetur, ponat in respectum usque ad festum Sancti Michaelis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Reginaldo de Salinis, valetto regis.—Mandatum est Philippo Luvel et sociis suis, justiciariis Judeorum, sicut alias, quod de tallagio x. milium marcarum assesso super communitatem Judeorum Anglie, faciant habere Reginaldo de Salinis xl. libras ad terras inde emendas ad opus suum vel ad comodum suum alio modo faciendum, prout sibi viderit expedire, et illas in eodem tallagio faciant allocari communitati predicte; et rex bene vult quod eedem xl. libre Ricardo de Vilers allocentur in debito quod debet in Judaismo pro eodem Reginaldo, dum tamen idem Reginaldus securus sit de pacacione sua. Teste rege apud Wherewell' xxv. die Julii. Per ipsum regem.

De palicio et conigera regis de Guldeford' reparandis.—Mandatum est Elie Mansell', custodi parci regis de Guldeford' quod tam de veteribus roboribus et claustura infra parcum quam extra capiat per visum proborum et legalium hominum ad reparacionem cunigere et palicii regis ibidem. Teste ut supra.

Pro uxore Johannis de Warenna.—Mandatum est J. de Sumercot' et Rogero Scissori quod sorori regis A. uxori Johannis de Warenna lectum integrum cum cooperterio de grisio et cum culcitra et matracio et aliis appendiciis competentibus habere faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de la Bere extra Wintoniam quod in eadem foresta faciat habere Fratribus Predicatoribus Wintonie quatuor bona robora cum omnibus escaetis suum (*sic*) ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De j. dolio vini dato.—Mandatum est Roberto de Acr', clerico suo, quod de vinis regis que sunt apud Suhamptoniam faciat habere

1251.

Emerico de Sacy unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De damis datis.—Mandatum est custodi Nove Foreste quod in predicta foresta faciat habere Emerico de Sacy tres damos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod permittat Johannem filium Galfridi, justiciarium Hybernie, capere tres damos in foresta de Dene ad opus suum, de dono regis. Teste ut supra.

Hibernia. Pro Thurstano de Petro Ponte.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod de terris forinsecis vastis in Hybernia quas inhabitari faciet ad commodum regis provideat Thurstano de Petro Ponte [terram pro certo redditu *cancelled*] tenendam (*sic*) x. libratas terre per certum servicium regi inde faciendum quod rex relinquit discrecioni sue ; et rex vult quod pro servicio suo domino J. patri suo et sibi inpenso quod ante quemcumque alium post Oliverum de Asprevill' in hujusmodi terris eidem Thurstano provideatur. Teste ut supra.

Pro Alano filio Roaldi.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Oxonie fieri fecit quod terra que fuit Johannis Coci in Coppecot', qui fuit utlagatus pro morte Ricardi Briselanc', extitit in manu regis per unum annum et unum diem, et quod terram illam tenuit de Roaldo filio Alani, patre Alani filii Roaldi, cujus heres ipse est, mandatum est vicecomiti Oxonie quod eidem Alano de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Rading' xxvij. die Julii.

De quodam rogo faciendo ad opera castri Oxonie.—Mandatum est custodi foreste de Shottor' quod in eadem foresta faciat habere N. de Hanred', vicecomiti Oxonie, buscam de subbosco vel roboribus, sicut ad minimum dampnum ejusdem foreste fieri possit ad quendam rogum inde faciendum ad operaciones castri Oxonie. Teste ut supra.

Pro Hugone filio Hugonis de Vivonia et ballivis Bristollie.—Rex in anno preterito dedit Hugoni filio Hugonis de Vivonia xxxvij. libras et xvj. solidos de firma ville Bristollie pro arreragiis stipendiorum suorum de tempore quo fuit in servicio regis in Wasconia se tercio militum ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod tam predictum Hugonem quam ballivos predicte ville Bristollie de predicta pecunia quietos esse faciant, et districcionem si quam fecerint occasione predicta penitus relaxari faciant. Teste ut supra.

Et mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod ipsum Hugonem inde quietum esse permittat. Teste ut supra.

De muragio Oxonie levando.—Quia quidam clerici tenentes quasdam domos de quibus muragium debetur non permittunt illud muragium levari per maiorem et ballivos Oxonie, mandatum est cancellario universitatis Oxonie quod de firma domorum illarum muragium predictum levari faciat secundum consuetudinem ejusdem ville, et maiori et ballivis predictis liberari, ne pro defectu suo colleccio muragii predicti retardetur. Teste ut supra. Per regem.

1251.

De homagio capto in Hibernia.—Rex cepit homagium Stephani filii Thurstani de Petro Ponte de terris et tenementis que ipse habet de dono patris sui in Hibernia ; et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod ipsum Stephanum terras et tenementa illa in pace tenere permittat. Teste ut supra.

De averiis emptis ad opus regis pascendis et custodiendis.—Mandatum est ballivo de Rokingham' quod averia empta ad opus regis que Ricardus de Shireburn', serviens regis, ei liberabit, ab eo recipiat et ea custodiri faciat in pastura regis ibidem, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De quodam turribulo dato.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod priori et conventui de Shireburn' faciat habere unum turribulum argenteum ponderis xl. solidorum, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Hugone de Botiun, valletto regis.—Rex respectum dedit Hugoni de Botiun, valletto regis, de viij. marcis quas debet Batecoc de Merleberg', Judeo, usque ad festum Omnium Sanctorum proximo futurum ; et mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod respectum illum ipsum habere permittat, et averia sua hac occasione ei interim deliberet. Teste rege apud Rading' xxix. die Julii. Per ipsum regem.

Pro Emma que fuit uxor Galfridi Dispens'.—Mandatum est abbati de Persor' quod omnes exitus et proventus quos cepit de terris et tenementis que fuerunt Galfridi Dispens' a die quo Emma que fuit uxor ejusdem G. finivit cum rege pro habenda custodia illorum, scilicet a xxviij. die Julii eidem Emme sine mora reddi faciat. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De expeditacione canum.—Mandatum [est] G. de Langel', justiciario foreste, quod districcionem quam J. de Venuc', ballivus foreste de Wolvemer', facit Ricardo de Warneford' pro expeditacione canum poni faciat in respectum usque ad xv. Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex mandavit J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, de thesauro Hibernie quod liberari faceret Willelmo de Valencia cclxx. marcas que ei restant reddende de D. marcis quas rex ei dedit ad terras suas in Hibernia instaurandas ; et ideo mandatum est thesaurario et camerario Hibernie quod si eadem pecunia ad opus dicti W. ad mandatum ipsius justiciarii de Scaccario Hibernie non fuerit liberata, tunc dictas cclxx. marcas de predicto Scaccario ad opus ipsius Willelmi sine dilacione liberari faciant. Teste ut supra. Per regem.

De quercubus datis.—Mandatum est Johanni de Venuc', custodi foreste de Axiholt, quod in eadem foresta faciat habere abbatisse Wintonie sex bonas quercus cum escaetis suis ad scindula inde facienda, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

1251.

De damis datis.—Mandatum est constabulario de Sancto Briavello quod in foresta de Dene faciat habere uxori Johannis de Munem' duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per R. Waler'.

De denariis mittendis in garderobam regis.—Mandatum est Johanni de Aure, escaetori regis in comitatu Sumersete, quod habeat in garderoba regis die Martis proxima ante Assumpcionem omnes exitus et proventus prioratus Montis Acuti dum vacans fuit et in manu regis. Teste rege apud Windes' xxx. die Julii. Per regem.

De denariis mittendis in garderobam regis de Norff'.—Mandatum est vicecomiti Norff' et Suff' quod tam de itinere justiciariorum quam de summonicione Scaccarii levari et regi sine dilacione mitti faciat ccc. marcas liberandas in garderoba regis P. Chacep', custodi ejusdem garderobe, ad expensas hospicii regis, et hoc non omittat, sicut se et sua diligit ; et rex illas ei faciet allocari. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est Hugoni Gargat quod omnes denarios quos de exitibus ballive sue perquirere poterit, sine dilacione venire faciat in garderobam regis, et rex illos ei faciet allocari. Teste ut supra.

De denariis mittendis in garderobam.—Mandatum est Willelmo de Englefeud' quod omnes denarios quos habet de bladis venditis et aliis exitibus escaetarie regis de tempore quo fuit escaetor in comitatu Berk' sine omni dilacione venire faciat in garderobam regis, et rex illos ei faciet allocari. Teste rege apud Windes' primo die Augusti.

De quercubus prosternendis ad operaciones Windes'.—Rex mittit Robertum de Waldis, carpentarium, usque forestam regis de Axiholt ad prosternendum in eadem lx. quercus ad operaciones de Windes' ; et mandatum est custodi ejusdem foreste quod ipsum ad hoc admittat, et eidem Roberto ad escaetas de eisdem quercubus provenientes vendendas ad comodum regis consilium et auxilium inpendat, ita quod idem Robertus nobis inde respondeat. Teste ut supra.

De quercubus ad operaciones de Lutegarshal'.—Mandatum est custodi foreste de Cette quod in eadem foresta faciat habere custodibus operacionum de Lutegarshal' xx. quercus ad quandam cameram Eduuardi filii regis faciendam. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Chippenham' quod in eadem foresta faciat habere Theobaldo de Engleskevill' duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De damis datis.—Mandatum est Willelmo Luvel et sociis suis, venatoribus regis, quod in foresta de Den' faciant habere Matheo Bezill' duos bonos damos, de dono regis, ita quod propter hoc numerus damorum capiendorum ad opus regis non decrescat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De gurgitibus Gloucestrie.—Mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod non permittat quod inferiores gurgites juxta gurgites nostros

1251.

Gloucestrie ita exaltentur quod per hoc captura lampredarum regis inpediatur, set ipsos secundum antiquum modum fieri et teneri faciat.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Salceto faciat habere Magistro Alexandro, fisico Eduuardi, filii regis, sex quercus cum escaetis ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Clarendon' quod in bosco regis de Graveling' faciat habere Roberto de Shotendon' quatuor quercus ad tortos postes inde faciendos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De ponendo per ballium.—Ricardus le Broc, detentus in prisona Sarr' pro morte Gunnilde de Henton', Claricie et Matillidis filiarum ejus, unde rettatus [est], habet litteras vicecomiti Wiltes' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De firma de Graham' liberanda J. de Sumerc' et R. de Ros ad prisas regis.—Mandatum est ballivis regis de Graham' quod firmam ville sue regi debitam de termino Sancti Michaelis proximo futuro sine dilacione faciant habere Johanni de Sumercot' et Rogero de Ros ad acquietandandum prisas et empciones factas ad opus regis per manus eorundem; et cum rex sciverit summam, illam ei faciet allocari. Teste rege apud Windes' secundo die Augusti.

Consimiles litteras habent directas ballivis de Grimesby de firma sua de eodem termino. Teste ut supra. Per ipsum regem.

[*Cancelled* :—] *Quia aliter.*

De vinis datis.—Mandatum est Ernaldo Geraudun, camerario Londonie, quod de vinis regis de prisa que sunt in custodia sua faciat habere Magistro Henrico, versificatori, duo dolia vini meri et optimi, de dono regis; et rex illa acquietari faciet. Teste ut supra.

De manerio de Benham dato W. de Valencia.—Rex commisit Willelmo de Valencia, fratri suo, manerium de Benham, quod est in manu regis tamquam escaeta sua, cum blado instantis autumpni et instauro ejusdem manerii, habendum et tenendum pro xxiiij. libris annuis ad quod manerium illud extensum est per annum; ita tamen quod tanta summa pecunie singulis annis decidat eidem Willelmo de annuo feodo suo quod percipit ad Scaccarium regis; et mandatum est vicecomiti Berk' quod eidem Willelmo de predicto manerio plenam seisinam habere faciat in blado et instauro, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Allocate Johanni de Alra, custodi prioratus de Monte Acuto, in exitibus ejusdem prioratus de tempore quo vacans fuit et in manu nostra xix. marcas quas liberavit in garderobam nostram P. Chacep', custodi ejusdem garderobe, in crastino Beati Petri ad vincula anno etc. xxxv. per preceptum nostrum. Teste ut supra. [*Cancelled* :—] *Quia aliter in rotulo de Liberate.*

1251.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Gautrys quod faciat habere Roberto de Ros quatuor damos in predicta foresta, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est thesaurario et camerariis suis Hibernie quod illas ducentas sexaginta et decem marcas qui (*sic*) restant reddende dilecto fratri suo, W. de Valencia, de quingentis marcis quas ei dedit ad terras suas Hybernie instaurandas, per pondus liberari faciant, eo modo quos (*sic*) eas receperunt. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro Galfrido de Lezign'.—Mandatum est Willelmo de Erkaluwe, escaetori regis in comitatu Salops', quod omnes exitus manerii de Worefeld' quos recepit de eodem manerio post Pascha proximo preteritum liberari faciat nuncio dilecti fratris sui, Galfridi de Lezinan', cui custodiam ejusdem manerii commisit. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

[*Cancelled.*] *Quia habuit breve de Allocate in a*[*nno*] *xxxvj.*

Pro Ebulone de Montibus.—Mandatum est Ricardo de Witsand' quod de feno quod est in custodia ejusdem Ricardi in manerio de Brockeseved habere faciat Ebuloni de Montibus quantum pertinet ad warectum instantis estatis, de d[ono] regis, ad sustentacionem carucarum suarum. Teste rege ut supra.

Pro Willelmo de Bussey et Roberto de Tuyt.—Rex perdonavit Willelmo de Bussey xvij. marcas quas Robertus de Tuyt et Alexandra uxor ejus debent Jacobo filio Magistri Mossey, Judeo Londonie; et mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod predictos Robertum et Alexandram de predictis xvij. marcis quietos esse, et munimenta que predictus Judeus pro debito predicto habet eidem Willelmo liberari faciant, et predictam pecuniam dicto Judeo faciant allocari in tallagio suo. Teste ut supra. Per [ipsum regem].

Willelmus de Maysham' dat regi unam marcam pro una assisa nove disseisine capta coram Magistro S. de Wauton'; et mandatum est vicecomiti Dereb' quod capiat etc. *Vacat, quia alibi.*

[m. 6.] *De damo dato.*—Mandatum est Godefrido de Lyston', forestario de Wyndles', quod permittat Elyam de Rabayn' capere in eadem foresta unum damum, de dono regis. Teste rege apud Wyndles' iiij. die Augusti anno etc. Per P. de Rie[vall']. [*Cancelled:*—] *Quia non habuit.*

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Axyholt quod permittat Johannem Mansell' capere tres damos in eadem foresta, de dono regis. Teste rege ut supra. Per P. de Rivall', iiij. die Augusti.

De expeditacione canum.—Rex perdonavit abbati et conventui de Loco Sancti Edwardi demandam quam eis facit pro expeditacione canum suorum et hominum suorum; et mandatum est G. de Langel' quod illos inde quietos esse permittat, et si quam districcionem fecerit

1251.

super ipsos vel homines suos occasione predicta penitus eis relaxet, donec inde rex aliud preceperit. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro hominibus hospitalis Sancti Bartholomei, Gloucestrie.—Mandatum est Matheo de Besill', constabulario Gloucestrie, quod demandam quam facit hominibus fratrum hospitalis Sancti Bartholomei, Gloucestrie, de tina cervisie ponat in respectum usque ad festum Omnium Sanctorum. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De dote assignanda.—Mandatum est abbati de Persor', escaetori regis, quod de omnibus terris et tenementis que fuerunt Paulini Peyvre, et que sunt in manu regis, faciat assignari Johanne, uxori quondam Paulini Peyvr', racionabilem dotem suam. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Roberto Houel.—Rex justiciariis suis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Licet Robertus Houel terminos suos non observaverit de fine quaterviginti librarum quem fecit cum Aaron filio Abrahe et Elya le Evesque, Judeis, coram dilectis et fidelibus nostris S. de Monteforti, comite Leycestrie, et Johanne Maunsell', preposito Beverl', de debitis in quibus idem Robertus eisdem Judeis tenetur; nolumus tamen quod aliqua districtio fiat Willelmo de Morecuim, plegio prefati Roberti, vel eidem Roberto pro veteribus debitis eorundem Judeorum, set quod idem Willelmus de fine predicto reddat eisdem Judeis quadraginta libras ad festum Sancti Martini, anno regni regis tricesimo sexto, et ad Pascha proximo sequens quadraginta libras; et ideo vobis mandamus quod eidem Willelmo eosdem terminos habere et sic fieri et inrotulari faciatis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Johanne Mansell'.—Mandatum est Fulconi de Orreby, escaetori suo in comitatu Cestrie, quod de terra illa in Tatehal' pertinente ad custodiam terre et heredis Roberti Tuschet, que est in manu dilecti et fidelis Johannis Mansell', eidem Johanni sine dilacione plenam seisinam habere faciat. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro eodem Johanne.—Eodem modo mandatum est Willelmo de Ercaulewe, escaetori suo in comitatu Salops', quod de terra que est in manu regis in Leg' Cumbray [et] Upton' pertinente ad custodiam terre et heredis Roberti Tuschet, que est in manu Johannis Mansell', plenam seisinam eidem Johanni sine dilacione habere faciat. Teste rege ut supra.

Pro Hugone le Porter.—Rex dedit Hugoni de Cornevill' bladum et fenum que fuerunt Willelmi Nuion' nuper suspensi apud Wind' pro morte hominis super quam in curia domini regis manifeste fuit convictus; et mandatum est vicecomiti Berks' quod eidem Hugoni plenam seisinam inde habere faciat. Teste rege apud Wind' v. die Augusti, anno etc. Per ipsum regem.

Pro abbate Cluniacensi.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod capam preciosam quam nuper fieri precepit rex ad opus

1251.

abbatis et conventus Cluniacensis eidem abbati liberari faciat, de dono regis. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Cissori quod Hur' Pictavensi, militi regis, robam competentem habere faciat, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

De damis captis et cariandis ad opus regis.—Mandatum est G. de Langel' quod capi faciat in foresta de Gaultr' centum damos et alios centum damos in forestis regis citra Trentam ad opus regis, et ipsis captis et bene salitis significet regi pro literis dirigendis vicecomitibus locorum quod eos cariari faciant quo dominus rex eis injunget. Teste ut supra. Per regem.

De cervis datis.—Mandatum est Willelmo de Horsinden, baillivo de Pecco, quod habere faciat Radulfo filio Nicholai, tres cervos, de dono regis. Teste ut supra. Per Robertum Waler'.

De bordo emendo apud Londoniam ad operaciones.—Mandatum est vicecomitibus Londonie quod emi faciant duo miliaria Bordi Estrensis et venire usque Wind' ad operaciones regis ibidem faciendas; et, cum rex sciverit custum, illud eisdem faciet allocari. Teste ut supra. Per regem.

De vino dato.—Mandatum est Ernaldo Geraudun, camerario Londonie, quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere fratri J. priori de Novo Burgo, capellano regis, unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra.

Pro Willelmo de Valencia.—Rex concessit Willelmo de Valencia, fratri suo, custodiam omnium terrarum quas Ada de Bailloll' tenuit in dotem, spectancium ad heredem Rogeri filii Johannis; et mandatum est abbati de Persour', escaetori regis, quod eidem Willelmo de predictis terris plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Wind' viij. die Augusti, per regem.

Eodem modo scribitur Thome de Stanford' de eadem dote. Teste ut supra de terris quas tenuit in dotem et in maritagium. Teste etc.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Bradene quod faciat habere abbati de Persor' duos damos, de dono regis, in eadem foresta. Teste, etc. Per regem.

De ponendo per ballium.—Rogerus Bissop', detentus in prisona Norhampt' pro morte Hugonis de Brunne, unde appellatus est, habet litteras regis vicecomiti Norht', quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De cuppis et pelvibus ad opus abbatis Cluniacenis.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod faciat habere Ernaldo Geraudun [Magistro Johanni Clarel *cancelled*] duas pulcras cuppas argenteas et quasdam pelves argenteas ad opus abbatis Cluniacensis, de dono regis. Teste ut supra. Per J. Mansel.

1251.

De ponendo per ballium.—Nicholaus de Luveny, detentus in prisona regis de Ivelcestr' pro morte Ricardi Dure de Chinnoc, habet litteras vicecomiti Sumers' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Bradene quod habere faciat Reginaldo filio Petri tres damos, de dono regis, in eadem foresta de Braden'. Teste ut supra. Per regem.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Bradene quod habere faciat Isabelle de Mortuo Mari duos damos, de dono regis, in eadem foresta. Teste ut supra. Per J. Mansell'.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Gillingham' quod faciat habere abbatisse de Saftebur' quinque quercus, de dono regis, in eadem foresta. Teste ut supra. Per regem.

De damis et cervo capiendis ad opus regis.—Rex mittit usque Goudeford' Hugonem Franceys, Yngeram de Percy, Stephanum, socium suum, Fige, Ernaldum Guillmi, et Robertum de Sunninges ad capiendum in parco regis ibidem decem damos et unum cervum ad opus regis ; et mandatum est Elye, parcario regis, quod ipsos ad hoc admittat. Teste ut supra. Per R. Waler'.

De capracio providendo ad opus regis.—Mandatum est J. de Sumercot' et R. Scissori quod sine dilacione provideant regi quendam bonum capracium ad unam capam inde faciendam ad opus nostrum, et illum liberent Germano, scissori regis, injungentes ei quod capam illam festinanter fieri faciat. Teste ut supra.

De robis datis.—Mandatum est eisdem quod si Ernaldus Cotin et Bernardus de Villa Nova non habuerint robas suas de termino Natalis Domini proximo preterito, tunc eas eis habere faciant. Teste ut supra. Per regem.

De uno damo dato.—Mandatum est custodi foreste regis de Dene quod in eadem foresta faciat habere faciat (*sic*) B., uxori Mathei Bezill', unum damum, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De damis regine.—Mandatum est G. de Lyston' quod in balliva sua, ubi melius fieri possit, faciat habere regine decem damos ad opus ipsius regine. Teste ut supra. Per regem.

De roba data.—Mandatum est J. de Sumercot' et R. Scissori quod uxori Ernaldi Cotin, valetti regis, faciant habere robam, videlicet tunicam, supertunicam, et pallium cum penula de bissis. Teste ut supra.

De operacionibus in castro de Windes'.—Mandatum est Simoni, capellano, custodi operum Windes', quod in castro regis de Windes', elongari faciat cameram capellanorum, et ad eandem cameram quandam cameram privatam et parvam coquinam et in anteriori parte claudi muro faciat. Teste rege apud Wind' xj. die Augusti. Per regem.

1251.

Pro Griffino filio Wenunwini.—Griffinus filius Wenunwini solvit regi apud Keniton' unum espervarium sorum pro redditu suo de Esseford' in comitatu Dereb', per manum Willelmi Aucupis, de anno etc. xxxv^{to}.

De ponendo per ballium.—Johannes le Bretun et Basilia, uxor ejus, Willelmus filius Johannis, Alicia filia Johannis, Robertus Sturmi et Johannes filius Willelmi, detenti in prisona Eboraci pro morte Osberti de Barneb', unde appellati sunt, habent litteras vicecomiti Eboraci, quod ponantur per ballium. Teste rege apud Keniton', xij. die Augusti.

De plumbo ad operaciones Turris.—Mandatum est maiori et vicecomitibus Londonie quod habere faciant Petro Blundo, constabulario Turris Londonie, duas carratas plumbi ad domos regis in eadem Turri reficiendos ; et rex, cum sciverit custum, illud eis faciet allocari. Teste rege apud Westmonasterium xiij. die Augusti. Per regem.

De reclusorio super murum Londonie.—Mandatum est constabulario Turris Londonie quod reclusorium situm super murum prope Turrim Londonie reparari faciat reparacione qua indiget ; et rex cum sciverit [custum], illud ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Petro Reban.—Rex vicecomiti Kancie, salutem, Quia accepimus per inquisicionem quam per te fieri precepimus per quatuor hundreda viciniora civitati Cantuarie de quibusdam maleficiis in eadem civitate perpetratis, et in quam Petrus Reban arrestatus in eadem civitate pro eisdem maleficiis se posuit, quod idem Petrus inmunis est de transgressione ei inposita, tibi precipimus quod eundem Petrum a prisona nostra deliberes et quo voluerit abire permittas. Teste ut supra. Per regem et consilium.

De Bonenfaunt, Judeo, capiendo pro tallagio suo.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod Bonenfaunt de Exonia, Judeum, fugitivum pro tallagio super eum assesso, ubicumque inventus fuerit in balliva sua, capi et venire faciat coram collectoribus ad tallagium Judeorum assignatis, ad respondendum eisdem de porcione ipsum contingente de tallagio predicto. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Augusti anno etc. Per regem.

De inquisicione facienda in manerio de Havering' de jure regis.—Mandatum est ballivo de Havering' quod venire faciat coram Laurencio de Broc, quem rex mittit usque Havering' ad inquirendum super custodiis, maritagiis, escaetis, et aliis juribus regis subtractis et alienatis in eodem manerio, prout rex ei plenius injunxit, et quod ei ad hoc intendens sit et auxilians. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Augusti. Per regem.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Gillingham' quod in eadem foresta faciat habere A., Wintoniensi electo, x. damos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Eodem modo mandatum est custodi Nove Foreste de aliis x. damis ad opus ejusdem electi. Teste ut supra. Per regem.

1251.

De Rogero de Ardern' liberando justiciario Cestrie.—Quia rex audivit quod R. de Monte Alto, senescallus Cestrie, cepit et in prisona detinet Rogerum de Ardern' pro transgressione cuney regis, que ad regem pertinet, mandatum est eidem R. quod ipsum Rogerum cum catallis secum inventis liberet A. la Zusch', justiciario Cestrie, ad faciendum inde quod ei injunxit, cui rex mandavit quod illum recipiat. Teste ut supra. Per regem.

De busca ad rogos Bristollie.—Mandatum est constabulario Bristollie et custodi foreste regis de Kingesuuod' quod in eadem foresta faciat habere custodibus operacionum castri regis Bristollie buscam tam de subbosco quam de veteribus roboribus cum frondibus et aliis escaetis suis ad duos rogos faciendos ad operaciones predictas. Teste ut supra. Per regem.

Pro Reginaldo de Salinis, valletto regis.—Mandatum est vicecomitibus Londonie quod equum illum quem habent in custodia sua, et unde quidam garcio submersus fuit in aqua Thamisie, liberent Reginaldo de Salinis, valletto regis, de dono regis. Teste ut supra. Per R. Waler'.

De denariis levandis de abbacia de Hulmo.—Mandatum est vicecomiti Norff' quod omnes denarios quos perquirere poterit tam de tallagio quam de aliis exitibus abbacie de Hulmo venire faciat sine dilacione in garderobam regis, quia mora trahit periculum in hac parte. Teste ut supra. Per regem.

De ponendo per ballium.—Stephanus Nechtegal, detentus in prisona Gloucestrie pro morte Sabine de Bromesbergh' et filie sue, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Gloucestrie quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

De cervis datis.—Mandatum est Fulconi de Orroby quod in foresta regis in comitatu Cestrie faciat habere Alano la Suche, justiciario Cestrie, quatuor cervos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De denariis liberandis ad operaciones de Gannoc.—Rex Petro de Mungomery, salutem. Mandamus vobis quod denarios quos Alanus la Suche, justiciarius noster Cestrie, vobis liberabit per preceptum nostrum recipiatis et ex eis operaciones nostras de Gannok' per visum et testimonium Willelmi de Bello Manso, constabularii nostri ibidem, fieri faciatis, ita quod inde respondeas ad Scaccarium nostrum per testimonium ejusdem constabularii quem ad hoc visorem constituimus. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod Petro de Monte Gomery denarios liberari faciat ad operaciones de Gannoc per visum et testimonium Willelmi de Beamis, constabularii de Gannoc, inde faciendas. Teste ut supra. Per regem.

Pro abbate de Waleden'.—Rex per finem quem abbas de Waleden' fecit cum rege reddidit ei libertatem suam quam cepit in manum suam in Ayswell' in ultimo transitu regis per partes illas pro contemptu ;

1251.

et mandatum est vicecomiti Hertfordie quod eidem abbati prefatam libertatem suam cum omnibus exitibus inde perceptis medio tempore rehabere faciat. Teste ut supra.

De plumbo dato abbati de Natteleg'.—Mandatum est ballivis de Suht' quod xxx. carratas plumbi quas vicecomes Lincolnie eis nuper misit liberent abbati de Loco Sancti Eduuardi, de dono regis, per illud pondus per quod illum receperunt. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Blakemor' quod in eadem foresta faciat habere Roberto Waleran, senescallo regis, tres damos, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Johanna, que fuit uxor P. Peyvr'.—Mandatum est abbati de Persor', escaetori regis, quod scire faciat regi cujusmodi exitus et quantum escaetores nostri ceperint de terris et tenementis que fuerunt P. Peyvr' post mortem ipsius P. usque ad diem quo Johanne, que fuit uxor ejusdem P., de eisdem terris et tenementis tamquam custodi terrarum et heredum ejusdem seisinam reddidimus. Teste ut supra. Per regem et J. Mansell'.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Blakemor' quod in eadem foresta faciat habere Petro Chaceporc' tres damos, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Mandatum est venatoribus regis in foresta de Den' quod de damis captis in eadem foresta ad opus regis duos damos liberari faciant Sibille de Clifford', ita tamen quod numerus damorum capiendorum ibidem ad opus regis in nullo minuatur. Teste ut supra. Per regem.

De vino dato.—Mandatum est camerario Londonie quod sine dilacione faciat habere Roberto de Shotendon' unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

[m. 5.] *De prisone recipiendo.*—Mandatum est custodi gaiole regis de Neugat' quod Hugonem Burel, prisonem quem ballivi Petri de Sabaudia de Cestrehunt' tibi (*sic*) liberabunt per preceptum regis recipiat. [*Unfinished.*]

De damis capiendis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, sicut alias, quod modis omnibus quod (*sic*) centum damos in forestis regis ultra Trentam capi faciat per vavasores de partibus illis qui bonos canes ad hoc habent, et alios centum damos in forestis citra ripam predictam, ita quod de numero nichil deficiat, et cum capti fuerint illos bene saliri et preparari faciat, et illos contra festum Natalis Domini apud Eboracum, ubi rex tunc erit, venire faciat; et custum quod in capcione, salatura, et cariagio illius venacionis posuerit, cum rex illud sciverit, ei faciet allocari. Teste rege apud Hammes xviij. die Augusti. Per regem.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Galtris quod faciat habere Rogero de la Leye in prefata foresta duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

1251.

Pro A. comite Sabaudie, et Thoma, comite Flandrie.—Quia rex recolit se assignasse A. comitem Sabaudie, et Thomam comitem Flandrie, ad recipiendum feodum suum annuum quod recipere consueverat ad Scaccarium de fine quem Johanna Wak' fecit cum rege, mandatum est W. de Haverhull' et ceteris baronibus de Scaccario quod non omittentes pro aliquo mandato regis contrario eis facto de fine predicto quin feodum eorundem A. et Thome de termino Sancti Michaelis proximo futuro ei reddi faciant, sicut prius illud de fine illo habere consueverunt. Teste ut supra. Per ipsum regem, secundum tenorem brevis patentis de Liberate quod inde habent.

De damis datis.—Mandatum est Ricardo Fillol, senescallo foreste Essex', quod in eadem foresta faciat habere Roberto Passel', archidiacono Lewensi, duos damos, de dono nostro. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est custodi foreste de Gautris quod in eadem foresta faciat habere Johanni, priori de Novo Burgo, capellano regis, duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De assisis Insularum.—Mandatum est Drogoni de Barantin, custodi Insularum regis de Geres' et Gerner', quod assisas regis in predictis Insulis teneri faciat secundum antiquas et approbatas consuetudines earundem Insularum. Teste ut supra. Per regem.

Pro Waltero Achard.—Quia Walterus Achard diu regi servivit, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod de aliqua escaeta vel warda ad ejus sustentacionem competentem provideat, et valorem ejus regi scire faciat, ut sic ei possit per regem possit provideri. Teste ut supra. Per regem.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Braden' quod in eadem foresta faciat habere Magistro Milicie Templi in Anglia decem damos quos singulis annis habere consuevit in predicta foresta per cartam domini J. regis, patris nostri, ad capitulum suum tenendum. Teste rege apud Havering' xx. die Augusti. Per regem.

Pro H. Ossoriensi electo.—Quia H. Ossoriensis electus intendit obsequiis regis ad Scaccarium Dublin', rex vult quod manerium de Obruy, quod est in partibus Dublin', preceteris per extentam racionabilem ei committatur ; et mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, quod, accepta ab eo sufficienti securitate de firma ejusdem regi reddenda per annum ad Scaccarium, manerium illud ei liberet, tenendum quamdiu regi placuerit. Teste ut supra. Per regem.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi forreste (*sic*) regis de Selewud' quod in eadem forresta faciat habere Petro Chaceporc' quinquaginta quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De cervo dato.—Mandatum est custodi foreste regis de Axiholt quod in eadem foresta in Wolvemer' faciat habere Roberto de

1251.

Sancto Johanne unum cervum, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

Cristiana de Plumberg' [*unfinished*].

De operacionibus de Windleshour'.—Mandatum est Simoni, capellano, et aliis custodibus operacionum Windes' quod claustrum regis in castro Windes' paviri et lambruscari, et apostolos depingi faciat, sicut rex ei et Magistro Willelmo, pictori suo, ibidem injunxit. Teste ut supra. Per regem.

De inhibicione vinorum in Wasconia.—Mandatum est Simoni de Monteforti, comiti Leycestrie, quod per totam terram Wasconie publice clamari et prohiberi faciat ne aliquis mercator decetero vina duci faciat in Anglia nisi quoddlibet dolium vini plene fuerit de mutacione, quia si fecerint rex inde plenam vindictam capi faciet, cum ex hoc regi et terre Anglie posset dampnum non modicum provenire. Teste rege apud Havering' xxiij. die Augusti. Per regem.

Eodem modo mandatum est maiori et juratis communitatis Burdeg'. Teste ut supra.

De cervo dato.—Mandatum est custodi foreste de Axhiholt quod in eadem foresta faciat habere Johanni Mansell', preposito Beverl', unum cervum, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi Nove Foreste regis quod in eadem foresta faciat habere Nicholao de Molis sex quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Pro abbatissa de Berking'.—Mandatum est custodi foreste de Hineheut' et Gaisham' quod permittat abbatissam de Berking' capere et abducere in bosco suo proprio qui est infra metas earundem forestarum x. quercus ad maeremium, ubi capi possint ad minus detrimentum forestarum ipsarum. Teste ut supra. Postea habuit aliud breve de xx. quercubus capiendis in bosco suo per verba quam supra. Teste rege apud Walth', ut infra. Per regem.

De cervis datis.—Mandatum est W. de Horsendon', ballivo de Pecco, quod in foresta regis de Pecco faciat habere Willelmo de Chaeny duos cervos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste de Witlewod' quod in eadem foresta faciat habere Philippo Luvel duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est custodi foreste de Selewod' quod in eadem foresta faciat habere Roberto de Muscegr' duos damos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De prisone carriando.—Mandatum est vicecomiti Herefordie quod rex bene vult quod Milo Pichard', quem cepit, mittatur usque Gloucestriam, et mandatum est maiori et ballivis Herefordie quod efficax auxilium apponant ad ipsum Milonem secure cariandum usque

1251.

Gloucestriam, et mandatum est constabulario castri Gloucestrie quod ipsum recipiat et salvo custodiat donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per regem.

Pro Laurencio filio Philippi et Gilberto Bacun.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod Laurencium filium Philippi et Gilbertum Bacun, qui sunt cum L. Roffensi episcopo in partibus transmarinis, propter absenciam suam in turno vicecomitis non occasionet nec in defaltam ponat dum fuerint in partibus predictis, et misericordiam, si quam super ipsos posuerit occasione predicta, penitus relaxet. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex mittit Hugonem Franc' et socios suos ad capiendum in parco regis de Hadleg' x. damos ad opus regis, et mandatum est custodi ejusdem parci quod ipsum ad hoc admittat, et ad illos capiendum consilium et auxilium apponat. Teste ut supra. Per regem.

De luciis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Willelmo Wym', custodi vivarii regis Staffordie, quod curam apponat una cum vicecomite Staffordie quod in eodem vivario capiantur ad opus [regis] $iiij^{xx}$ lucii, ita quod rex eos habeat in vigilia Beati Eduuardi, et eos liberet predicto vicecomiti cariandos etc. ut supra. Per regem.

De stola facienda.—Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod contra festum Beati Eduuardi fieri faciat quandam stolam preciosam convenientem casue (*sic*) preciose, cujus extremitates ornentur margaritis preciosis cum laminibus aureis in aurifraxis, ita quod prompta sit in festo predicto. Teste ut supra. Per regem.

De provisione pannorum sericorum.—Mandatum est J. de Sumercot' et R. Scissori quod vij. pannos de serico provideri et conjungi faciant ad dependendum in ecclesia Westmonasterii in festo Beati Eduuardi proximo futuro. Teste ut supra. Per regem.

De provisione foreste regis.—Rex associavit Nicholaum de Barinton' Ricardo Fillol', senescallo foreste Essex', ad providendum quod haie ejusdem foreste non sint altiores quam esse debent et solent secundum antiquas assisas et consuetudinem ejusdem foreste; et mandatum est eidem Nicholao quod una cum eo ad hoc intendat. Teste ut supra. Per regem.

De quercu data.—Mandatum est Ricardo Fillol', senescallo foreste Essex', quod in foresta regis de Havering' faciat habere Reginaldo le Rus unam quercum ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Rex concessit Magistro Willelmo Salsar' et Rogero le Galiot custodiam terre et heredum Johannis le Fleccher cum pertinenciis, videlicet eidem Magistro Willelmo medietatem ejusdem custodie cum maritagio eorundem heredum, et predicto Rogero alteram medietatem, excepto maritagio, habendam et tenendam usque ad legitimam etatem

1251.

eorundem heredum ; et mandatum est abbati de Persour', escaetori regis, quod eisdem Willelmo et Rogero de predicta custodia plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Havering' xxv. die Augusti.

[*Added :*—] Retentis in manu regis xj. bovatis et tercia parte unius bovate terre cum pertinenciis in Bradel', que valet per annum xij. marcas, et unde reddidit quatuor marcas per annum pro omni servicio, sicut rex per inquisicionem inde factam accepit. Teste etc.

[*Cancelled :*—] *Quia non habuerunt, set aliter in rotulo finium.*

De quercubus datis.—Mandatum est custodi Nove Foreste quod in eadem foresta faciat habere abbati de Bello Loco decem quercus ad maeremium, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est custodi foreste de Axiholt' quod in eadem foresta faciat habere magistro W. archidiacono Surreie, quinque quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Wautham' xxv. die Augusti. Per regem.

Pro falsariis monete recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Staffordie quod quendam hominem et duas feminas, fabricatores false monete, quos ballivi W. comitis Dereb', ceperunt apud Tuttebur', et quos ei per preceptum regis liberabunt, recipiat cum artificiis et instrumentis ad fabricam dicte monete spectantibus cum eis inventis, et ipsos in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

Et mandatum est prefato comiti, ut supra. Teste etc. Per regem.

De denariis assignatis ad operaciones.—Rex x. libras quas J. le Waleys, ballivus de Havering', regi debet pro vinis ei venditis per manum Roberti de Dacr', assignavit ad operaciones de Havering', et mandatum est vicecomiti Essex' quod super ipsum Johannem nullam propter hoc districcionem fieri faciat. Teste ut supra. Per regem.

De ponendo per ballium.—Rogerus le Fevr' de Sowe, Ricardus le Caretter, Thomas Abbod, Johannes Ketel, Hugo filius Henrici et Willelmus le Caretter, detenti in prisona Warr' pro morte Rogeri Estrang', habent litteras vicecomiti Warr' quod ponantur per ballium. Teste ut supra. Per regem.

De capis faciendis et aliis contra festum Beati Edwardi.—Mandatum est E. de Westmonasterio quod de samito rubeo quem Robertus Passel', archidiaconus Lewensis, regi dedit, fieri faciat duas capas, sicut rex ei injunxit ; et provideat regi de una capa brudata preciosa, item de una capa brudata et radiata, et de tribus samitis conjumatis (*for* conjunctis ?) pudratis interius de parvis leopardis cum bordura de lato aurifraxo; ita quod hec omnia sint parata citra festum Eduuardi proximo futurum, sicut Adam de Basing' ei dicet ex parte regis. Teste ut supra. Per regem.

Pro Roberto filio Johannis de Vivario.—Quia rex accepit per inquisicionem, quam per vicecomitem Oxonie fieri precepit, quod

1251.

domus illa quam Johannes Cocus, nuper suspensus pro latrocinio, tenuit in Oxonia, fuit jus et hereditas Roberti filii Johannis de Vivario et non hereditas vel perquisitum suum proprium, mandatum est eidem vicecomiti quod eidem Roberto de predicta domo plenam seisinam habere faciat, reservatis regi catallis ipsius Johannis ibi vel alibi inventis. Teste rege apud Wauth' xxvj. die Augusti.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Selewod' quod in eadem foresta faciat habere Willelmo de Clare tres damos, de dono regis. Teste ut supra. Per regem. [*Cancelled.*] *Reddidit breve et habuit damas pro damis.*

De robore dato.—Mandatum est R. Fillol, senescallo foreste Essex' [ballivo de Havering' *cancelled*] quod fratribus leprosis de Ileford' faciat habere unum robur ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Geytinton' quod in eadem foresta faciat habere Elye de Rabayn tres damos, de dono regis. Teste rege apud Hartford' xxviij. die Augusti. Per regem.

Mandatum est custodi foreste de Waubergh' quod in predicta foresta faciat habere Ebuloni de Montibus tres damos, de dono regis. Teste rege apud Sanctum Albanum, xxviij. die Augusti. Per regem.

De vino dato.—Mandatum est Ernaldo Geraudon, camerario suo Londonie, quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Roberto le Noreys unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Pro Ebulone de Montibus.—Mandatum est Ricardo de Whitsaund' quod omnes exitus et catalla que cepit ad opus regis in manerio de Brockesheved, dum fuit in custodia sua per preceptum regis, et que penes se habet, liberet Ebuloni de Montibus, cui rex manerium illud commisit, de dono suo. Teste rege apud Sanctum Albanum xxx. die Augusti. Per regem.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod Magistro Johanni de Flandria, scluptori (*sic*) regis, commoranti apud Sanctum Albanum, faciant habere unam robam ut servienti competentem, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Pro Alina Wak'.—Mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis quod in debitis in quibus Alina Wak' tenetur Abrahe de Berkamsted', Judeo, allocari faciant eidem Aline xx. marcas quas regi solvit tempore quo dictus Judeus fuit in prisona regis, et duas cartas ejusdem Aline, que resident penes Robertum de Ho et quas habere debet quietas per unam cartam quam dicto Judeo confecit de principali debito, ut dicit, eidem Aline sine dilacione deliberari faciant. Teste ut supra. Per Johannem Maunsell'.

Et mandatum est vicecomiti Bedefordie quod averia dicte Aline, si qua cepit occasione dictarum xx. marcarum per summonicionem

1251. Scaccarii regis, sine dilacione deliberari faciat. Teste ut supra. Per J. Maunsell'.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Bernewod' quod in eadem foresta faciat habere abbati Westmonasterii octo damos quos ei concessit rex per cartam suam singulis annis percipiendos in aliqua forestarum regis. Teste ut supra. Per regem.

De vino dato.—Mandatum est Ernaldo Geraudun, camerario Londonie, quod preter duo dolia vini que rex nuper liberari precepit Magistro Henrico versificatori unum bonum dolium et peroptimum ei habere faciat. Teste ut supra.

Mandatum est eidem Ernaldo quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat habere Bartholomeo le Bigod unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra apud Herewes', primo die Septembris. Per regem.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Summerc' et Rogero Scissori quod uxori Fortun' de Luca robam integram videlicet tunicam, supertunicam et pallium cum pellura de cuniculis [tali mulieri competentem cum pellura *cancelled*] habere faciant, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Pro quadam Judea et pueris suis.—Mandatum est vicecomiti Devonie quod non distringat nec distringi permittat uxorem Bonenfaunt, Judei Exonie, vel pueros suos per corpora sua ipsos imprisonando occasione alicujus [delicti *cancelled*] seu demande tangentis ipsum Bonenfaunt de fine c. marcarum auri, quia rex vult ipsam Judeam cum predictis pueris suis esse in pace usque ad octabas Sancti Michaelis proximo futuri, et si ipsos imprisonaverit, eos interim deliberari faciat. Teste rege apud Windles' secundo die Septembris. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis Notingham' faciat habere R. de Quency, comiti Wintonie, tres damos, de dono regis. Teste ut supra.

De vino dato.—Mandatum est Ernaldo Geroudun quod faciat habere priori et conventui Westmonasterii duo dolia vini contra proximum festum Beati Edwardi, de dono regis. Teste ut supra.

Pro hominibus regis habitantibus infra forestam Norht'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod assumptis secum iiij^or discretis et legalibus militibus de comitatu Norht' personaliter eat ad forestas regis in eodem comitatu et de providencia sua et consilio dictorum militum provideri et assignari faciat hominibus regis habitantibus infra metas earundem forestarum locum ubi ad minus dampnum forestarum illarum communicare possint et habeant husbote et heybote ; ita quod hec premissa habeant ad beneplacitum regis, et sine gravi dampno. Teste ut supra.

Pro abbate de Gresteng'.—Rex concessit abbati de Gresteng' quod ipse et successores sui teneant omnia essarta sua in foresta de Cette

1251.

in comitatu Suht' quieta de quolibet redditu reddendo; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro W. de Valencia et Johanna, uxore ejus.—Quia homagium et servicium feodi dimidii militis que F. Londoniensis episcopus tenuit in capite de W. Maresc', quondam comite Pembr', in Spenes in comitatu Berk' assignata sunt W. de Valencia et Johanne, uxori ejus, in proparte ipsius Johanne, unius heredum predicti comitis, mandatum est dicto episcopo quod eidem Willelmo homagium et servicium de predicto feodo faciat, et decetero ei, tamquam domino suo, inde intendat et respondeat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De boscis aggistandis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod dominicos parcos et haias regis per Angliam, ubicumque pessona fuerit, per agistatores regis in partibus illis agistari faciat, prout viderit expedire. Teste ut supra. Per regem.

De damis capiendis ad opus regis.—Quia G. de Langel', justiciarius foreste, non potest sine auxilio capere ad opus regis cc. damos quos ei capere precepit citra Trentam et ultra, mandatum est eidem G. quod illos qui habent canes idoneos roget ex parte regis quod succursum ei faciat de canibus suis et auxilium inpendant ad damos illos capiendos, quia rex vult ipsos indempnes et sine occasione et calumpnia conservari. Teste ut [supra].

[m. 4.] *De placitis foreste.*—Mandatum est vicecomiti Cumberl' quod placita foreste in comitatu predicto que atterminata fuerunt coram G. de Langel', justiciario foreste, in crastino Sancti Michaelis et omnes summoniciones et attachiamenta foreste predicte venire faciat coram eodem G. et sociis suis apud Carleolum ad diem quem idem G. ei scire faciet. Teste rege apud Windes' tercio die Septembris. Per ipsum regem.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Lancastrie quod omnes summoniciones et attachiamenta placitorum foreste que aterminata fuerunt coram eodem G. ad diem et locum etc. venire faciat coram eodem G. et sociis suis apud Lancastriam in crastino Apostolorum Simonis et Jude. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quercubus ad operaciones regis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Fekeham' faciat habere Magistro S. de Wauton', custodi domorum regis de Fekeham', sex quercus ad maeremium cum omnibus escaetis, videlicet tres in parco et tres in forinseco bosco regis ibidem, ad easdem domos reparandas et emendandas. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De plumbo recipiendo.—Mandatum est vicecomiti Ebor' quod xx. carratas plumbi quas W. de Horsenden', ballivus de Pecco, ei liberabit per preceptum regis apud (*sic*) recipiat et salvo custodiat ad operaciones castri regis ibidem. Teste ut supra. Per regem.

De damis datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Shirewode faciat habere Baldewino de Paunton'

1251.

duos damos, de dono regis. Teste rege apud Windles' iiijto die Septembris. Per G. de Langel'.

De damis capiendis ad opus regis.—Rex injunxit Baldewino de Paunton' quod capiat in foresta regis de Shirewod' xxx. damos computandos infra numerum c. damorum per G. de Langel', justiciarium foreste, capiendorum ad opus regis ultra Trentam.

Et mandatum est predicto G. quod ipsum Baldewinum predictos damos capere permittat. Teste ut supra. Per G. de Langel'.

Et mandatum est vicecomiti Noting' quod ipsos recipiat et eos saliri et salvo custodiri faciat, donec aliud inde a rege receperit mandatum ; et custum cum rex illud sciverit ei faciet allocari. Teste ut supra.

Pro Waltero de Huntel'.—Rex per finem quem Walterus de Huntel' fecit cum rege perdonavit ei transgressionem quam fecit in foresta regis de Dene usque ad Decollacionem Beati Johannis Baptiste, anno etc. xxxvto ; et mandatum est justiciariis proximo itineraturis ad placita foreste in comitatu Gloucestrie quod ipsum Walterum inde quietum esse faciant. Teste ut supra. Per G. de Langel'.

De damis capiendis ad opus regis.—Mandatum est Willelmo Luvel et Henrico [Philippo *cancelled*] de Candour', venatoribus suis, quod, captis lx. damis in foresta regis de Dene, sicut rex alias precepit, eant usque Novam Forestam regis et in ea capiant alios lx. damos, et cum capti fuerint liberent eos vicecomiti regis Suhampt', cui rex mandavit quod eos recipiat et saliri et cariari faciat London' contra instans festum Beati Edwardi. Teste ut supra. Per regem.

De damo dato.—Mandatum est custodi Nove Foreste quod in predicta foresta faciat habere Willelmo le Chamberleng' unum damum, de dono regis. Teste ut supra. Per senescallum.

De capa facienda.—Rex mittit Edwardo de Westmonasterio unum baudekinum de quo sine dilacione fieri faciat unam cappam cum lato aurifraxo, ita quod rex eam habeat apud Windles' hac instanti die Veneris summo mane. Teste ut supra. Per regem.

De damis capiendis ad opus regis.—Mandatum est custodi Nove Foreste quod, cum Willelmus Luvel et Henricus de Candour', venatores regis, ad ipsum venerint pro lx. damis in predicta foresta regis ad opus regis capiendis, ipsos ad hoc admittat, et eis ad hoc consilium et auxilium impendat. Teste ut supra. Per regem.

De quercubus prosternendis.—Quia duo quercus in publica via que ducit per medium bosci nostri de Kingeswod' sunt receptacula malefactorum, ut dicitur, in grave dispendium patrie et periculum transeuncium, mandatum est constabulario Bristollie quod easdem quercus prosterni et custodibus operacionum regis Bristollie liberari faciat ad rogum regis ibidem. Teste ut supra. Per regem.

De vino dato.—Mandatum est Ernaldo Geraudon', camerario suo Londonie, quod de vinis regis que sunt in custodia sua faciat

1251.
habere Ernaldo Cotin, vadletto regis, unum dolium vini, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De damo dato.—Mandatum est Willelmo Luvel et Henrico de Candour', venatoribus regis, quod in foresta de Dene faciant habere Roberto de Muscegros unum damum, de dono regis, ita tamen quod propter hoc non decrescat numerus damorum quos per ipsos rex capi precepit ad opus suum ibidem. Teste rege apud Windles' v. die Septembris. Per regem.

De probatoribus recipiendis.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod Willelmum le Kyng, Willelmum de Hasel', Willelmum de Valle Torta et Adam de Hope, probatores nostros, quos vicecomes Oxonie ei liberabit ab eodem recipiat et in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per regem.

De quercubus ad operaciones regis.—Mandatum est Willelmo de Langel', custodi foreste de Wycchewode, quod in bosco abbatis de Eynesham in eadem foresta permittat vicecomiti Oxonie capere x. quercus ad maeremium quas idem abbas regi dedit ad operaciones turris in castro regis Oxonie inde faciendas. Teste ut supra. Per regem.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Bernewod' quod in eadem foresta faciat habere maiori et burgensibus Oxonie x. robora ad quendam rogum inde faciendum in auxilium ville sue claudende, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quercu data.—Mandatum est G. de Lyston', custodi foreste de Windles', quod in eadem foresta faciat habere priorisse de Bromhal' unam quercum ad exclusas molendini sui faciendas, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro hominibus de Bricstok'.—Mandatum est vicecomiti Norhampt' quod si homines regis de Bricstok' invenerint ei securitatem respondendi regi ad Scaccarium suum in crastino Beati Michaelis de x. libris et dimidia marca de arreragiis firme ville sue, unde liberaverunt Henrico de Hauvill', custodi girofalconum regis, x. libras ad mutandum girofalcones regis, et dimidiam marcam ad fugandum instaurum regis de Bricstok' usque Wodestok', x. annis elapsis, ut dicunt, tunc districtionem quam facit super ipsos pro predictis denariis interim relaxet et averia sua ob hoc capta deliberari faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Magistro W. de Kilkenny.—Quia rex accepit per inquisicionem quam per abbatem de Persore, excaetorem suum, fieri precepit quod terra que fuit Petri de la Garston', suspensi pro felonia, in Slindeford', tenebatur in villenagio de prebenda de Ippethorn', que est de ecclesia Cycestrie, et quam prebendam Magister W. de Kilkenny nunc tenet, mandatum est abbati de Persouere quod eidem magistro de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Windles' vj. die Septembris.

1251.

De returno brevium.—Mandatum est vicecomiti Berk' quod returnum brevium de loquelis que spectant ad libertatem manerii regis de Windles' ballivis ejusdem manerii fieri faciat, et brevium que spectant ad septem hundreda extra idem manerium ballivo eorundem hundredorum fieri faciat, quia separate sunt ballive. Teste ut supra. Per consilium tunc presencium.

De thesauro Hybernie.—Mandatum est Roberto de Sikelinghal', thesaurario Novi Templi, Londonie, quod totum thesaurum Hybernie quem Eudo la Zusch' ei liberavit Londonie liberet W. de Haverhull' et Edwardo de Westmonasterio ad faciendum inde quod rex eis injunxit. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro priore de Merton' et hominibus suis.—Mandatum est custodi foreste de Pember' quod demandam quam facit priori de Merton' et hominibus suis de Hecfeld' de expeditacione canum ponat in respectum usque in octabas Sancti Hillarii, anno etc. xxxvj^{to}. Teste ut supra. Per regem.

De maeremio ad operaciones regis.—Mandatum est custodi foreste de Languat quod in eadem foresta faciat habere custodibus operacionum regis in castro regis Eboraci xx. quercus cum omnibus escaetis suis ad dictas operaciones faciendas. Teste ut supra.

De visoribus operacionum.—Rex Jerem' de Brettegat' et Serlonem de Stengat' constituit visores operacionum castri regis Eboraci loco Hugonis de Seleby et Martini de Norf', quondam visorum regis earundem operacionum ; et mandatum est eis quod ad hoc diligenter intendant una cum aliis sociis suis. Teste ut supra. Per regem.

Pro quodam Judeo.—Mandatum est Philippo Luvel quod non permittat quod Jacobus Flory, Judeus Londonie, ultra facultates suas gravetur in assessione tallagii sui plus quam alii Judei habentes consimiles facultates et consimile officium ad Scaccarium regis Judeorum. Teste rege apud Windles' vij. die Septembris. Per regem.

Pro abbate de Stratford'.—Mandatum est vicecomiti Essex' quod demandam quam facit abbati de Stratford' de secta facienda pro manerio de Sudbur' in Hammes, quod de rege tenet ad firmam, ponat in respectum usque ad xv. Beati Michaelis, ut tunc ostendat quietanciam quam inde habet coram baronibus de Scaccario. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Lucy, custodi foreste de Bere, quod in foresta faciat habere abbati de Loco Sancti Eduuardi xv. quercus ad fabricam ecclesie sue, de dono regis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est custodi Nove Foreste regis quod in eadem foresta faciat habere eidem abbati alias xv. quercus, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Henrico de Beche.—Rex concessit Henrico de Bech' quod infra triennium a festo Beati Michaelis anno etc. xxxv. non distringatur

1251.

ad se militem faciendum ; et mandatum est vicecomiti Cantebrigie. Teste ut supra. Per E. de Montibus.

De tradendo per ballium.—Johannes le Cuver, detentus in prisona prioris de Hurl' apud Hurl' pro morte Johannis filii Philippi de Shenl', unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Hertfordie quod ponatur per ballium ; et mandatum est vicecomiti Berk' quod ipsum deliberet cum vicecomes Hertfordie ei significaverit se ipsum tradidisse per ballium. Teste ut supra.

Consimiles litteras habent Willelmus le Serjant et Saerus, prepositus de Aldenham', detenti in prisona regis Westmonasterii pro morte dicti Johannis, directas vicecomiti Hertfordie ; et mandatum est vicecomiti Middelsex' quod ipsos deliberet in forma supradicta. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est G. de Liston', custodi foreste de Windes', quod in eadem foresta regis faciat habere priorisse et monialibus de Auncrewik' duo robora ad focum, de dono regis. Teste rege apud Certes' x. die Septembris. Per ipsum regem.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum suorum de Salopesbur' [Roberto de Dacr', clerico suo *cancelled*] quod de vinis regis apud Salopesbur' faciat habere Willelmo de Axemue unum dolium vini, de dono regis. Teste rege apud Guldeford' xij. die Septembris. Per regem.

Pro Fulcone filio Warini.—Mandatum est vicecomiti Berkes' quod Fulconi filio Warini libertatem ville sue de Waneting' et hundredorum suorum ibidem, quam per preceptum regis cepit in manum regis pro transgressione, eidem sine dilacione reddi faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Hybernia.—Quia rex audivit quod habet in thesauro suo Dublin' duo milia marcarum, mandatum est J. filio Galfridi, justiciario Hybernie, quod denarios illos juxta providenciam suam per securos nuncios mittat usque Cestriam, liberandos ibidem abbati Sancte Werburg', prout regis thesaurario et camerariis suis Dublin' rex dedit in mandatis, retentis tamen denariis quos percepturi sunt ad Scaccarium Sancti Michaelis proximo futurum. Teste ut supra.

Et mandatum est thesaurario et camerariis suis Dublin' quod predicta duo milia marcarum una cum omnibus aliis denariis quos habere poterunt mittant ibidem liberandas eidem abbati, retentis tamen etc. ut supra.

Et mandatum est eidem abbati quod predictos denarios recipiat et salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De auro emendo.—Rex mittit Edwardo de Westmonasterio x. marcas argenti per latorem presencium, quibus receptis ex eis emat ad opus regis tantum auri in folio quantum argentum illud se extenderit in valorem auri, et aurum illud ad regem festinanter remittat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1251.

Pro Henrico de Colevill.—Henricus de Colevill', vicecomes regis Cantebrigie et Huntindonie, liberavit in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, apud Guldeford' in festo Exaltacionis Sancte Crucis x. marcas, per quas finem fecit cum rege ut respondeat de dictis comitatibus, tamquam custos eorundem ; et mandatum est baronibus de Scaccario, sicut rex alias eis mandavit, quod compotum ipsius H., tamquam custodis regis predictorum comitatuum, audiant, non obstante aliqua provisione contraria prius inde facta, et ipsum de predictis x. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra. Per Thomam de Winton'.

De damis datis A. Wintoniensi electo.—Rex dedit A. Wintoniensi electo, xv. damas et v. damos vivos in foresta sua de Whicchewod' ad parcos ejusdem electi inde instaurandos ; et mandatum est custodi ejusdem foreste quod ipsum et suos quos pro eis mittet ad hoc admittat, et ad illos capiendos consilium et auxilium eis inpendat. Teste rege apud Guldeford' xiiij. die Septembris. Per regem.

Eodem modo mandatum est custodi Nove Foreste de totidem damis datis eidem electo. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est custodi foreste regis de Porecestr' de totidem damis datis eidem. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De provisione anguillarum.—Mandatum est vicecomiti Cantebrigie quod provideat in balliva sua ad opus regis de x. milibus anguillarum que vocantur pympernell', bene salitis et bene conreatis, et eos cariari faciat usque Westmonasterium contra instans festum Beati Edwardi, ita quod sint ibi ad ultimum tercio die ante predictum festum, et cum rex sciverit custum, illud ei reddi faciet. Teste ut supra. Per senescallum.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste de Kenefar' quod in eadem foresta faciat habere abbati de Hales sex quercus ad maeremium, de dono regis, ubi ad minus dampnum ejusdem foreste capi poterunt. Teste rege apud Guldeford' xv. die Septembris. Per ipsum regem.

De denariis regi mittendis.—Mandatum est thesaurario et camerariis quod per duos Martinos et aliquem securum nuncium de suis sine omni dilacione mittant regi quadringentas marcas ad expensas hospicii regis, ita quod rex pecuniam illam habeat hac instanti die Dominica omnibus modis. Teste ut supra. Per ipsum regem, ut patet in Liberate. Per ipsum regem *added.*

De harnesio ad novos milites.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero de Ros quod Alardo le Flemeng et Ricardo de Tyllebur', vadlettis Johannis Maunsell', qui de rege tenent in capite, quibus rex arma militaria daturus est in instanti festo Beati Edwardi, provideant hernesium sufficienter necessarium ad miliciam suam honeste tenendam. Teste rege apud Guldeford' xvij. die Septembris. Per ipsum regem.

De ponendo per ballium.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod Robertum le Archer de Farnleg', captum et in prisona

1251.

regis apud Sar' detentum pro suspicione venacionis regis, ut dicitur, ponat per ballium, prout melius viderit expedire. Teste ut supra.

Hybernia.—Mandatum est thesaurario et camerariis de Scaccario regis Dublin' quod ad Scaccarium Pasche anno etc. xxxvj. faciant habere Rogero de Haverhull', custodi cambii regis in Hibernia, xl. marcas, ad se sustentandum in servicio regis. Teste rege apud Guldeford' xvij. die Septembris. Per ipsum regem.

[m. 3.] *De cariagio vinorum.*—Mandatum est vicecomitibus Londonie quod cum Ernaldus Geraudun et Michael, pincerna regis, liberaverint eis vina carianda ad opus nostrum, recipiant et cariari faciant usque Windes' ad opus regis cum quanta poterunt celeritate; et rex, cum sciverit custum quod circa cariagium illud posuerit, rex (*sic*) eis faciet allocari. Teste rege apud Guldeford' xvij. die Septembris. Per senescallum.

Et mandatum est eisdem Ernaldo et Michaeli quod quantum poterunt de bonis vinis provideant et sine dilacione liberent ea dictis vicecomitibus carianda ut supra. Per senescallum.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis Essex' quod habere faciat Willelmo de Haverhull', thesaurario regis, tres damos, de dono regis, in predicta foresta. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Havering' quod habere faciat Ernaldo de Berkeleye in predicta foresta extra parcum regis duo robora, de dono regis. Teste ut supra. Per P. de Rivall'.

Pro parcario de Guldeford'.—Memorandum est quod Elyas Maunsell', parcarius regis de Guldeford', debet percipere singulis diebus duos denarios pro custodia predicti parci a die Lune proxima post festum Exaltacionis Sancte Crucis inposterum, quamdiu predictam custodiam habuerit, per preceptum domini regis. Per regem, et per senescallum.

Pro Henrico filio Rogeri.—Rex concessit Henrico filio Rogeri quod quamdiu fuerit viridarius regis in comitatu Suht' non ponatur in assisis, juratis, vel recognicionibus; et mandatum est vicecomiti Suht' quod ipsum interim de predictis quietum esse permittat. Teste ut supra.

De quercubus ad operaciones regis.—Mandatum est Elye Maunsel, custodi parci sui de Geudeford', quod habere faciat Johanni de Bracham, carpentario, xx. quercus, ubi ad minus dampnum capi possunt, per visum et testimonium quatuor legalium hominum, ad molendina regis apud Geudeford' facienda [et proficuum regis faciendum de escaetis maeremii antedicti. Teste ut supra, *cancelled*], et escaetas illarum quercuum liberet custodibus operacionum regis ad rogum regis faciendum. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De feria de Geudeford'.—Rex ad melioracionem ville sue de Geudeford' vult quod singulis annis teneatur feria in eadem villa in

1251.

vigilia et in die et in crastino Sancte Trinitatis; et mandatum est vicecomiti Surr' quod predictam feriam publice clamari et decetero firmiter teneri faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De cervis carriandis.—Mandatum est vicecomiti Cumberl' quod, non obstante precepto regis quod rex ei fecit de cc. cervis quos Philippus de Candour' et Ricardus de Candour' venatores regis, capient in foresta regis de Englewode salliandis et carriandis usque Westmonasterium, ipsos bene salliri et carriari faciat usque Eboracum, ubi rex Natale Domini proponit celebrare, et ipsos salvo committat custodiendos ibidem, usque ad adventum regis, preter xx. cervos quos ex ipsis carriari faciat usque Windles'. Teste rege apud Windles' xix. die Septembris. Per ipsum regem et senescallum.

De damis carriandis.—Mandatum est vicecomiti Suht' quod si venatores regis ceperint in Nova Foresta lx. damos et illos ei liberaverint cariandos usque Westmonasterium contra festum Beati Edwardi, sicut rex ei precepit, tunc illos ad regem mittat, ita quod illos habeat citra festum Beati Michaelis ad ultimum, et licet eos adhuc plene non ceperint tamen propter hoc non omittat quin illos regi mittat successive, sicut eos capi continget. Teste ut supra. Per senescallum.

De bremiis capiendis ad opus regis.—Rex mittit usque Fekenham' Willelmum, piscatorem suum, et Simonem Hurtaud ad capiendum in vivario regis ibidem ducentas braemias ad opus regis contra instans festum Beati Edwardi, et mandatum est ballivo de Fekeham' quod ipsos ad hoc admittat. Teste rege apud Windes' xix. die Septembris. Per regem et senescallum.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod faciant habere Rogero le Galiot, servienti regis, unam robam hac vice, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De perdonacione pro Matheo Bezill'.—Rex perdonavit Matheo Bezill' xxxvj. solidos qui ab eo exiguntur per summonicionem Scaccarii sui pro inbladiamentis assartarum in comitatu Essex'; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum inde quietum esse faciant. Teste rege apud Windes' xx. die Septembris. Per Gwidonem de Russillun.

De prisa cervisie.—Quia per inquisicionem quam per sacramentum xxiiij. militum forensium rex fieri precepit in presencia E. abbatis de Persor', escaetoris regis, nuper fuit convictum quod prisa regis cervisie in villa Gloucestrie fieri debet de medietate melioris et de medietate pejoris et posterioris cervisie cujuslibet bracini, mandatum est maiori et communitati ville Gloucestrie quod decetero prisam illam sic fieri et teneri faciant. Teste ut supra.

Pro Gilberto de Gaunt.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod quamdiu Gilbertus de Gaunt servaverit terminos suos de fine quem fecit cum rege pro omnibus debitis que regi debebat, de quibus reddit regi xx. libras per annum, ut dicit, ipsum aliter pro debitis illis distringi non permittant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1251.

De bissis datis.—Mandatum est J. filio Galfridi, justiciario regis Hibernie, quod habere faciat Waltero de Burgo in foresta regis de Slefco iiij^or^ bissas, de dono regis. Teste rege ut supra. Per P. Dorival.

De operacionibus castri de Monte Gomeri.—Mandatum est Gwydoni, ballivo regis de Montegomero, quod murum extra aulam castri de Montegumery cameras et portam cooperiri faciat plumbo et portam que fuit de palo de petra cum duobus turellis similiter fieri faciat; et cum sciverimus custum, illud vobis faciemus allocari. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Gloucestria quod faciant habere abbati et conventui de Hailes unum doleum vini, de dono regis, ad celebracionem divinorum in abbacia sua. Teste rege apud Windes', xxiij. die Septembris. Per regem.

De roba data.—Mandatum est J. de Sumercote et Rogero Cissori quod faciant habere uxori Johannis de Cambio, clerici de capella regis, unam robam competentem, de dono regis. Teste rege, ut supra. Per ipsum regem. *Vacat, quia aliter inferius.*

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Bere quod habere faciat W. de Haverhull', thesaurario, vj. quercus in eadem foresta, de dono regis. Teste ut supra. Per Petrum Dorival'.

De bacino faciendo.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod fieri et depingi faciat unum magnum et pulcrum bacinum stagneum cum catenis ad hoc competentibus, sicut Henricus de Wyk, clericus, ei dicet, et bacinum predictum cum catenis mittat usque Windes' ad dependendum in capella regis ibidem. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercote et Rogero Cissori quod habere faciant uxori dilecti vadletti regis, Bernardi de Villa Nova, unam robam integram cum furrura de scurellis et penula de bissis competentem, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De bremiis datis.—Mandatum est custodi vivarii regis de Feckeham' quod de bremiis quas W., piscator regis, et Simon Hurtaud' capient in eodem vivario faciant habere Stephano Hurtaud' vj. bremias vivas ad vivarium suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Windes' xxij. die Septembris. Per regem et senescallum.

De plumbo dato.—Mandatum est constabulario et custodibus operacionum castri regis Dovorie quod de plumbo quod est in custodia eorundem ibidem faciant habere Bertramo de Crioll' duas carratas plumbi, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De ponendo per ballium.—Mandatum est constabulario regis de Sancto Briavello quod Sampsonem de Brocwere, captum et detentum in prisona regis de Sancto Briavello pro transgressione foreste, ponat

1251.

in ballium usque adventum justiciariorum regis ad placita foreste in partibus illis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De venacione carrianda.—Mandatum est vicecomiti Norhamptonie quod totam venacionem quam G. de Langel', justiciarius foreste, cepit in foresta regis de Rokingh' ad opus regis, et quam ei liberabit per preceptum regis, saliri et cariari faciat usque Norhamptoniam et ibi salvo custodiri, donec ei aliud inde preceptum fuerit; et custum quod ad hoc posuerit, rex ei faciet allocari. Teste ut supra. Per senescallum.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Notingh' de venacione capta in foresta de Rotel'.

Pro abbate de Bello et hominibus suis.—Mandatum est custodi foreste de Cett' quod districtionem quam facit abbati de Bello et hominibus suis de Covenholt pro expeditacione canum, ponat in respectum usque ad Natale Domini. Teste rege apud Windles' xxiiij. die Septembris. Per ipsum regem.

Pro abbate de Persor'.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod preter capam et callarium (*sic*) que nuper rex dedit abbati de Persour' adhuc ei habere faciat unam albam paretam cum amito, stola, et fanon', de dono regis, ita quod ad ultimum parata sint et promta in festo Beati Edwardi. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Petro de Bernak'.—Mandatum est vicecomiti Norhamptonie quod demandam xl. librarum quam facit Petro de Bernak' per summonicionem Scaccarii regis Judeorum, de debito Samuelis de Norwico et Abrahe filii Moss', Judeorum de Norwico, ponat in respectum usque a die Sancti Michaelis in xv. dies anno etc. xxxv^to^. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Wygornie. Teste ut supra.

De roboribus datis.—Mandatum est constabulario regis de Sancto Briavello quod in foresta regis de Dene faciat habere Matheo Bezill', constabulario castri Gloucestrie, quatuor bona robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per P. Doriv[al].

Pro hominibus Roffe.—Rex reddidit hominibus Roffe libertatem ejusdem ville quam vicecomes nuper in manum regis cepit per preceptum regis usque a die Sancti Michaelis in xv. dies, anno etc. xxxv.; et mandatum est vicecomiti quod libertatem predictam eis interim restituat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De pacacione pro allece.—Mandatum est vicecomiti Norf' quod pacari faciat hominibus de Londonia pro ix. lestis allecis quas ballivi regis de Gernemue ab eis ceperunt racione mandati regis eis directi de l. lestis allecis ad opus regis capiendis anno preterito et unde receperunt breve regis de computabitur xiij. librarum et x. solidorum, videlicet pro qualibet lesta predictarum ix. lestarum xxx. solidorum. Teste ut supra. Per senescallum.

1251.

De ponendo per ballium.—Adam de Buretoft et Johannes de eadem, capti et in prisona regis apud Norwicum detenti pro morte Alexandri de Holkham', unde appellati sunt, habent breve vicecomiti Norf' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

Pro abbate de Croyllaund' et hominibus suis.—Mandatum est Hugoni de Goldingham', senescallo foreste regis, quod demandam quam facit abbati de Croylaund' et hominibus suis pro expeditacione canum suorum in ballia regis ponat in respectum usque ad festum Omnium Sanctorum, anno etc. xxxvj. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Elya de la Faleyse.—Quia rex dedit respectum Elye de la Falayse ad se militem faciendum a festo Natalis Domini proximo venturo per biennium, mandatum est vicecomiti Sussex' quod ipsum ad hoc non distringat citra terminum predictum, et districcionem, si quam in eum fecerit occasione predicta, eam sine dilacione relaxet. Teste rege apud Windes' xxviij. die Septembris. Per ipsum regem.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Dorsete [et] Sumersete. Per ipsum regem.

De cappa data.—Mandatum est Edwardo de Westmonasterio quod provideat regi cum festinacione unam capam brudatam mediocris precii quam rex dare proposuit ecclesie monacorum de Certeseye. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De apris datis.—Mandatum est custodi foreste de Dene quod habere faciat R. comiti Cornubie, in eadem foresta decem apros, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De capa data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero Scissori quod Henrico le Peitevin, militi regis, faciat habere unam capam competentem, furratam de scurellis, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De roba data.—Mandatum est eisdem quod Reymundo de Bovill' consanguineo suo, faciat habere unam robam competentem, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Windles' quod in eadem foresta faciat habere abbati de Persor', escaetori regis, duo bona robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De providencia ad purificacionem sororis regis.—Mandatum est vicecomiti Suhamptonie quod provideat quod modis omnibus habeat apud Windes' hac die Veneris in octabis Sancti Michaelis vel die Sabati tempestive iiij^or^ cingnos, iiij^or^ pavones, ij. grues, v^que^ phesantos, xv. cuniculos, xxx. perdices, et ij. braones cum capitibus bene succitis, et eos tunc illuc cariari faciat contra festum purificacionis sororis regis quod erit die Dominica proxima sequente; et rex custum et cariagium omnium predictorum, cum illa sciverit, ei faciet allocari.

1251.

Teste rege apud Windes' xxviij. die Septembris. Per B. de Crioil et alios senescallos.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Surr' [et] Sussex' de iiij. pavonibus, iiij. cingnis, ij. gruis, v. phesantis, xxv. cuniculis, xxx. perdicibus, et ij. braonibus cum capitibus bene succitis. Teste ut supra. Per eosdem.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Oxonie [et] Berk' de iiij. cingnis, iij. pavonibus, ij. gruis, v. phesauntis, x. cuniculis, et xxx. perdicibus. Teste ut supra. Per eosdem.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Buk' de iiij. cingnis, iiij. pavonibus, ij. gruis, v. phesantis, x. cuniculis, xxx. perdicibus, ij. braonibus. Teste ut supra. Per eosdem.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero le Tayllur' quod de consimili panno quem nuper ad mandatum regis liberaverunt uxori Ernaldi Cotin, valletti regis, unam cappam habere faciat eidem, et pro pelura quam prius eidem uxori liberaverunt ad robam suam furruram de munito vario ei habere faciat ad supertunicam, pallium et capam, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De quercubus ad operaciones.—Mandatum est custodi foreste de Porcestr' quod in predicta foresta faciat habere custodibus operacionum castri regis Wintonie x. quercus ad easdem operaciones faciendas. Teste rege apud Windles' xxx. die Septembris. Per regem.

Pro Willelmo de Lullebrok'.—Rex concessit Willelmo de Lullebrok' quod quamdiu fuerit viridarius regis in comitatu Berk' non ponatur in assisis, juratis, vel recognicionibus aliquibus; et mandatum est vicecomiti Berk' quod de predictis ipsum quietum esse faciat, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De damis datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Cette quod habere faciat in eadem foresta A. Wintoniensi electo, vj. damos, de dono regis. Teste rege apud Windes' j. die Octobris anno etc. Per ipsum regem.

Pro comitissa Lincolnie.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod districcionem quam facit per preceptum regis Margerie de Lacy, comitisse Lincolnie et Penbrok', de debitis in quibus ipsa regi tenetur, ponat in respectum, donec aliud habuerit in preceptum. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De robis datis.—Mandatum est J. de Sumercote et Rogero Cissori quod hac vice de gracia regis faciant habere Petro de Abezun et magistro suo robas et capas, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Maria que fuit uxor Saheri filii Henrici.—Rex concessit Marie, que fuit uxor Saeri filii Henrici, quondam civis Londonie, quod eosdem terminos solucionis debiti que dictus Saerus regi debuit ad Scaccarium regis habeat et observet quos idem Saerus habere consuevit, ita quod quamdiu terminos illos tenuerit pro totali debito dicti Saeri non distringatur; et mandatum est baronibus de Scaccario

1251.

quod sic fieri et sic inrotulari faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De kydellis.—Mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod non permittat quod aliqui kidelli teneantur in aqua de Sabrina in ballia sua ultra instans festum Omnium Sanctorum, et omnes kidellos quos post predictum festum in ea invenerit sine dilacione amoveri faciat. Teste rege apud Windes' ij. die Octobris. Per ipsum regem.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero de Ros quod Guionetto Poverell', valletto domini A., Wintoniensis electi, robam competentem habere faciant, tamquam uni vallettorum regis, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De manerio de Eure instaurando.—Mandatum est ballivo manerii regis de Euer' quod de firma ejusdem manerii de termino Sancti Michaelis proximo preterito insta[u]rari faciat manerium predictum, ut in bobus et carucis et aliis que ad manerium illud pertinent instaurandum et ad terras ejusdem manerii excolendas et seminandas. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De prisonibus.—Mandatum est ballivis regis Merleberg' quod Adam le Pestur' et Ricardum, servientem ejus, captos et detentos in prisona de Merleberge pro transgressione venacionis de parco W. de Valencia de Swindon' salvo custodiri faciant, donec ipsi de transgressione predicta eidem W. plene satisfecerint; et ex quo idem W. ei singnificaverint (*sic*) quod sibi de transgressione predicta fuerit satisfactum, ipsos a prisona deliberari faciant. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De aurea moneta.—Rex Philippo Luvel, salutem. Mandamus vobis quod xviij. marcas quos (*sic*) vobis mittimus et totum aurum nobis debitum in festo Beati Edwardi poni faciatis in auream monetam ut in bisanciis vel obolis de mus' et aliam monetam auream, dum tamen prefata moneta nobis respondeat ad valenciam auri de folio. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De pane contra festum Beati Edwardi.—Mandatum est ballivis de Sancto Albano quod in villa sua fieri faciant c. solidatas boni et pulcri panis, videlicet iiij^or^ panes ad denarium, et panem illam venire faciant usque Westmonasterium contra instans festum Beati Edwardi, ita quod sit ibi ad ultimum die Jovis in vigilia dicti festi tempestive; et rex custum et cariagium eis reddi faciet ibidem. Teste ut supra. Per senescallum.

Eodem modo mandatum est ballivis [de] Waltham' de xl. solidatis panis, et ballivis de Kingestun' de xl. solidatis panis. Per senescallum.

Eodem modo mandatum est ballivis [de] Winchecumb' de c. solidatis panis. Per senescallum.

[m. 2.] *De capa data.*—Mandatum est Johanni de Sumercote et Rogero Scissori quod habere faciant Reymundo de Bovill' unam capam cum furura decenti, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium v. die Octobris. Per ipsum regem.

1251.

De roba data.—Eodem modo mandatum est eisdem quod habere faciant uxori Johannis de Frethorn tunicam, supertunicam, pallium et capam cum furura tali domine competenti, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De vino dato.—Mandatum est custodibus vinorum regis de Rading' quod de vinis que sunt in custodia sua ibidem faciant habere Johanni de Frethorn' unum doleum vini, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De bladis arestandis.—Mandatum est ballivo de Euer' quod omnia blada que fuerunt Ade de Bayllol in manerio de Euer' salvo custodiri faciat, ita quod nichil inde amoveatur, donec rex sciverit utrum ipsa regi teneatur in aliquo debito vel non, et aliud a rege receperit in mandatis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De placitis vetiti namii.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod non permittat quod aliquis de ballia sua teneat placitum vetiti namii in ballia sua, nisi habeat speciale warantum per cartas regis vel cartas predecessorum regis Anglie. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De reparacione domorum.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod murum castri regis Norhmpt' et murum ballii ejusdem castri versus aquam, et domos regis de Bricstok' que indigent reparacione, reparari faciat et emendari, per visum et testimonium legalium hominum ; et cum rex sciverit custum quod ad hoc posuerit, ei faciet allocari. Teste rege apud Westmonasterium vj. die Octobris. Per regem.

De quercubus ad operaciones domini regis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in parco regis de Bricstok' faciat habere vicecomiti Norht' x. quercus cum escaetis earundem ad reparacionem domorum regis de Bricstok'. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Ricardus de Flete et Ricardus la Daye, capti et detenti in prisona de Wysebech' pro morte Beatricis que fuit uxor Willelmi Tholomeu, unde rettati sunt, habent litteras vicecomiti Cant' quod ponantur per ballium. Teste rege apud Westmonasterium vij. die Octobris.

De providencia piscis.—Mandatum est ballivis de Winchels' quod, sicut se ipsos et omnia sua diligunt, provideant quod habeant apud Westmonasterium hac instanti die Jovis in vigilia Sancti Edwardi quod erit in quindena Sancti Michaelis tempestive iiij^or milia boni merlengi et tria milia bonarum plaiciarum et sex milia boni allecii frisci, et de grossis congruis et aliis generibus bonorum piscium ad sufficienciam; ita quod per visum Rogeri de Lardario, latoris presencium, emantur pisces illi et [rex de custo illorum *cancelled*] et cariagio rex tunc satisfieri faciet. Teste ut supra ; cui rex tradi fecit c. solidos ad empciones illas faciendas, et de residuo empcionis illius facte per senescallum.

1251.

Pro Roberto Passelewe.—Mandatum est senescallo foreste regis Essex' quod permittat Robertum Passelewe, archidiacono Lewensi, cariare duo fusta que abbatissa de Berking' ei dedit ad focum suum in bosco suo infra metas foreste regis predicte. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Octobris. Per ipsum regem.

Pro Jacobo de Achangr'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod occasione arentacionis serjanciarum assesse per R. Passelewe non distringant Jacobum de Achangr' pro duabus marcis et dimidia de tenemento quod de rege tenet per serjanciam in Achangr', per cartam regis Edwardi antecessoribus ipsius Jacobi super hoc confectam, set predictum Jacobum de predictis duabus marcis et dimidia quietum esse faciant imperpetuum, quia rex prefati regis Edwardi cartam confirmavit et ipsam vult invio[la]biliter observari. Teste ut supra. Per ipsum regem. [*Cancelled :*—] *Quia aliter in cedula pendente.*

[*Schedule.*]—Henricus Dei gracia etc. baronibus suis de Scaccario, salutem. Sciatis quod cartam quam sanctus rex Edwardus, predecessor noster, concessit antecessoribus Jacobi de Akangr' de quadam terra quam de ipso tenuit et de nobis nunc in capite confirmamus, et ipsam inviolabiliter volumus observari ; et ideo vobis mandamus quod de dimidia marca annua quam ab eo exigitis de arrentacione predicte terre sue in Akangr' per Robertum Passelewe et socios suos a tempore quo predicta terra per ipsos fuit arrentata, sicut predictum est, inperpetuum ipsum Jacobum et heredes suos quietos esse faciatis, nichil ab eis exigentes nisi servicium quod in predicta carta continetur. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Octobris anno etc. xxxv^to^. Per barones de Scaccario.

De roboribus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Salseto faciat habere abbatisse de Pratis extra Norhampton' quatuor robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De escaetis domini regis.—Mandatum est Fulconi de Orreby et coescaetoribus suis in comitatu Cestrie quod in omnibus que ad escaetoriam regis pertinent in comitatu predicto, Eleryo, abbati de Persor', escaetori regis, de cetero intendentes sint et respondentes. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Octobris. Per ipsum regem.

De escaetore substituto.—Rex loco Roberti de Hikelham', quondam escaetoris regis in comitatu Surr', substituit Johannem Haunsard, escaetorem suum, et rex mandat ei quod ad ea facienda que ad officium escaetoris pertinent in comitatu predicto diligenter intendat, ita quod rex diligenciam suam merito possit commendare. Teste ut supra. Per abbatem de Persor'.

De clericis prisonibus liberandis episcopo.—Quia Magister Stephanus de Rokislund', officialis L. Dei gracia Roffensis episcopi, petiit Robertum filium Willelmi, capellanum, et Benedictum de Wuldham, clericum, inprisonatos in castro Roffe tamquam pacis regis perturbatores, plevine domini sui, episcopi predicti, committi, et manucepit nomine ejusdem

1251.

episcopi quod ipsos habebit ad standum inde recto ad mandatum regis ; mandatum est vicecomiti Kancie quod prefatos inprisonatos eidem officiali nomine domini sui committat, ut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Mandatum est abbati de Persore, escaetori regis, quod omnes terras que fuerunt Radulfi de Vernun [*unfinished*].

De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus loco Ricardi de Haselden' et Henrici de Hertham, quondam coronatorum regis ejusdem comitatus, qui mortui sunt, eligi faciat alios duos coronatores qui prestito etc. Teste rege apud Westmonasterium ix. die Octobris.

De probatore recipiendo.—Mandatum est custodi gaiole de Neugat' quod Ricardum Friday, probatorem regis, quem Johannes le Waleis, ballivus regis de Havering', ei liberabit, ab eo recipiat et in prisona regis salvo custodiat, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Galfridus filius Galfridi de Rokingham, captus et detentus in prisona regis de Seytun' pro morte Philippi le Escot', unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Rotelandie quod ponatur per ballium. Teste rege apud Westmonasterium x. die Octobris.

De busca ad rogum.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste regis, quod in foresta regis de Salseto faciat habere vicecomiti regis Norht' buscam de roboribus ad quendam rogum inde faciendum ad operaciones castri regis Norht'. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Octobris. Per ipsum regem.

Mandatum est Johanni de Haueberg' et Petro de Lega, custodibus operacionum regis de Wudestok', quod in forincecis boscis regis extra parcum regis de Wodestok' capiant buscam ad quendam rogum inde faciendum ad operaciones predictas. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Pro Roesia de Dovor'.—Quia Roesia de Dovor', de cujus morte nuper suspicabatur, superstes est et incolumis, ut rex pro certo didicit, mandatum est abbati de Persor', escaetori regis, quod omnes terras et tenementa que rex capi precepit in manum suam occasione mortis predicte cum omnibus exitibus inde perceptis ad opus regis sine dilacione reddi faciat predicte Roesie. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De coronatoribus eligendis.—Mandatum est vicecomiti Kancie quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus eligi faciat quatuor coronatores qui prestito etc. Teste rege apud Westmonasterium xiiij. die Octobris. Per ipsum regem.

Pro burgensibus de Mungumery.—Rex ballivo suo de Monte Gumery, salutem. Licet burgenses nostri de Mungumery usi non fuerunt ad plenum libertatibus in curia nostra quam habent nominatis, sicut

1251.

per inquisicionem factam per preceptum nostrum nuper accepimus, cum per finem quem nobiscum fecerunt volumus et concedimus quod ipsi burgenses de cetero omnibus libertatibus suis secundum articulos in dicta curia contentos utantur et gaudeant sine inpedimento nostri vel ballivorum nostrorum inperpetuum; et ideo vobis mandamus quod in plena curia nostra predicta predictam cartam legi et articulos ejusdem firmiter teneri faciatis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro Johanne de Turbervill'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod permittat Johannem de Turberville vendere subboscum suum in bruillo de Bere, quia idem Johannes est in debito regis. Teste ut supra. Per G. de La[ngel'].

Pro abbate de Burgo.—Mandatum est eidem G. quod de damis quos cepit ad opus regis in forestis regis in comitatu Norht' faciat habere abbati de Burgo Sancti Petri racionabilem decimam ecclesie sue per cartas predecessorum regis Anglie concessas. Teste ut supra. Per regem.

De roboribus datis.—Mandatum est eidem G. quod si custos foreste regis de Salseto non fecerit habere W., Sarisburiensi episcopo, x. robora ad focum suum, de dono regis, sicut ei mandatum fuit, tunc eidem episcopo eadem robora in eadem foresta habere faciat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De prisonibus recipiendis.—Mandatum est vicecomiti Norht' quod prisones quos custodes regis de honore Peverelli in ballia sua ei liberabunt, ab eis recipiat et in prisona regis salvo custodiat, donec aliud etc. Teste rege apud Westmonasterium xv. die Octobris.

Pro abbate de Malmesbur'.—Rex baronibus de Scaccario, salutem. Sciatis quod abbas de Malmesbur' solvit in garderoba nostra P. Chaceporok, custodi ejusdem garderobe, die Sabati proxima post festum Sancti Edwardi anno etc. xxxv., x. marcas per quas finem fecit nobiscum pro rehabendis libertatibus suis que capte fuerunt in manum nostram; et ideo vobis mandamus quod ipsum abbatem de predictis x. marcis quietum esse faciatis. Teste ut supra.

De ponendo per ballium.—Thomas de Neuton', captus et detentus in prisona regis de Sancto Edmundo pro morte Petri de Eye, unde rettatus est, habet litteras vicecomiti Suff' quod ponatur per ballium. Teste ut supra.

Pro Hugone et Roberto de Bailol.—Rex Thome de Stanford' et coescaetori suo, salutem. Quia constat nobis per inquisicionem quam per vos fieri precepimus quod Ada de Baillol', filia Hugonis de Baillol', in libera viduitate sua feofavit Hugonem et Robertum, filios suos, de manerio de Stokesle cum pertinenciis, quod fuit de libero maritagio ejusdem Ade, et quod idem Hugo et Robertus fuerunt in seisina predicti manerii a die Sabati proxima post festum Sancti Jacobi Apostoli, anno regni nostri tricesimo quinto, usque in tres septimanas post festum Sancti Michaelis proximo sequens, vobis mandamus quod

1251.

predictis Hugoni et Roberto de predicto manerio cum pertinenciis plenam seisinam habere faciatis. Teste ut supra. Per regem et consilium suum.

Pro R. comite Norff'.—Mandatum est baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt R. le Bigod, comiti Norf', de quibusdam veteribus scutagiis que non recognoscit, ponant in respectum usque ad quindenam Pasche anno etc. xxxvj^to^. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De ponendo per ballium.—Willelmus de Bingham', captus et detentus in prisona regis de Corf' pro morte Johannis Oliver, unde apellatus est, habet litteras vicecomiti Dorsete quod ponatur per ballium. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Octobris.

De coronatore eligendo.—Mandatum est vicecomiti Suhampt' quod in pleno comitatu suo et per assensum ejusdem comitatus loco Hugonis de Wingham', coronatoris regis, qui langwidus est, ut dicitur, eligi faciat unum cor[o]natorem, qui prestito etc. Teste ut supra.

Pro hominibus de Claverlegh', Wurfeld' et Strattunedal'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste regis, quod sine molestia et gravamine permittat homines regis de Claverlegh' et Wurfeld' habere averia sua in foresta regis de Morf', exceptis capris per totum annum et porcis in mense vetito, secundum inquisicionem quam nuper rex super hoc misit; idem G. permittat etiam eosdem homines licite colligere sekkiliones sine secure et arma moluta, et eisdem secundum tenementa sua videlicet unicuique virgate terre unam quercum in eadem foresta annuatim liberet, quamdiu regi placuerit.

Eodem modo mandatum est eidem pro hominibus regis de Strattunesdal' quod habere permittat averia sua in bosco regis de Strattunesdal', ut supra. Per G. de Langel' et alios de consilio.

De consensu regis in abbatem.—Rex electioni facte de fratre Willelmo de Ringefeud, precentore abbacie Sancti Benedicti de Hulmo, in abbatem ejusdem domus regium assensum adhibuit et favorem; et mandatum est vicecomiti Norf' quod de omnibus terris et tenementis ad prefatam abbaciam pertinentibus plenam seisinam ei habere faciat; et mandatum est liberis hominibus et omnibus aliis de predicta abbacia tenentibus quod ei tamquam domino suo intendentes sint et respondentes. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De bosco custodiendo.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod prohibeat forestariis et ministris suis foreste regis de Melkesham' quod non intromittant se de aliquibus pertinentibus ad forinsecos boscos regis ibidem, nisi de viridi et venacione, quia rex commisit Hugoni Gargette, custodi predicti manerii, custodiam predictorum boscorum. Teste ut supra. Per abbatem de Persor'.

Pro Henrico le Dun.—Quia rex accepit per inquisicionem quam fieri fecit per Robertum de Stopham', ballivum suum de Clarendon', quod Johannes le Archer, rettatus de venacione in foresta regis de

1251.

Clarendon', tenuit dimidiam carucatam terre cum pertinenciis in Farleg' de Henrico le Dun ad voluntatem ipsius Henrici de ballio suo et non in feodo, mandatum est eidem Roberto quod predicto Henrico de predicta terra plenam seisinam habere faciat. Teste rege apud Westmonasterium xvij. die Octobris. Per ipsum regem.

Pro Roberto Passelewe.—Robertus Passelewe, archidiaconus Lewensis, solvit in garderoba regis P. Chaceporc, custodi ejusdem garderobe, die Lune proxima post festum Sancti Edwardi apud Westmonasterium c. marcas de cc. marcis per quas idem Robertus finem fecit cum rege quod ipse et Hamo Passelewe, frater ejus, quieti sint de omnibus compotis et raciociniis ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod ipsum Robertum de predictis c. marcis quietum esse faciant. Teste ut supra.

De quercubus datis.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Deresleg' faciat habere Edmundo de Lacy x. quercus, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Pro mercatoribus transmarinis.—Mandatum est ballivis Cantuarie quod Pelerinum de Luk' et socios suos, mercatores transmarinos, libere permittat transsire (*sic*) per villam regis cum uno trussello sine paagio. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est ballivis Roffe pro eisdem. Per P. Chaceporc.

Pro Stephano Bauzan.—Rex perdonavit Stephano Bauzan precium duorum doliorum vini que cepit de vinis regis ad opus suum ; et mandatum est Roberto Dacre quod ipsum occasione precii predictorum vinorum non distringat. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De catallis arestandis in manerio de Ludeham.—Mandatum est Thome de Stanford', escaetori regis, quod omnia bona et catalla, mobilia et inmobilia, existencia in manerio de Ludham quod Walterus Biset de rege tenuit ad vitam suam integre et salvo custodiat, donec aliud receperit in mandatis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

De escaetoribus substitutis.—Rex loco Galfridi de Baddesl', qui languidus est, ut dicitur, quod intendere non potest officio escaetoris in comitatu Suff', substituit Gilbertum filium Thome ; et mandatum est predicto Gilberto quod ad hoc diligenter intendat. Ita etc. Teste ut supra. Per abbatem de Persor'.

Eodem modo loco Willelmi de Englefeud', qui vicecomes est Devonie, substituit Johannem de Turbervill' in comitatu Berk' ; et mandatum est predicto Johanni etc. Per ipsum abbatem.

De roboribus datis.—Mandatum est custodi foreste de Bernewode quod in eadem foresta faciat habere Stephano Bauthan duo robora ad focum suum, de dono regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro Rogero de Sifrewast.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod loco Rogeri de Syfrewad, quem rex assingnavit una cum

1251.

aliis ad subboscum regis vendendum in comitatu Dorsete vendendum (*sic*), alium eligi faciat ad vendicionem predictam faciendam. Teste ut supra. Per regem.

De quercubus ad operaciones.—Mandatum est custodi parci de Guldeford' quod in eodem parco faciat habere custodibus operacionum regis de Guldeford' xl. quercus ad aulam regis de Guldeford' et molendinum regis infra parcum inde faciendum, et de escaetis earundem comodum regis fieri faciat. Teste ut supra. Per regem.

Pro hospitali de Dunwico.—Mandatum est vicecomiti Norf' et Suff' quod fratribus hospitalis de Domo Dei de Dunwyz possessionem domus sue una cum cruce rehabere faciat, et in possessione sua eos manuteneat et defendat; per sacramentum eciam proborum et legalium hominum diligenter inquirat utrum patronatus ejusdem hospitalis ad regem pertineat, vel non; et si per inquisicionem illam invenerit quod advocacio ejusdem hospitalis ad regem pertineat, tunc eidem hospitali custodem idoneum nomine regis preficiat. Teste ut supra. Per regem.

Pro priore de Merton'.—Mandatum est Godefrido de Liston' quod porcos prioris de Merton' et hominum suorum quos habent ad peissonam in foresta nostra de Windles' dimittat per vadium precii xl. solidorum prefato priori, donec discuciatur coram rege utrum eosdem porcos quietos habere debeant de pannagio in eadem foresta, necne. Teste me ipso apud Westmonasterium xix. die Octobris. Per regem.

Pro hominibus de Suhampt'.—Rex reddidit probis hominibus Suhamptonie villam suam et libertatem illius quam vicecomes cepit in manum regis per preceptum regis; et mandatum est vicecomiti Suhamptonie quod eandem villam cum libertate illius eisdem hominibus faciat rehabere cum perceptis. Teste ut supra. Per regem.

De vinis carriandis.—Mandatum est ballivis Suht' quod illa decem dolea vini regis ex parte communitatis ville promissa cariari faciant ad custum ejusdem communitatis sine dilacione usque Windes'. Teste ut supra.

Pro Elyone Brise.—Rex concessit Elyoni Bryse, vadlecto regis, illos ix. denarios singulis diebus quamdiu regi placuerit percipiendos ad Scaccarium regis, quos Radulfus le Blund, quondam serviens regis ad arma, dum superstes fuit, ad idem Scaccarium percipere consuevit; et mandatum est baronibus de Scaccario quod predictos ix. denarios predicto Elyoni singulis diebus habere faciant, sicut predictum est. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Pro hominibus de Wytecok'.—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod per sacramentum proborum hominum diligentem fieri faciat inquisicionem que estoveria et quam pasturam homines regis de Wytecok' habere consueverunt in foresta regis, et secundum illam inquisicionem provideat eis racionabilem sustentacionem de premissis. Teste ut supra. Per ipsum regem.

1251.

Mandatum est Henrico de Mara [*unfinished*].

Pro clericis de cancellaria.—Mandatum est J. de Sumercote et Rogero Cissori quod decetero faciant habere dilectis clericis regis, Johanni de Langetoft, Rogero de Messeden' et Roberto Fulcon' robas sicut alii clerici de cancellaria regis percipiunt. Teste rege apud Westmonasterium xix. die Octobris.

De damis datis.—Mandatum est Hugoni de Goldingham', senescallo foreste de Wytlewod', quod in foresta regis de Wytlewod' faciat habere Roberto Passelewe tres damas, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De denariis recipiendis.—Mandatum est fratri Roberto de Sikelinghal', thesaurario Novi Templi, Londonie, quod cc. libras quas Thomas de Stanford', escaetor regis, ei liberari faciet per preceptum regis apud Novum Templum predictum ad opus S. de Monte Forti, comitis Leicestrie, recipiat et salvo custodiri faciat, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium xxj. die Octobris. Per regem.

Pro Alexandro Cheveroll'.—Quia rex hac vice Alexandrum Cheveroll' absolvit a vendicione suboscorum suorum in comitatu Wiltes', mandatum est vicecomiti Wiltes' quod alium loco ipsius Alexandri venditorem idoneum eligi et substitui faciat. Teste ut supra. Per regem.

[m. 1.] *De reparacione cujusdam pontis.*—Quia rex accepit per inquisicionem quam per vicecomitem Essex' fieri precepit, quod abbas de Stratford' et homines sui reparare debent pontem de Stratford', qui est in confinio comitatuum Essex' et Middelsex', ex parte ejusdem comitatus Essex' usque ad filum aque sub ponte predicto, mandatum est vicecomiti Essex' quod prefatum abbatem et homines suos non distringat ad pontem illum reparandum ultra filum aque predicte versus comitatum Middlesex', donec regi constiterit per inquisicionem quam per vicecomitem Middlesex' fieri precepit, quis vel qui ex parte illius comitatus pontem illum reparare debeant usque ad filum aque predicte. Teste ut supra. Per J. de Lessinton.

De damis datis.—Mandatum est senescallo foreste regis Essex' quod in foresta regis de Hetfeud' faciat habere Johanni de Warenn' x. damas et v. damos vivos ad parcum suum de Roeng' instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

De execucione testamenti.—Mandatum est ballivo de Evere quod, non obstante mandato regis quod rex nuper ei fecit de omnibus bladis que fuerunt Ade de Baillol' in manerio de Evere arestandis, permittat executori predicte Ade liberam habere administracionem de omnibus bladis et catallis que fuerunt ipsius Ade in manerio de Evere ad execucionem testamenti sui faciendam. Teste ut supra. Per W. de Valencia.

1251.

Pro Willelmo de Valencia.—Mandatum est Roberto Waleraund, ballivo de Kermerdin, quod distringat omnes tenentes infra comitatum Penbrok' ad faciendam sectam Willelmo de Valencia ad eundem comitatum debitam et consuetam, sicut secta facta fuit tempore Marescallorum, quondam comitum Penbrok', ad curiam comitatus illius. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est vicecomiti Oxonie quod talem seisinam habere faciat W. de Valencia de retorno brevium regis habendo in manerio suo de Bampton' qualem inde habuit tempore quo Gwido filius Roberti fuit vicecomes regis in eodem comitatu. Teste ut supra. Per regem.

De quercubus datis.—Mandatum est custodi foreste regis de Digerel' quod in prefata foresta faciat habere W. de Haverhull', thesaurario regis, x. quercus ad maeremium, de dono regis. Teste rege apud Westmonasterium xxij. die Octobris. Per regem.

De roba data.—Mandatum est J. de Sumercote et Rogero de Ros quod habere faciat Rogero Luvel unam robam, sicut uni ex clericis regis, de dono regis. Teste ut supra. Per J. Maunsell'.

Pro Johanne de Lessinton'.—Rex concessit Johanni de Lessintun' quod possit capere c. quercus in bosco suo proprio de Taidon', qui est infra forestam regis Essex', ad domos suas de Taidon' edificandas, construendas et sustinendas, et quod possit capere buscam in eodem bosco suo ad focum suum proprium ; et mandatum est G. de Langel' quod hec ipsum facere permittat, et attachiamenta, si que super hiis facta sunt, eidem faciat relaxari. Teste ut supra. Per regem.

Consimile breve dirigitur Ricardo Fillol', senescallo foreste Essex', pro eodem Johanne de Lessintun'. Per regem.

De reparacione cujusdam camere.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod in camera archiepiscopi apud Eboracum, in qua rex pernoctabit, fieri faciat unum hostium inter caminum ejusdem camere et cameram regine ibidem et unam cameram privatam longitudinis viginti pedum per idem hostium cum fovea profunda, et tam in camera regis quam in camera regine unum escrinium fieri faciat inter hostium et lectum regis et lectum ejusdem regine, per visum et testimonium legalium hominum ; et rex, cum sciverit custum quod ad hoc posuerit, ei faciet allocari. Teste ut supra. Per regem.

Pro Tudero filio Edynavet.—Mandatum est Alano la Zusch', justiciario Cestrie, quod secundum extentam terre Anglicane extendi faciat x. libratas terre in quatuor cantredis regis per sacramentum proborum et discretorum hominum de comitatu Cestrie, et eas sic extentas assignet Tudero filio Edenevet', habendas ad vitam suam, de dono nostro ; et cum eas ei assignaverit, rex eas ei in firma sua faciet allocari. Teste ut supra. Per regem.

De provisione volucrum contra Natale.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod contra instans festum Natalis Dominice omnem diligenciam apponat providendi ad opus regis de cingnis, pavonibus,

1251.

fesantis, perdricibus et alio volatili; et rex cum sciverit custum, ei faciet allocari. Teste ut supra. Per senescallum.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Lincolnie de cingnis, pavonibus, ut supra; et ea cariari faciat usque Eboracum, ita quod sint ibi in vigilia Natalis Domini, et rex, cum sciverit custum etc. Teste ut supra.

Pro abbate Croyllaund'.—Mandatum est Hugoni de Goldingh' quod districcionem quam facit abbati de Croilaunde et hominibus suis pro expeditacione canum suorum ponat in respectum usque ad Pentecostem proximo futurum. Teste ut supra. Per regem.

Pro panno ad pauperes.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod emi faciat mille ulnos panni precii ulne vij. vel viij. denariorum ad plus, et pannum illum reservari faciat usque ad adventum regis Ebor', ad distribuendum inter pauperes contra festum Natalis Domini; et cum rex sciverit custum, ei faciet allocari. Teste ut supra. Per P. Chaceporc. [*Cancelled.*] *Quia aliter in anno xxxvj°. per breve de computabitur.*

De damis datis.—Mandatum est custodi parci regis de Havering' quod permittat servientes L., Roffensis episcopi, capere x. damas in eodem parco ad opus ipsius episcopi contra festum intronizacionis sue, de dono regis. Teste rege apud Windes' xxiiij. die Octobris. Per regem.

[*De*] *damis datis.*—Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod in foresta regis de Recchich' faciat habere Reginaldo de Moun x. damas et v. damos ad parcum suum de Otery instaurandum, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

[*De*] *aggistacione parci.*—Mandatum est Godefrido de Listun' et agistatoribus suis in foresta de Windes' quod parcum regis de Windes' agistari faciat prout magis e[x]pedire viderit. Teste ut supra. Per regem.

Mandatum est Willelmo de Horsenden', ballivo regis de Pecco, quod forestam regis de Pecco assideri faciat ad comodum regis in quantum poterit sine dampno ejusdem foreste et ferarum regis. *Vacat, quia aliter inferius.*

De terris assidendis.—Mandatum est Willelmo de Horsenden', ballivo regis de Pecco, quod si aliquam porcionem foreste regis de Pecco extra choopertum assidere poterit sine dispendio regis, et sine dampno ferarum regis ibidem, tunc porcionem illam per visum et testimonium forestariorum et viridariorum regis ejusdem foreste ad comodum regis faciat assideri. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

[*Pro*] *Ricardo de Vernun.*—Quia testificatum est coram rege per viros fide dingnos quod Radulfus de Vernun tenuit manerium de Hanewell' in comitatu Oxonie de Ricardo de Vernun, et quod nullas alias terras tenuit de rege in capite nisi tamquam de comitatu Cestrie, mandatum est abbati de Persore quod [si ei constiterit ita esse per

1251.

inquisicionem legalem tunc *cancelled*] eidem Ricardo tamquam custodi ejusdem manerii plenam inde seisinam habere faciat cum omnibus exitibus inde perceptis ad opus regis. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero le Taillur quod faciant habere Fortunato de Luk' unam robam contra Natale et preter eam unam tunicam, de dono regis. Teste rege apud Windles' xxvj. die Octobris. Per regem.

[De] carettis faciendis.—Mandatum est vicecomiti Eboraci quod sine dilacione fieri faciat duas longas carettas cum toto atillio et harnesio que pertinent ad hujusmodi carettas, provisurus quod prompte sint et parate in proximo adventu regis ad partes illas ; et cum rex sciverit custum quod ad hoc posuerit, illud ei faciet allocari. Teste ut supra. Per regem.

Pro Johanne de Grey.—Rex dedit respectum Johanni de Grey usque ad quindenam Sancti Hillarii de compoto suo reddendo de exitibus comitatus Cestrie de tempore quo fuit ballivus regis ejusdem comitatus ; et mandatum est baronibus de Scaccario quod respectum illum ei habere faciant. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

De ponendis per ballium.—Rogerus Aurifaber, Ricardus de Weston', Bartholomeus le Cordiwaner et Daniel le Macceref, capti et detenti in prisona regis apud Noting' pro morte Isaac filii Cress', Judei, unde appellati sunt, habent breve vicecomiti Noting' quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De roba data.—Mandatum est Johanni de Sumercot' et Rogero le Taillur, quod faciant habere uxori Radulfi de Gorges unam robam, de dono regis. Teste ut supra. Per regem.

Pro mercatoribus Florencie et Senen'.—Mandatum est J. de Plesset', comiti Warr', et sociis suis, justiciariis itinerantibus apud Turrim Londonie, quod omnes mercatores tam Florencie quam Senen,' quos detineri faciunt in prisona regis apud Turrim predictam pro usura, unde irretiti sunt, deliberari et eorum catalla hac occasione arestata salvo et secure custodiri faciant, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per regem.

De ponendis per ballium.—Ricardus, clericus de Gedeneye, Willelmus Russel et Alanus Hasard, Johannes Ratekin, Ricardus le Messer, Joceus Hardi, Willelmus Fareface, Galfridus filius Edde, Wido filius Algeri et Nicholaus le Dracur, capti et detenti in prisona regis Lincolnie pro morte Walteri filii Thome et Radulfi Punding', unde appellati sunt, habent litteras vicecomiti Lincolnie quod ponantur per ballium. Teste ut supra.

De Johanne de Curcy.—Rex J. filio Galfridi, justiciario suo Hybernie, salutem. Sciatis quod Johannes de Curcy semper fuit ad fidem domini J. regis, patris nostri, et ad nostram, et sic obiit, nec umquam de aliqua terra fuit abjudicatus ; et hoc vobis singnificamus

1251.

ut de hiis que ipsum tangunt faciatis quod de jure fuerit faciendum. Teste ut supra. Per B. de Crioll'.

[*De*] *braemiis datis.*—Mandatum est custodi regis de Wlvemar' quod de eodem vivario faciat habere A. Wintoniensi electo, l. matrices bremias ad quoddam vivarium suum instaurandum, de dono regis. Teste rege apud Windes' xxvij. die Octobris. Per regem.

Mandatum est ballivo de Melkesham' quod de ballia sua venire faciat apud Windes' iiij^{xx} porcos quos grassos habet, liberandos ibidem Radulfo de Dungun ad opus liberorum regis; et rex, cum sciverit custum, ei faciet allocari. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai. *Vacat. Nichil inde actum fuit.*

[*Pro h*]*ominibus de Ludeham'.*—Mandatum est Ade de Everingham, forestario de Schirwude, quod demandas quas facit hominibus regis de Ludham occasione predicte foreste ponat in respectum usque ad proximum adventum regis ad partes illas. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

[*Pro*] *hominibus lesis apud Westmonasterium.*—Mandatum est W. de Haverhulle, thesaurario, et E. de Westmonasterio quod septem hominibus qui nuper lesi fuerunt per prostracionem muri qui corruit in aula nostra Westmonasterii victualia et alia necessaria inveniant, donec convaluerint; et similiter magistro Henrico, surugico regis, ea que necessaria fuerunt ad curacionem ipsorum; et rex cum sciverit custum breve de Liberate eis fieri facie[t]. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Pro mercatore de [*Flo*]*rencia.*—Mandatum est J. de Plessetis, comiti Warr', et sociis suis, justiciariis itinerantibus ad placita Turris Londonie quod catalla Ademari, mercatoris de Florence (*sic*) in quadam archa sua deposita, que arestari fecerunt pro causa usuraria, ei sub plevina proborum et legalium civium regis Londonie tradant, ita quod ipsi per quorum plevinam eidem Adomaro catalla illa tradiderint catalla eadem vel eorum precium coram rege habeant, quando rex eis preceperit. Teste ut supra. Per regem.

[*De prov*]*isione contra Natale.*—Mandatum est vicecomiti Lincolnie quod emi faciat in ballia sua ad opus regis m. gallinas, ccc. perdrices, xxx. cingnos, xx. grues, xxv. pavones, l. fesantos, l. cuniculos, ccc. lepores contra instans festum Nativitatis Dominice, et ea venire faciat usque Eboracum, ita quod omnia predicta prompta sint ibidem tercio die ante festum, et rex, cum sciverit [custum] ei faciet allocari.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Eboraci de mmm. gallinis, d. perdricibus, lx. fesantis, xx. gruis, xxx. cingnis, xxx. pavonibus, c. cuniculis, cccc. le[poribus] cc. porcis et xx. braonibus cum capitibus; et rex cum sciverit etc.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Norhumbrie de c. porcis, m. gallinis, d. perdicibus, xxx. phesantis, xv. pavonibus, xv. gruis, xv. cingnis, c. cuniculis, ccc. leporibus et xv. braonibus.

1251.

Eodem modo mandatum est ballivis Lincolnie de x. gruibus, x. cingnis, x. pavonibus, xxx. phesantis, . . perdicibus, et rex cum sciverit etc.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Lancastrie de c. porcis, ccc. perdricibus, xl. phesantis, xx. gruibus, xv. cingnis, xx. pavonibus, c. cuniculis, ccc. le[poribus] m. gallinis et xx. braonibus.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Cumb' de m. gallinis, ccc. perdicibus, xx. gruibus, xv. cingnis, xx. pavonibus, xl. phesantis, l. cuniculis, xv. braonibus, l. salmonibus calewar', et salmones illos in pane poni faciat.

Eodem modo mandatum est maiori et ballivis Eboraci de x. gruibus, x. cingnis, xl. fesantis et cc. perdicibus.

Eodem modo mandatum est ballivis suis de Novo Castro super Tynam quod emi faciant xxx. salmones calewar', et eas poni faciant in pane . . . . hanc ut supra ; et custum etc. Teste rege apud Windes' xxviij. die Octobris.

Mandatum est ballivis Eboraci quod retineant ad opus regis quantumcumque invenire poterit de griso et vario opere, certificantes P. Chacepork', custodi garderobe regis, . . . in xv. Beati Martini quantum et cujusmodi invenerint. Teste ut supra.

[m. 25*d.*] Rex L. Dublinensi archiepiscopo, salutem. Nolentes graciam dilecto consanguineo nostro Stephano Lungesp' a summo pontifice concessam de pecunia illa, que de redempcione votorum crucesignatorum colligi posset in terra que Lagenia dicitur in Hibernia, subtrahere set pocius ampliare, paternitatem vestram rogamus quatinus non inpediatis vel inpediri permittatis prefatum consanguineum nostrum crucesignatum proponentem transire magnifice in Terre Sancte subsidium, vel assignatos suos, quin concessionem sibi a domino papa factam de redempcione votorum crucesignatorum in dicta terra Lagenie, sicut in literis papalibus plenius continetur, usque ad tempus illud quo nos fuimus crucis caractere insigniti integre colligere possint, restituentes eidem vel ejus procuratoribus si quid per vos vel per aliquem de terra predicta collectum fuerit vel in alios usus deputatum usque ad tempus predictum. Teste rege apud Wintoniam ix. die Novembris.

[m. 24*d.*] Rex W. Sarisburiensi episcopo, et aliis executoribus testamenti W. quondam Wintoniensis episcopi, salutem. Cum post mortem W. quondam Wintoniensis episcopi, convencio verteretur inter monachos Wintoniensis ecclesie super electionibus et postulacionibus diversis, quarum occasione partes necesse habuerunt nuncios ad curiam destinare et expensas non modicas ibidem facere, unde pars una mutuo accepit mdccclxvij. marcas, ix. solidos et iiij. denarios, pars vero altera dcc. et iiij^{xx} marcas, et tota pecunia illa sicut a viris fidedignis et discretis intelleximus de bonis episcopalibus solvi debeat ; cum eciam predictus W. quondam Wintoniensis episcopus, cujus habetis execucionem faciendam, teneatur Wintoniensi ecclesie in d. et lxij. marcis, x. solidis, et iiij. denariis de pecunia legata ipsi ecclesie, quam predictus episcopus mutuo recepit, vobis mandamus quod predictas dcc. et iiij^{xx} marcas, que nobis racione mutui quod uni parti fecimus debentur, nobis vel

1251.

attornato nostro in episcopatu Wintoniensi nomine nostro, residuum vero totum predicte pecunie dictis priori et conventui vel attornato eorum, persolvi faciatis, scituri pro certo quod bona et catalla que dicti W. episcopi fuerunt in manum nostram cepimus et precepimus retineri, nec permittemus quod aliquam inde habeatis administracionem ad execucionem sui testamenti faciendam, donec predicta pecunia fuerit persoluta. Teste rege apud Wintoniam, ix. die Novembris.

Quia, sicut rex intellexit, tallagium regis x. milium marcarum eo modo quo nunc talliatur effectum debitum sortiri non potest si aliquibus Judeis parcatur, mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, in fide qua regi tenentur, quod licet aliquibus aliquo modo gracia exhibeatur, singulos tallient secundum summam catallorum suorum, exceptis Elya Le Veske et Aaron filio Abrahe, Judeis Londonie, qui frequenter regi serviunt, et regem premanibus ubere respexerunt; et quia Aaron de Eboraco, Judeus, nimis gravatus esset in instanti tallagio si foret ad duo milia marcarum talliatus, sicut fuit, sicut regi dixit, vult rex quantum modo predicto accrescit summa predictorum Judeorum, decrescat etiam summa tallagii ipsius Aaron de Eboraco, ut ei parcatur ad presens, ita tamen quod de tallagio x. milium marcarum nichil regi depereat, ita quod pro aliquo priori mandato regis nichil faciant nisi quod eis expresse injunctum est. Teste rege apud Clarend' xxiij. die Novembris.

Quia ballivi episcopi Lincolniensis non permittunt vicecomitem Oxonie ingredi villam de Bannebur' ad levandum c. solidos pro transgressione mensurarum, mandatum est vicecomiti Oxonie quod non obstante libertate ipsius episcopi eandem villam ingrediatur, ita quod denarios illos habeat in garderoba regis in crastino Sancti Thome Apostoli. Teste rege apud Clarend' xxvij. die Novembris.

Quia Johannes filius Thome moratur cum rege in Anglia per preceptum suum, mandatum est justiciariis itinerantibus in Hibernia quod apellum quod Blanchia que fuit uxor Alexandri de Rupe facit versus ipsum et homines suos coram eis ponant in respectum usque a die Pasche anno etc. xxxv. in unum mensem, ita quod apellum illud interim remaneat coram eis in eodem statu in quo nunc est. Hoc idem demandent vicecomites in quorum balliis apellum illud factum est. Teste rege apud Merleberge xiiij. die Novembris. Per J. Mansell'.

Quia vicecomes Northampt' exigit ab hominibus domini regis de Apethorp' centum solidos de eschapio cujusdam latronis, nec ad ipsum set ad justiciarios in itinere suo pertinet hujusmodi exactio, mandatum est eidem vicecomiti quod usque ad proximum adventum justiciariorum domini regis in partes illas ipsos homines pacem inde habere permittat. Teste rege apud Clarendon' xxix. die Novembris.

Rex ballivis de Len, salutem. Precipimus vobis quod [si,] per sacramentum mercatorum Anglie et aliorum qui diversas terras noverint, inveneritis quod Alardus de Stavere non sit de districtu vel potestate domini terre illius cujus homines navem Hugonis de Swaves',

1251.

mercatoris nostri, depredati fuerunt, nec illi interfuit depredacioni, tunc bona illius Alardi in villa predicta propter hoc arestata deliberetis. Teste rege apud Clarend' v. die Decembris.

[m. 23*d.*] Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod quandam albam, tunicam et dalmaticam festinanter fieri faciat secundum quod Johannes de Sumercot' ei ex parte regis intimabit. Teste rege apud Clarend' viij. die Decembris.

Quia rex frequenter scripsit Ramette que fuit uxor Everardi Teutonici, quod ad ipsum veniret colloquium habitura pro quodam negocio, nec venire voluit, set frequens mandatum regis contempsit, mandatum est vicecomiti Norhumbr' quod ipsam Ramettam ad regem venire in instanti festo Sancti Hillarii ubicumque tunc rex fuerit in Anglia per terras et catalla distringat. Teste rege apud Clarend' v. die Decembris.

Sussex'.—Henricus, vicarius de Ringmere, essoniavit se versus totum comitatum Sussex' de placito quod est inter ipsos coram rege de falso judicio per Nicholaum de Denton'. Et totus comitatus fecit defaltam.

Mandatum est ballivis de Portesmue quod non arestent aliquas naves venientes ad portum suum cum mercandisis de pondere nisi habuerunt aliquos pannos ad aurum vel aliquid jocale preciosum quod ad regem venire faciant per racionabile forum, et rex, prout alii dare noluerint, mercatoribus satisfieri faciet. Teste rege apud Clarend' ix. die Decembris.

Rex rogavit abbatem de Thorn' pro cignis et gruibus et alio genere volatili contra festum Sancti Eduuardi, quod erit in vigilia Epiphanie Domini.

Eodem modo rogavit abbates de Croiland', Rammes', Burg', et priorem de Spalding'.

Omnibus etc. H. de Erle, vicecomes Dorsete, salutem. Noveritis me recepisse duodecim libras argenti ad opus domini regis ab executoribus domini Roberti de Lexintona, in quibus idem Robertus regi tenebatur pro terra de Bere, quam habuit ad firmam de eo ad terminum vite sue, ita quod ego et heredes mei acquietabimus ipsum Robertum et heredes et executores suos de predictis xij. libris ad Scaccarium pro ultimo anno quo ipse prefatam terram tenuit ad firmam, et in quo mortuus, scilicet anno regis Henrici filii regis Johannis xxx^o^ iiij^to^, et ipsos erga dominum regem indempnes conservabimus ; quod si non fecerimus, concessi pro me et heredibus meis quod compellamur ad hoc per terras et catalla nostra per districcionem domini regis. In cujus etc. has litteras meas patentes predictis executoribus commisi. Et quia amisi proprium sigillum huic scripto sigillum Galfridi de Laverton', socii mei, apposui. Datum apud Wintoniam in crastino Natalis Domini, anno regni regis H. filii regis Johannis xxxv^to^.

[m. 22*d.*] *Cumberl'*.—Willelmus de Poipe habet litteras regis de procteccione directa vicecomiti Cumb' super ecclesia sua de Bodecastr' et hominibus,

1251. terris, redditibus, et omnibus aliis possessionibus suis, hoc adjecto quod decetero ei vel hominibus suis aliquid dampnum vel periculum non imineat ; sciturus quod si ipse vel homines sui de predicto redditu vel aliis possessionibus suis dampnum vel gravamen incurrerint pro defectu ipsius vicecomitis taliter rex se capiet ad eum quod se senciet non mediocriter gravatum. Teste rege apud Wintoniam xxvj. die Decembris.

Rex pape, salutem. Ex hoc quod venerabilis pater, W. Wigorniensis episcopus, tamquam inmemor fidelitatis nobis prestiti juramenti, placitum namii vetiti inter ipsum et dilectum et fidelem nostrum, Willelmum de Bello Campo, vicecomitem nostrum Wigornie, exortum, contra prohibicionem nostram sibi factam expresse tam viva voce quam litteris, prosequitur in curia nostra non sine lesione et nostre prejudicio dignitatis cum cordis turbacione ; admiracio nobis crescit quamquam non de eodem placito set de sententia excommunicacionis quam ipsius occasione in dictum nobilem tulit se asserat agere coram vobis, unde de consilio magnatum nostrorum baroniam quam idem episcopus de nobis tenet in capite, sicut est legis et consuetudinis regni nostri, providimus capere in manum nostram ; ipsam tamen capcionem ad instanciam R. comitis Cornubie, distulimus usque ad instans festum Purificacionis Beate Marie, si forte dictus episcopus a prosecucione prefata penitus duxerit desistendum. Igitur, ne paternitatem vestram, que omnia nostram coronam et dignitatem regiam tangencia semper voluit et vult illesa servari, decretum vestrum lateat in hac parte, presentes vobis litteras destinamus supplicantes attente, quatinus juxta quod vobis supplicavimus alias, eidem episcopo nullam prebere velitis audienciam in placito memorato seu aliis que nostrum forum et dignitatis nostre culmen tangere dinoscuntur. Teste etc.

Mandatum est vicecomiti Suht' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Johannis Maunsel' de la Freynsemor' in Bercgton' et terras Johannis de Monemuth', Albrede de Boterell', et Johanne de Nevill' in Dene etc., quia ipsi Johannes, Johannes, Albreda et Johanna posuerunt se coram rege in perambulacionem illam. Teste rege apud Westmonasterium v. die Januarii.

Suff'.—W. Norwicensis episcopus, habet quietanciam de communi summonicione in comitatu Suff' hac vice. Teste etc.

R. de Clar', comes Gloucestrie, habet similiter.

[m. 21*d*.] Monstraverunt regi moniales Sancti Michaelis Stanford' quod ballivi G. de Langel', justiciarii foreste, de foresta de Clive (?) non permittunt ipsas habere unam carettatam spinarum vel de mortuo bosco singulis diebus de elemosina regis, sicut eam per cartam J. regis patris hujus et suam hactenus percipere consueverunt ; et mandatum est eidem G. quod earum instrumentis que inde habent inspectis ordinet qualiter in premissis elemosina regis sustineri possit et procedere sine vasto et destruccione foreste predicte. Teste rege apud Wind' xv. die Januarii.

1251.

Quia nulli vicecomitum regis seu aliorum ministrorum suorum licet dominica sua vel custodias regis ingredi ad tallagia assidenda vel levanda in eisdem, preter quam illis quos ad ipsa custodienda deputaverit sive mandato regis speciali, mandatum est vicecomiti Notingh' quod de manerio de Osewardebec, quod est in manu regis racione custodie terre et heredis Henrici de Hasting', vel de aliis escaetis regis in nullo se intromittat; et, si quam pro tallagio vel visu franci plegii districcionem fecerit in manerio predicto penitus relaxet. Teste ut supra.

Rotel'.—Petrus de Monte Forti ponit loco suo Rogerum de Suwic' et Ricardum de la Strod' vel eorum alterum ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege inter ipsum Petrum et Henricum Murdac et Petrum de Uppinham' per breve quare vi et armis de transgressione in soca de Preston' in comitatu Rotel'; et in loquela que est coram rege per breve quare vi et armis inter ipsum Petrum et Galfridum de Rokingh' et Henricum de Wonull' et alios de transgressione ibidem.

Omnibus etc. Jacobus de Sancto Martino, miles, salutem. Noveritis me teneri domino Willelmo de Valencia, domino Penbr', in xxxv. libris, xvj. solidis, et viij. denariis et uno quadrante, de arreragiis meis dum fui senescallus suus in Hibernia solvendis eidem W. vel suo certo nuncio litteras suas patentes una cum presentibus deferenti apud Novum Templum, Londonie, infra instantes octabas Pentecostes, anno etc. xxxv. et ad predictam solucionem faciendam dictis die et loco, sicut predictum est, obligo me et omnia bona mea, mobilia et inmobilia, habita et habenda, ubicunque fuerint inventa, tam in civitate Londonie quam extra, jurisdiccioni predicti W. de Valencia distringenda; ita quod si in dicta solucione defecero licebit eidem Willelmo ingredi terras meas et possessiones, ubicunque fuerint, et ipsas tenere [in] manu sua, possidere, et expletare, donec de dicta pecunia sibi fuerit plenarie satisfactum. In cujus etc. sigillum meum apposui. Datum apud Wind' die Martis post festum Sancti Hillarii anno predicto.

Mandatum est maiori et ballivis Bristollie quatinus petram quam abbas et conventus Sancti Thome Dublin' colligi fecerunt apud Bristolliam ad construendum ecclesiam suam Dublin', et quam arestari fecerunt ad castrum regis Bristollie reparandum, eisdem canonicis liberent, si quam in operacione regis ibidem posuerint eis restaurantes; et quocienscumque aliquam collectam petre illuc fecerint ad fabricam ecclesie sue permittant ipsos eandem petram cariare quo voluerint. Teste etc.

Rex G. de Langel', justiciario suo foreste, salutem. Sciatis quod concessimus venerabili in Christo patri S. Karleolensi episcopo, quod ipse vel homines sui infra metas foreste nostre de Engelwode non vexentur vel graventur contra libertates carte nostre quibus usi sunt, set quod in eisdem manuteneantur et custodiantur; et ideo vobis mandamus quod contra libertates illas ei aut hominibus suis predictis non inferratis vel inferri permittatis impedimentum aut gravamen, set pocius eas eis firmiter observari faciatis. Teste etc.

1251.

Mandatum est vicecomiti Wiltes', sicut alias fuerat mandatum, quod non exigat sectas seu quascumque consuetudines a venerabili patre S. Karleolensi episcopo vel hominibus suis tenentibus de custodia de Hywis, quam idem episcopus habet de concessione regis, alias quam faceret si eandem custodiam rex retineret in manu sua. Teste ut supra.

[m. 20*d*.] Rex concessit R. comiti Cornubie, quod post iter [suum *cancelled*] G. de Langel' in comitatu Notingh' ad placita foreste, eat in forestam de Dertemor ad negocia predicti comitis expedienda ; et mandatum est eidem G. quod post iter suum completum divertat se ad forestam predictam pro negociis memoratis. Teste rege apud Wind' xxj. die Junii.

Rex duci Brabanc', salutem. Per quosdam de vestris nuper intelleximus quod super vestro matrimonio non vultis vos committere dicto nostro, set si desideramus negocium de quo dudum inter nos et vos tractatus est habitus perfici conferendo x. milia marcarum et de Scaccario nostro d. librarum redditum annuum, diem et locum quamprimum fieri valeat statuamus ad quos possitis nuncios vestros mittere pro consummacione negocii predicti ; verum quamquam illud summopere cupiamus compleri, quia tamen P. de Sabaudia, qui incepcioni dicti tractatus et quem optamus ejus consumacioni modis omnibus interesse, nondum de partibus Burgund' rediit, nostram hac vice voluntatem plene vobis non possumus remandare ; quapropter serenitatem vestram rogamus usque in unum mensem post Pascha dictum negocium in suspenso tenere velitis, ut prefato Petro reverso vobis inde beneplacitum nostrum per nuncios nostros tunc significare possimus, vel interim per ipsos mandare quod de vestris aliquos mittatis ad expendiendum feliciter negocium antedictum. Teste etc. Per J. Mansel.

Rex Emerico, vicecomiti de Tuarz, salutem. Dileccionem vestram rogamus quatinus, sicut nos et honorem nostrum diligitis, dilecto sororio nostro S. de Monte Forti, comiti Leyc', custodi terre nostre Wasconie, in negociis nostris expediendis ibidem pro loco et tempore toto posse viriliter assistatis, et consilium et auxilium vestrum efficaciter inpendatis ; ita quod vestra dileccio nobis sit more solito fructuosa. Teste ut supra apud Wind' xxij. die Januarii. [*Cancelled.*] *Quia non habuit.*

Rex vicecomiti Staff', salutem. Monstravit nobis Willelmus Trumwine quod R., Coventrensis et Lychfeldensis episcopus, occasione haie de Chistelin quam aliquando tenuit et quam diracionavimus versus ipsum in curia nostra, distringit prefatum W. de una marcata redditus pro terra sua quam tenet de nobis, et que pertinet ad custodiam prefate haye, quam quidem custodiam idem W. habet de nobis in feodo ; et quia idem W. dicit quod nos sumus in seisina redditus predicte marcate, precipimus quod si predictam terram teneat de nobis et nos seisinam illius redditus habeamus, non permittas quod prefatus episcopus vel ballivi sui ipsum W. pro predicto redditu eidem episcopo solvendo distringant. Teste rege apud Wodest' xxviij. die Januarii. Per H. de Bretton'.

1251.

Quia homines comitatuum Salopie et Staffordie non defendebant patriam contra malefactores, nec pacem regis conservarunt, prout eis injunximus, mandatum est vicecomiti eorundem comitatuum quod custum quod circa defensionem patrie illius et ad pacem regis servandam per visum proborum et legalium hominum apposuerit, de bursa eorum ad quos custodia illa et tuicio pertinebat, levari et reddi faciat. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Warr' et Leic', salutem. Audivimus quod tu distringis homines tenentes de herede Henrici de Hasting' existente in custodia nostra in balliva tua ad faciendam sectam et alias consuetudines quas non debent nec consueverunt facere tempore predicti Henrici; et ideo [precipimus] tibi quod ipsos ad faciendum hujusmodi sectam et consuetudines decetero non distringas. Teste ut supra.

Rex pape, salutem. Cum super pecunia de redempcionibus votorum crucesignatorum legatis seu alio modo concessis succursui Terre Sancte nobis feceritis graciam specialem, sanctitati vestre supplicamus attente quatinus venerabilibus patribus Cicestrensi et Norwicensi episcopis ac Johanni Maunsell', preposito Beverlaci, per litteras vestras mandare velitis ut raciocinium seu compotum W., Wigorniensis episcopi, de hiis que recepit et distribuit de predicta pecunia audiant, et si quid inde residuum fuerit nobis integre faciant assignari; ita quod liberalitatem vestram senciamus more solito fructuosam. Teste ut supra.

Buk'.—Radulfus filius Nicholai ponit loco suo Robertum Coffin et Walterum Messager ad lucrandum in loquela que est coram rege inter ipsum et heredes W. quondam comitis Mar', de warrantia carte.

Rex vicecomiti Norht', salutem. Precipimus tibi quod propter neggligenciam ballivorum Lincolniensis episcopi, assumpta tecum potencia regia de comitatu tuo, in propria persona tua ingrediaris villam de Merston', et omnes illos quos Dike de Blesel' appellat de societate latrocinii capias et in prisona nostra salvo custodias donec aliud inde preceperimus; omnes eciam illos de eadem villa qui ipsos appellatos rescusserunt et ballivis nostris abstulerunt, attachiari facias per corpora sua; ita quod eos habeas coram nobis ab octabis Purificacionis Beate Marie in quindecim dies, ubicunque tunc fuerimus in Anglia, de transgressione predicta responsuri (*sic*), et habeas ibi hoc breve. Teste rege apud Wodestok' v. die Februarii anno regni nostri xxxv. Per H. de Bratton'.

Salop'.—Johannes de Chetewind' posuit se coram rege die Dominica proxima post festum Sancte Scolastice Virginis apud Wind' in perambulacionem faciendam inter terram ipsius Johannis de Stocton' et terram Jacobi de Alvithel' in Eston'.

Postea venit predictus Jacobus et posuit se in perambulacionem illam coram rege, et habuit breve.

[m. 19*d*.] Mandatum est vicecomiti Salop' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Johannis filii Alani [de *cancelled*] in Srewardin et terram

1251.

Jacobi de Aldithel' in Jerdel', quia uterque eorum posuit se coram rege in perambulacione illa, et quod scire faciat justiciariis ad primam assisam.

Quia rex per cartam suam confirmavit S. de Monte Forti, comiti Leycestrie, quasdam libertates et quietancias, quam quidem cartam barones de Scaccario coram eis legi et articulos et punctos in ea contentos decetero firmiter teneri facient et observari. Teste etc.

Mandatum est Rogero de Thurkelbi quod supersedeat assise nove disseisine capiende quam Hugo filius Ricardi arramiavit versus Warinum de Monte Caniso de tenemento in Thorinton', donec alius super hoc habuerit in mandatis. Teste rege apud Wind' xv. die Februarii.

Rex vicecomiti Suff' salutem. Precipimus tibi quod per totam ballivam tuam publice clamari facias quod omnia placita que fuerunt coram justiciariis nostris itinerantibus in comitatu tuo die Dominica proxima post octabas Purificacionis Beate Marie et que coram eisdem justiciariis atterminata fuerunt a die Purificacionis Beate Marie in tres septimanas et non finita, sine occasione sint coram prefatis justiciariis nostris apud Gateshull' a die Pasche in quindecim dies in eodem statu in quo fuerunt predicta die Dominica coram eis. et placita atterminata a predicto die Purificacionis in tres septimanas interim in illo statu remaneant in quo extitisse debuerunt si ad diem illum coram illis venissent, exceptis placitis forinsecis per eosdem justiciarios nostros coram justiciariis nostris in Banco atterminatis. Teste rege apud Windesor' xv. die Februarii.

Et mandatum est Gilberto de Preston' quod predicta placita forinseca que fuerunt coram eis in itinere suo in comitatu predicto atterminata et non finita quod per se vel per aliquem clericorum suorum atterminet coram eis a die Pasche in xv. dies in statu in quo remanserunt coram eis. Teste ut supra.

Quia rex recolit injunxisse vicecomiti Wiltes' viij. die Decembris anno xxxiiij. apud Clarend' quod caperet in manum regis libertates abbatis Malmesb', eo quod non habuit ad mandatum regis homines de libertate sua ad gaolam Saresberie deliberandos, et quia idem abbas, non obstante mandato regis, postea usus est libertatibus illis, mandatum est vicecomiti Wiltes' quod, captis in manum regis libertatibus illis, sit coram rege in quindena Pasche, ubicunque rex fuerit in Anglia, ostensurus quare permisit ipsum abbatem rehabere libertates predictas sine warranto et speciali precepto nostro. Teste ut supra apud Wind' xvij. die Februarii.

Eundem diem habet idem abbas ad respondendum quo warranto tenuit placita in curia sua de namio vetito.

Mandatum est vicecomiti Wigornie quod non obstante quod venerabilis pater W. Wigorniensis episcopus, prosequitur quandam causam contra regem in curia domini pape, ipsum et homines suos in balliva sua in pace stare permittat usque in unum mensem a

1251. die Pasche, et interim eisdem nullam inferat aut inferri permittat molestiam aut injuriam. Teste rege apud Wind' xviij. die Februarii.

Plegii Roberti de Acton' ut sit coram rege in quindena Pasche.—
Robertus Blundel,
Henricus de Wllaveton',
Willelmus de Verdun,
et Johannes Blundel.

Rex J. filio Galfridi, justiciario Hibernie, salutem. Audivimus oblacionem nobis per [*unfinished*].

Rex C. Obrien de Tuadam' in Hibernia, salutem. Audivimus oblacionem per Matheum, clericum vestrum, factam de d. libris nobis reddendis pro terra quam de nobis tenetis ad firmam vobis in feodo concedenda, reddendo inde annuatim iiij^{xx} libras; et quia non constat nobis ad plenum verum hec oblacio utilitati nostre sit expediens, mandavimus justiciario nostro Hibernie quod facta diligenti inquisicione de premissis nobis quid agendum sit et comodo nostro expediat predictam oblacionem admittere, vel non, sine dilacione significet; volumus eciam a vobis racionabilem solucionem recipere, prout justiciario nostro Hibernie plenius injunximus, secundum quod nobis vidimus expedire. De confirmacione carte patris nostri quam a nobis petistis nichil fieri poterit, nisi cartam illam vel ejus transcriptum sub sigillo justiciarii nostri viderimus. Teste rege apud Wind' xviij. die Februarii.

Margareta de Lacy, comitissa Lincolnie et Penbroc, ponit loco suo Ricardum filium Willelmi et Eliam nuncium, vel eorum alterum, ad lucrandum vel perdendum in loquela que summonita est coram domino rege inter ipsum regem petentem et Radulfum de Preus deforciantem de manerio de Tiwe, unde idem Radulfus vocavit predictam Margaretam et participes suos, heredes comitis Ranulphi, ad warantum. Dies datus est eis a die Pasche in tres septimanas in comitatu Oxonie.

Eadem comitissa ponit eosdem ad lucrandum vel perdendum in loquela que summonita est coram eodem domino rege inter eundem dominum regem petentem et Walterum Daiwil deforciantem de centum solidatis terre in Witteby, unde idem Walterus vocavit predictam Margaretam et participes suos, heredes comitis Ranulphi, ad warantum. Dies datus est eis a die Pasche in quindecim dies in comitatu Warwici.

[m. 18*d.*] Rex vicecomiti Kancie, salutem. Quia audivimus quod ballivi venerabilis patris nostri B. Cantuariensis archiepiscopi, de maneriis venerabilis patris L. Roffensis electi, vastum faciunt et exilium in maneriis supradictis boscum prosternendo, feras capiendo, et vivaria expiscando, tibi precipimus quod in propria persona tua accedas ad maneria illa, inhibendo predictis ballivis ex parte nostra ne decetero aliquod vastum ibi faciant, boscum prosternendo vel feras capiendo sive vivaria expiscando, seu aliquo alio modo; et si forsitan contra inhibicionem nostram vellent aliquid attemptare, nullatenus hoc

1251.

permittas, nec quod aliquid decetero faciant asportari de vasto vel destruccione facienda. Teste etc.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Suff' quod non faciant vastum vel destruccionem de arboribus vel vivariis predicti ballivi archiepiscopi Cantuariensis, et quod non permittat, ut supra. Per ipsum regem.

Wiltes.—Abbas de Malmesbir' ponit loco suo Ricardum de Kent et Johannem de Trilleye ad lucrandum etc. in loquela que est inter regem et ipsum abbatem de placito vetiti namii.

Providencia contra Pascha.—Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod venire faciat usque Westmonasterium contra instans festum Pasche ccc. gallinas, c. pullos, quatuor cignos, et tria milia ovorum; et rex, cum sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste rege apud Norwicum xx. die Marcii anno xxxv.

Mandatum est vicecomiti Essex' pro totidem gallinis, pulcinis, cignis et ovis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Susex'. Teste ut supra.

Monstravit (*sic*) regi Thomas de Elm, Robertus de Kircham', prior de Mulicurt et prior de Mirmand' quod cursus aque que consuevit currere per Vitwell versus Wisebech' diversus est per opturacionem sabuli per tempestatem pluvie et venti; et mandatum est vicecomiti Norff' quod, si ita est, tunc faciat predictam aquam habere cursum suum sicut habere consuevit. Teste rege apud Ely.

Rex respectum dedit Johanni de Monasterio quod non arcetur ad arma militaria capienda citra festum Sancti Michaelis; et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ipsum vel plegios suos interim propter hoc non distringat, nec ab aliquo distringi permittat, et averia sua hac occasione capta ei deliberari faciat. Teste rege apud Crucem Roesie j. die Aprilis. Per regem.

[m. 17*d*.] *Lincolnia.*—Abbas de Sancto Edmundo ponit loco suo Emericum de Rupe Cauardi et Henricum de Titteshal', vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege inter ipsum abbatem et priorissam de Stikewaud' de advocacione ecclesie Sancte Marie de Waynflet', et contra Simonem filium Guidonis de eadem advocacione.

[m. 16*d*.] Mandatum est Ade de Mora [*unfinished*].

Rex Ade Demore, forestario suo, salutem. Mandamus vobis quod modis quibus melius sciveritis inducatis illos qui boscos vicinos habent manerio nostro de Fremantel ut nobis conferant de maremio suo ad operaciones ejusdem manerii nostri faciendas, et permittatis ipsos qui boscos vicinos habent in regardo vendere de eisdem boscis custodibus operacionum earundem quod necesse fuerit.

Rex baillivis de Len, salutem. Sciatis quod per testimonium fidedignorum accepimus quod mercatores illi quorum bona et catalla arestare proponitis pro transgressionibus quas homines de Emesgonia

1251.

fecerunt mercatoribus de terra vestra non sunt de Emesgonia set de Staveria; et ideo vobis precipimus quod ipsis mercatoribus de Staveria super rebus aut catallis suis non faciatis inpedimentum aut gravamen. Teste etc. Per ipsum regem.

Rex baillivis suis de Jernemuth', salutem. Sciatis quod per testimonium fidedignorum accepimus quod mercatores illi quorum bona et catalla arestare proponitis pro transgressionibus quas homines de Emesgonia fecerunt mercatoribus de terra vestra non sunt de Emesgonia set de Staveria; et ideo vobis precipimus quod ipsis mercatoribus de Staveria super rebus aut catallis suis non faciatis inpedimentum aut gravamen. Teste etc. Per ipsum regem.

Consimiles litere mittuntur baillivis de Norwych pro eisdem mercatoribus.

Mandatum est maiori et vicecomitibus Londonie [*unfinished*].

Pro Henrico La Feyte.—Quia si propter temerarias et privatas obligatas cives regis Londonie exheredarentur hujusmodi obligaciones tam regi et heredibus suis quam civitati predicte nimis essent perniciose et dampnose, mandatum est maiori et vicecomitibus Londonie quod pro obligacione quam Henricus La Feyte, civis Londonie, fecit Laurencio de Portingal', mercatori, de debito aliquo ei reddendo non disseisiant vel disseisiari permittant ipsum de aliquo tenemento suo in civitate Londonie. Rex vult tamen quod si idem Henricus ad solucionem predicti debiti non sufficiat, tenementa sua predicta prefato mercatori per racionabilem extentam liberentur, donec prefatum debitum levaverit ex eisdem, dummodo prefatus Henricus occasione prefate liberacionis nullatenus exheredetur, salvo eidem Henrico capitali mesuagio suo per eandem extentam ad quam illud racionabiliter continget extendi. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Maii etc. Per consilium Johannis de Lexinton' et Henrici de Bretton'.

Rex vicecomiti Kancie, salutem. Ostensum est nobis ex parte xxiiij. juratorum electorum ad conservacionem marisci et walliarum maris de Rumenal', quod cum secundum antiquas et approbatas consuetudines suas districciones fieri facerent super illos qui wallias illas reparare debent de jure secundum quantitatem tenementorum suorum ad tuicionem et defensionem tocius patrie contra mare, tu namia pro predicta reparacione capta et districciones inde factas deliberasti; et ideo tibi precipimus quod si ita est, sicut alias precepimus, predictis conservatoribus maris predictas districciones retornari et rehabere facias, permittendo eosdem juratores uti consuetudinibus et libertatibus suis ad se defendendos et alios contra mare, prout facere debent et consueverunt, ne iteratum inde clamorem audiamus, et ne per te nobis et terre nostre periculum imineat in hac parte, quia parati sunt cuilibet querenti justiciam exhibere secundum consuetudines suas hactenus optentas et usitatas, et etiam ibidem stare juri sicut debent et solent, si in aliquo transgressi fuerint contra consuetudines usitatas. Insuper per nullum breve nostrum commune aliquam districcionem eorum qui ad hoc tenentur pro hac causa factam

1251.

inposterum deliberari facias, quia necessitas defensionis talis inopinata si venerit, legi communi vel justicie subesse non poterit. Teste rege apud Westmonasterium xj. die Maii. Per Bertram de Crioll'.

[m. 15*d.*] Rex custodi terrarum que fuerunt Willelmi le Cu, salutem. Ex parte abbatis de Longo Villari nobis est ostensum quod tu annuum redditum xx. solidorum quem progenitores ipsius Willelmi domui sue caritative contulerunt, sicut [in] carta super hoc confecta plenius continetur, jam per biennium detinuisti et reddere contradicis ; et ideo tibi precipimus quod prefatum redditum prefato abbati juxta tenorem carte sue una cum arreragiis duorum annorum reddere non omittas. Teste rege apud Wind' xxv. die Aprilis.

Mandatum est ballivis Cantebrigie quod per sacramentum proborum et legalium hominum diligenter inquirant utrum Thomas filius Willelmi de Winterton' et Eufemia, uxor ejus, dederunt priori et conventui de Kenilleworth' xx. solidatas redditus quas ipsi Thomas et Eufemia percipere consueverunt per manus prepositorum regis Cantebrigie, vel non ; et si per inquisicionem illam ei constiterit quod ipsi Thomas et Eufemia predictis priori et conventui predictum redditum dederunt et legitime dare poterunt, tunc redditum illum eisdem priori et conventui liberari faciant. Teste rege apud Wind' xxix die Aprilis. Per ipsum regem.

Mandatum est vicecomiti Kancie quod averia Rogeri de Leyburn' que cepit per summonicionem Scaccarii pro debito regis replegiari faciat eidem usque ad Dominicam proximam ante festum Sancti Dunstani. Teste ut supra. Per ipsum regem.

Memorandum quod mandatum est [*unfinished*].

Quia Cassellensis archiepiscopus citavit electum Limeric' ecclesie quod compareret coram eo die Jovis proxima ante Passionem Domini proximo preteritam in ecclesia Limer' in occursum suum, ita quod, si invenerit ipsam eleccionem canonicam, eandem non obstante dignitate regis de assensu requirendo confirmaret, rescriptum est ei quod quicquid in prejudicium regis acceptaverit revocet sine mora ; et mandatum est Ricardo de Rupella quod temporalia ipsius archiepiscopi capiat in manum regis, si errorem illum non revocet, et quod innovet appellacionem regis. Teste rege apud Wind' xxix. die Aprilis.

Perambulacio.—Mandatum est vicecomiti Salop' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Johannis filii Alani in Aketon' et terram prioris de Wenloc in Burnton' et Calweton', ita quod etc., quia ipsi ambo posuerunt se coram rege in perambulacionem illam, et eam scire faciat justiciariis ad primam assisam etc.

[*On a schedule* :—] Excelentissimo domino suo H. Dei gracia regi Anglie, domino Hybernie, duci Normann', Acquit', et comiti And', suus vicecomes Notingham', salutem. Vestre dominacioni duxi intimandum quod ad preceptum vestrum mecum assumpsi probos et legales et ad castrum Notingham' personaliter accessi, et defectus

1251.

subscriptos in eodem castro inveni, scilicet : alam magne aule versus aquilonem oportet prosterni et de novo construi : capella nova oportet discooperiri et recooperiri : magna garrita infra motam oportet discooperiri et prosterni et de novo construi, vel sublevari per ingenium, si possit ; pistrinum infra altam turrim oportet de novo construi et cooperiri : stabulum discoopertum est multum per loca : coquina famulie in ballio oportet reemendari et cooperiri per loca : forincecum palicium circa castrum, palicium circa gardinum, et sepis inter fossatum castri et gardinum magna indigent reparacione : puteum infra motam oportet inundari et pistrinum in fossato castri cooperiri : et stagnum molendini sub castro oportet de novo construi ; et domus ejusdem molendini oportet sublevari et anmoveri ab illo loco in quo est usque in alium. Verumptamen non inveni aliquem qui sciret istos estimare defectus in summa pecunie. Placeat igitur dominacioni vestre mihi precipere quid inde fieri vobis placuerit. Valeat dominacio vestra semper in Domino.

De quietancia muragii apud Eboracum.—Quia rex concessit per cartam suam magistro et fratribus milicie Templi in Anglia, quod ipsi et homines sui quieti esse debent de omnimoda operacione, mandatum est maiori et ballivis Eboraci quod occasione auxilii eis consessi (*sic*) ad villam suam claudendam ipsos magistrum et fratres vel homines suos non distringat ad aliquam contribucionem faciendam in auxilium predicte ville contra tenorem carte predicte. Teste rege apud Westmonasterium iiij. die Maii.

Eodem modo mandatum est eisdem pro archiepiscopo Eboracensi, decano et capitulo et hominibus suis, exceptis illis qui sunt et manent infra villam Eboraci. Teste ut supra. Per J. Mansell'.

Eodem modo et per eadem verba mandatum est predictis maiori et ballivis Eboraci pro priore et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia. Teste rege apud Westmonasterium iiij[to] die Octobris.

Eodem modo mandatum est maiori et ballivis Karleol' pro eisdem. Teste ut supra.

Item eodem modo pro eisdem maiori et ballivis Herefordie.

Mandatum est vicecomiti Salop', quod assumptis secum duodecim militibus etc. fieri faciat perambulacionem inter terram Alani de Burton' et (*sic*) Burton' et terram Johannis Extranei in Mudel', ita quod etc., quia uterque eorum posuit se etc. in perambulacionem illam etc.

Mandatum est vicecomiti Norht' quod non vexet vel vexari permittat abbatem de Crioill' vel homines suos in balliva tua contra libertates quas idem abbas habet per cartas predecessorum nostrorum, regum Anglie, et confirmacionem nostram, quibus libertatibus hucusque racionabiliter usus est ; et si averia sua ceperit contra tenorem libertatum predictarum, tunc ea sine dilacione deliberari faciat. Teste rege apud Westmonasterium vij. die Maii.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod per sacramentum etc. diligenter inquirat si P. de Sabaudia fuit in seisina habendi returnum

1251.

brevium regis in Richemundes' tempore recessus sui a partibus Anglie, vel non, et si per inquisicionem illam invenerit ipsum Petrum extitisse in seisina libertatis predicte, tunc ipsum eadem libere uti permittat, una cum aliis libertatibus de quibus fuit in seisina tempore predicto, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Westmonasterium viij. die Maii.

Mandatum est vicecomiti Middelsex' quod averia Bartholomei Pecch' et hominum suorum manerii de Couel', quod est in libertate abbatis Westmonasterii, que cepit per preceptum regis, non facto returno brevis regis ei super hoc directi, ad libertatem predictam deliberet et returnum faciat ad libertatem illam, ut ballivi ejusdem mandatum regis plenius exequantur. Teste ut supra.

Rex respectum dedit Galfrido filio Johannis de se milite faciendo usque ad festum Omnium Sanctorum ; et mandatum est vicecomiti Wiltes' quod ipsum interim propter hoc non distringat. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Buk' pro eodem. Teste etc. Per ipsum regem.

Mandatum est vicecomiti Sumers' quod non permittat quod post decessum Lucie de Monte Acuto ingrediatur (*sic*) possessionem aliquarum terrarum que ipsa tenet in dotem de hereditate heredum Willelmi de Monte Acuto, per quod iidem heredes possessione dotis predicte possint defraudari. Teste ut supra. Per Johannem de Lexinton'.

Cum rex nuper cepisset homagium J. Blund' et Thome Picot, qui habuit (*sic*) in uxores duas sorores et heredes Ricardi de Wroth', et homagium W. de Plesset' et G. Escoland', nepotum et duorum aliorum heredum ipsius Ricardi, de omnibus terris et tenementis que idem R. tenuit de rege in capite in comitatibus Sumers' et Dors', et rex mandasset escaetoribus suis eorundem comitatuum quod eis inde plenam seisinam habere facerent, et iidem escaetores hoc fecissent in communi, prefati Johannes, Willelmus, et Galfridus prefato Thome de predictis terris racionabilem partem uxorem suam contingentem assignare denegant, ut dicit, minus juste ; et mandatum est vicecomiti eorundem comitatuum quod per sacramentum etc. extendi faciat et dividi per partes equales terras et tenementa predicta, et postea cuilibet ipsorum heredum partem suam per sortem faciat assignari. Teste ut supra.

Rex Lincolniensi et Cicestrensi episcopis, Magistro R. de Mar', et eorum commissariis, salutem. Prohibemus vobis ne teneatis placitum in curia Christianitatis inter executores Agnetis, quondam comitisse Dereb', et Willelmum de Ferr', comitem Dereb', de catallis que fuerunt ejusdem comitisse, unius heredum Rannulphi, quondam comitis Cestrie, super quibus, pro debitis in quibus nobis tenebatur idem comes Rannulphus, coram baronibus nostris de Scaccario judicium est prolatum, donec a predictis debitis per eosdem executores juxta judicium prefati Scaccarii nobis plenius fuerit satisfactum. Teste ut supra. Per Johannem de Lexinton'.

Postea in eadem forma mandatum est thesaurario Exonie.

1251.
[m. 14*d*.]

Devonia.—Henricus de Bretton' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam magister Walterus de Pembroc arramiavit versus Robertum filium Pagani et alios de tenemento in Culmostoc; et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem et locum.

G. de Segrave constitutus est una etc. ad assisam mortis antecessoris capiendam quam Robertus de Bruily arramiavit versus abbatem de Evesham' de tribus virgatis et dimidia et xliiij. acris terre cum pertinenciis in Kenewarton'; et mandatum est vicecomiti Warr' quod ad diem et locum.

Henricus de Bretton' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Henricus filius Henrici arramiavit versus Henricum filium Henrici de Kelegreu et alios de tenemento in Kenteleber'; et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem et locum.

Alanus de Watsand' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Theophilus de Pirie et Alicia, soror ejus, arramiaverunt versus Ricardum de Bosco et alios de tenemento in Wy; et mandatum est vicecomiti Kancie quod ad diem et locum.

Rogerus de Thurkelbi constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Margeria de Tilingham' arramiavit versus Walterum le Prestesone et alios de tenemento in Tilingham'; et mandatum est vicecomiti Essex' quod ad diem et locum etc.

Idem Rogerus constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Philippus Padi et Johanna, uxor ejus, arramiaverunt versus Hugonem de Veer, comitem Oxonie, et P. de Bello Campo de tenemento in Magna Gelham', et ad assisam capiendam quam iidem Philippus et Johanna arramiaverunt versus Ricardum de Wytsand' et alios de tenemento in eadem villa; et mandatum est vicecomiti Essex' quod ad diem et locum etc.

G. de Preston' constitutus est una etc. ad assisam mortis antecessoris capiendam quam Johannes de Warre et Olympias arramiaverunt versus Johannem de Warenn' de duabus partibus unius mesuagii et unius carucate terre in Ledenroinges; et mandatum est vicecomiti Essex' quod ad diem et locum.

Alanus de Watsand' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Hamo de Gatton' arramiavit versus Rogerum de Leyburn' de tenemento in Hundeshirst; et mandatum est vicecomiti Kancie quod ad diem et locum etc.

Rogerus de Thurkilby constitutus est justiciarius una cum hiis etc. ad juratam capiendam quam Willelmus de Lirling' arramiavit ad convincendum per xxiiij. milites juratos assise que summonita fuit et capta coram eo apud Pulham in comitatu Norf' inter eundem Willelmum et Willelmum Britonem et alios de quodam stagno prostrato

1251.

in Pagrave ad nocumentum etc.; et mandatum est vicecomiti Norff' etc.

Henricus de Bretton' constitutus est una etc. ad assisam mortis antecessoris capiendam quam Rogerus de Cheselad' et Walterus le Frankeleyn arramiaverunt versus Sarram filiam Galfridi de uno mesuagio et uno ferlingo terre cum pertinenciis in Mudefford', et ad assisam mortis antecessoris capiendam quam idem Rogerus et Walterus arramiaverunt versus Walterum de Caldecot' de j. ferlingo terre cum pertinenciis in Caldecot'; et mandatum est vicecomiti Sumers' quod ad diem et locum.

Idem Henricus constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Editha de Morland' arramiavit versus Willelmum de Morland' et alios de tenemento in Radeflet', et ad assisam capiendam quam El' Martwayn arramiavit versus priorem hospitalis Sancti Johannis de Brug' Walteri de quadam via in Brug' Walteri; et mandatum est vicecomiti Sumers' quod ad diem et locum.

Rogerus de Thurkelbi constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Oliverus de Saundon' arramiavit versus Petrum, archidiaconum Lond', et alios de tenemento in Saundon'; et mandatum est vicecomiti Hertfordie quod ad diem et locum.

Rogerus de Thurkelbi constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Robertus del Ken, Willelmus le Enveise et Matillis, uxor ejus, arramiaverunt versus Johannem de Marisc' de tenemento in Weniton Westm'; et mandatum est vicecomiti Essex quod ad diem et locum.

G. de Preston' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Ingeramus de Grimescot' arramiavit versus Nicholaum le Waleys et Simonem Bedel de tenemento in Potcote; et mandatum est vicecomiti Norht' quod etc.

Robertus Waler' et Stephanus Wauth' constituti sunt ad assisam nove disseisine capiendam quam Wido de Brion' arramiavit versus Petrum filium Mathei et alios de tenemento in Slapton'; et mandatum est vicecomiti Devonie quod ad diem etc.

Robertus Waler' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Sibilla de Weston' arramiavit versus Philippum de Wik' de tenemento in Sanford'; et mandatum est vicecomiti Sumers' quod ad diem et locum.

Alanus de Watsand' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Saerus filius Willelmi arramiavit versus Simonem de Veer de tenemento in Sprottel'; et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ad diem etc.

Magister S. de Wauton' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Willelmus de la Hid' arramiavit versus

1251.

Aciam de Aclepichard' et alios de quodam stagno prostrato in Westhid'; et mandatum est vicecomiti Herefordie quod ad diem et locum.

Nicholaus de Turri constitutus est una etc. ad assisam capiendam quam Osbertus de Thorp' et Margeria, uxor ejus, arramiaverunt [coram vobis *cancelled*] ad convincendum per xxiiij. legales milites juratores assise nove disseisine que inde summonita fuit et capta apud Branketr' inter eosdem Osbertum et Margeriam et Radulfum Granvassal de tenemento in Hidingh' Sibille; et mandatum est vicecomiti Essex' quod ad diem etc.

Magister S. de Wauton' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Robertus Revel arramiavit versus Willelmum Grete de communa pasture in Buckeby; et mandatum est vicecomiti Norht' etc.

Rogerus de Thurkelbi constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Philippus le Franc' arramiavit versus Radulfum de Cameis et alios de tenemento in Weld'; et mandatum est vicecomiti Essex' etc.

Robertus Waler' constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Willelmus filius Willelmi arramiavit versus Willelmum de Weston' et alios de tenemento in Weston' super Aven'; et mandatum est vicecomiti Gloucestrie quod ad diem et locum etc.

R. de Thurkelbi constitutus est una etc. ad assisam nove disseisine capiendam quam Willelmus filius Rogeri de Wongho (?) arramiavit versus Willelmum filium Willelmi et alios de tenemento in Cogham' (?), et mandatum est vicecomiti Norff' quod ad diem et locum etc.

Gilbertus de Preston' constitutus sunt (*sic*) justiciarius ad juratam capiendam de convincendo per xxiiij. juratos assisam nove disseisine quam Johannes de Weston' arramiavit versus Guidonem Gumbaud' et Willelmum Britonem de tenemento in Friston'; et mandatum est vicecomiti Lincolnie quod ad diem et locum.

[m. 13*d*.] Mandatum vicecomiti Wigornie quod fieri faciat perambulacionem inter maneria regis de Norton' et Bremmegrave et manerium W. Wigorniensis episcopi, de Alvithecherch', ita quod etc., quia tam rex quam idem episcopus posuerunt se in perambulacionem illam, et scire faciat regi in quindena Sancti Michaelis, ubicumque etc. per quas metas etc. Teste rege apud Westmonasterium xij. die Maii.

Mandatum est J. filio G. justiciario Hibernie, quod de omnibus placitis et querelis motis vel movendis in terra regis Hibernie [plenam et celerem justiciam *cancelled*] in curia regis ibidem inter Mauricium filium Geraldi et quosdam alios de Hibernia, plenam et celerem justiciam eidem Mauricio exhiberi faciat secundum legem et consuetudinem partium illarum, et illa mediante justicia fine debito terminet. Teste ut supra.

1251.

Rex Galfrido de Langel', justiciario foreste, salutem. Mandamus vobis quod per sacramentum proborum et legalium hominum qui terras vel tenementa non habeant in dominicis nostris per totam balliam vestram diligenter inquiri faciatis quas communas et ad cujusmodi averia homines de dominicis nostris de jure habere solebant in boscis nostris forestarum nostrarum tempore domini J. regis, patris nostri, anno scilicet precedenti antequam guerra mota esset inter ipsum et dominum regem et barones suos, et que aisiamenta dicti homines de jure habuerunt de viridi et sicco capiendis in dictis boscis, et quas consuetudines et que servicia dicti homines fecerunt domino regi vel ballivis pro dictis communis et aisiamentis habendis; et quia homines de dominico nostro de Stratton in Marchia per plures guerras plura sibi attraxerunt, diligenter inquiratis per sacramentum talium hominum, ut predictum est, quas communas et cujusmodi averia et que aisiamenta de viridi et sicco de jure habere debuerunt tempore pacis predicti J. regis, patris nostri, quando foreste sue melius custodiebantur; et inquisiciones inde factas sub sigillo vestro et sigillis eorum per quos facte fuerint nobis mittatis, et hoc breve, ut voluntatem nostram vobis super hoc alias significemus. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Lincolnie quod venire faciat coram rege in octabis Sancte Trinitatis ubicumque etc. fuerit in Anglia, Henricum de Bathonia ad respondendum regi de quibusdam articulis emersis in itinere sue (*sic*) comitatus sui, et de pluribus transgressionibus tam regi quam aliis in eodem itinere factis contra legem et consuetudinem regni regis; et habeat etc. Teste rege apud Westmonasterium xvj. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Ebor', Norf', et Suff', et Berk'.

Providencia contra Pentecostem.—Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod in balliva sua emi faciat cc. gallinas, d. ova, pavones, grues et cignos, quot poterit, ad opus regis contra instans festum Pentecostes, ita quod hec predicta prompta habeat apud Wintoniam die Veneris proxima ante festum predictum; et rex, cum inde sciverit custum, illud ei faciet allocari. Teste ut supra apud Windes' xviij. die Maii.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Sumerset' et Dors' de cc. gallinis, d. ova (*sic*), pavonibus, grues (*sic*), et cignos (*sic*), quot poterit, etc. ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Suht' de totidem gallinis et ovis, etc. ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Surr' et Sussex' de totidem gallinis et ovis etc. ut supra.

Eodem modo mandatum est maiori et ballivis Wintonie de cc. aucis, cc. gallinis, d. pullis, et mmmm. ovorum contra festum predictum, ut supra.

R. Lincolniensis episcopus, misit ad regem Magistrum Salom' de Dovor', capellanum suum, canonicum suum Linc', cum litteris patentibus, et petiit Johannem Aylrich de Hemelhamsted, clericum, captum et in gaiola detentum pro suspicione latrocinii, sibi liberari,

1251.

ut de ipso fiat quod de jure fuerit faciendum ; et mandatum est custodi gaiole predicte quod illum ei liberet in forma predicta, et quod ei similiter liberet prisonam latronum ad ipsum in eadem custodiendum quamdiu regi placuerit, de prestito. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Buk' et Bed', salutem. Quia multi malefactores tam equites quam pedites itinerant in comitatibus tuis homines in passibus ubi transeunt depredando et interficiendo contra pacem nostram, tibi districte precipimus quod in singulis villis comitatus tui vigilias fieri facias per plures homines, sicut annis preteritis fieri consuevit; scire eciam facias omnibus eorundem comitatuum quod ad pacem nostram conservandam et ad malefactores illos arestandos et capiendos diligenciam apponant. Quod si non faciant, id sumptibus suis fieri faciemus. Teste rege apud Wind' xviij. die Marcii (*sic*).

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Oxon' et Berk', Devon', Essex' et Hertford', Ebor', Cumberl', Suht', Middels', Notingh' et Dereb', Norhumbr', Westmerl', Sumers' et Dors', et eodem modo mandatum est omnibus aliis vicecomitibus.

Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod facta inquisicione de valore terre Philippi de Cumbewell', si per eandem invenerit ipsum non habere xx. libratas terre nec feodum militis integrum, tunc ipsum non distringat ad arma capienda et se militem faciendum. Teste ut supra.

Rex rogat archiepiscopum Dublinensem quod negocium regis de decima per triennium ante passagium regis de legatis promissis et debitis Terre Sancte ad opus regis de die in diem colligendis in Hibernia una cum Magistro Johanne de Frusinon', collega suo a domino papa ad hoc assignato, viriliter exequi velit ; et rex bene vult ut de premissis idem Magister recipiat utiles et necessarias expensas sua (*sic*) pro se et familia sua. Teste ut supra.

Rex R. de Thurk' et sociis suis de Banco, salutem. Licet dilectus et fidelis noster Gerardus de Rodes egressus fuerit regnum nostrum de licencia nostra et in recessu suo optinuerit protectionem nostram, nolumus tamen quod occasione dicte protectionis justicia differatur facienda super warantizacionem quam facere debet S. Karl' episcopo de terris unde idem episcopus vocat eundem Gerardum ad warantum ; et ideo vobis mandamus quod scire facias vicecomiti nostro Noting' qui scire faciet ballivis ejusdem Gerardi in comitatu suo quod idem Gerardus sit coram justiciariis nostris apud Westmonasterium a die Sancti Michaelis in xv. dies ad faciendum ibi super warantizacionem predictam quod jus postulaverit, non obstante protectione predicta. Teste rege apud Wind' xxiij. die Maii. Per ipsum regem.

Quia quidam malevoli intruserunt se in castrum de Penros hostiliter illud detinendo et contra pacem regis, mandatum est Waler' Teutonico quod illuc personaliter accedens castrum illud ab hiis qui intra se tenent ei reddi requirat ad opus regis ; quod si noluerint, hoc vicecomiti Herefordie constare faciat, cui rex mandavit quod cum toto posse comitatus sui ei occurrat ad mandatum ipsius Waler', et totis

1251.

viribus suis et dicti vicecomitis in unum collectis dictum castrum obsideri, et in manum regis capi faciat tam illos quos in eodem castro invenerit quam alios qui intrusioni illi interfuerint, ubicunque sint, in prisonam regis [capiant *cancelled*] retrudendo; et rex mandavit predicto vicecomiti quod ipsos transgressores salvo custodiat in prisona regis, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Rading' xxiij. die Maii.

Mandatum est decano et subdecano Wellen' cum toto tenore litere apostolice ne magnates et barones regni Anglie trahantur per litteras apostolicas extra regnum, firmiter prohibendo ne in loquela que vertitur inter P. Herefordensem episcopum et decanum et capitulum Herefordie ex altera contra indulgenciam predictam, aliquid in prejudicium regis vel suorum attemptent; hoc idem Ade de Gessiz et Luce de Membur' et aliis commissariis suis in hac parte districte prohibendo mandat. Teste ut supra.

Londonia.—Isabella Steperhang' concessit domino regi ad opus Nicholai de Yatinged' xj. libras redditus vel terre quamcicius recuperaverit omnes terras et redditus et tenementa que fuerunt Radulfi Parmentarii, avunculi sui, cujus heres ipsa est, per presentacionem Willelmi de Eboraco sedentis apud Turrim Londonie, et eo pacto et concessione predicta rex concessit eidem Isabelle justiciarios sedentes ad Turrim predictam.

Willelmus de Cantilup' recognovit coram rege se non habere aliquem in castro de Penros, nec se aliquem advocare qui se tenuerit hostiliter in eodem castro. Teste rege apud Bustlesh' xxiiij. die Maii.

Wallia.—Monstravit regi Kenewreccus filius Ithel quod Alanus la Zusch', justiciarius Cestrie, eum injuste et sine judicio disseisivit de quadam terra sua in balliva ipsius A.; et quia rex non vult quod ipse vel alius sic sine causa de terra sua ejiciatur, mandatum est eidem A. quod eidem Kenewrecco talem qualem prius de predicta terra habuit seisinam rehabere faciat, et si quid juris nomine regis in terra illa clamare possit, nichilominus ipsum propter hoc deduci faciat, secundum legem et consuetudinem parcium illarum. Ne amplius. Teste etc. ut supra. Per J. Waler'.

Rex A. justiciario Cestrie, salutem. Monstraverunt nobis homines nostri de Ros et de Royneoy et de Defrencloyt quod vos distringitis eos ad novas, inusitatas, et [inauditas *cancelled*] injustas consuetudines faciendas contra convencionem post guerram inter nos et ipsos factam, de quo miramur; unde mandamus quod ab eis non exigatis vel exigi perm[i]ttatis alias consuetudines vel servicia quam facere consueverunt tempore Leulini, quondam principis Norwallie, quia volumus quod convencio illa eis observetur, et super hoc eis omnino pacem habere permittatis usque ad xv. Sancti Michaelis, quia tunc vos [rex *cancelled*] de consilio nostro [suo *cancelled*], in presencia vestra et quorundam ex hominibus illis, de premissis volumus habere tractatum, nec ipsos inquietetis occasione querimonie sue quam coram nobis inde deposuerunt. Teste ut supra. Per eundem.

1251.

Et rex vult quod predicti homines pro voluntate sua ad commodum suum assartare possint ; et mandatum est eidem justiciario quod id fieri permittat.

Eodem modo mandatum est eidem justiciario pro hominibus de Englefeud', excepta licencia assartandi. Teste ut supra.

[m. 12*d*.] Mandatum est vicecomiti Wiltes' quod non distringat Johannem de la Strode ad se militem faciendum, donec rex aliud inde preceperit. Teste ut supra. Per W. de Chaeny.

Monstravit regi Rogerus Bertram quod Johannes filius Simonis, senescallus foreste regis Norhumbrie, ipsum inpedit quominus possit in bosco suo proprio in foresta predicta habere aliquam liberacionem ad maneria sua extra forestam secundum quod ipse et antecessores sui semper habuerunt, scilicet de viridi cum liberacione forestarii et de mortuo bosco sine liberacione. Aufert eciam ei medietatem herbagii et totum inparcamentum dat suis forestariis ad suam exheredacionem. Inpedit eciam villanos suos quominus possint habere clausturam de bosco suo in villis suis infra forestam, nisi quelibet villata velit dare singulis annis v. solidos, quod nunquam antea fieri consuevit. Ceterum cum idem Rogerus et progenitores sui usi sunt semper tali libertate quod si forestarius eorum inveniret malefactores in foresta predicta de viridi vel sicco, regi primo emendam caperet qualis ad regem pertineret racione foreste, et idem Rogerus id quod ad ipsum pertineret racione bosci sui, prefatus senescallus ipsum inpedit quominus capiat secundariam satisfaccionem ; et mandatum est G. de Langel' quod ipsum Rogerum stare faciat in [manifestis et non dubitabilibus libertatibus supradictis *cancelled*] eisdem libertatibus quibus ipse et antecessores sui usque ad tempus vestrum usi sunt una cum aliis quampluribus ejusdem comitatus qui sunt in consimili querimonia usque ad quindenam Sancti Michaelis, ut interim, mediante consilio magnatum, rex deliberet quin inde melius et discrecius fuerit factum, et usque ad tempus predictum ab injustis exaccionibus et gravaminibus desistat, taliter se gerens ne ei tribuatur matteria conquerendi. Teste ut supra. Per J. de Lexinton'.

Eodem modo mandatum est Johanni filio Simonis, senescallo foreste regis Norhumbrie.

Mandatum est ballivis de Odiham' quod confirmacionem quam rex fecit Willelmo de Sinagun de terris et tenementis que Johannes de Stapel' ei dedit in villa de Stapel', que est menbrum manerii regis de Odiham', in plena curia legi et libertates et quietancias in illa contentas ei firmiter faciant observari. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod laicam vim amoveat ab ecclesia W. de Axem' de Whitinton'. Teste ut supra.

Buk'.—Prior hospitalis Sancti Johannis Jerusalem' in Anglia attornavit loco suo Laurencium de Mauneby et Henricum de Slebecch', vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que est coram rege inter ipsum priorem et Laurencium de Broc, de placito debiti.

1251.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod cartam [libertatem *cancelled*] quam rex de novo fieri fecit abbati de Loco Sancti Eduuardi legi et inrotulari, et libertates et quietancias in ea contentas decetero teneri et observari faciant. Teste rege apud Wintoniam iiij. die Junii. Per P. de Rivall'.

Eodem modo mandatum est G. de Langel', justiciario foreste.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod audito compoto Hugonis Passel', quondam ballivi regis Gillingh', Shaftebur', Suht', et de Nova Foresta et terrarum B. quondam comitis Devonie, quod ei superest allocandum pro se et ministris suis, secundum quod justum fuerit et clarum, ei sine difficultate allocari faciant. Teste rege apud Clarend' vij. die Junii.

Quia rex non permittit W. de Tinehid', vicecomiti Wiltes', a latere suo discedere, mandatum est baronibus de Scaccario quod compotum ipsius vicecomitis audiendum prorogent usque in crastinum Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis pro eodem vicecomite. Teste ut supra.

Mandatum est baronibus de Scaccario quod Willelmo filio et heredi Willelmi de Uphavering' certum diem statuant ad reddendum compotum suum de tempore quo idem Willelmus senior fuit ballivus regis de Havering' et custos operacionum regis ibidem, et districcionem, si quam fecerint super ipsum propter hoc, interim relaxent. Teste ut supra.

Wigornia.—Abbas de Evesham' ponit loco suo Godefridum le Messager et Willelmum le Tailur, vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in recordo et falso judicio facto in hundredis ipsius abbatis de Fecham' et Slofton' revocato coram rege in quindena Sancti Michaelis.

Rex R. de Thurkelby, salutem. Suggestum est nobis certa quorundem relacione quod cum pridem coram vobis apud Oxoniam capta esset quedam assisa xxiiij. militum de visneto de Landebech' inter Johannem de Elynton' et Elenam de Becch' ad convincendum juratores assise nove disseisine que inter eos summonita fuit et capta per preceptum nostrum coram Henrico de Bathonia et sociis suis, justiciariis nostris ad hoc assignatis apud Novum Mercatum de tenemento in Landebech'; et per preceptum nostrum fuisset judicium predicte assise coram vobis capte coram nobis atterminatum et factum secundum recordum rotulorum vestrorum, ita quod predictus Johannes, tam in assisa predicta xxiiij. militum quam in priori xij. liberorum et legalium hominum, remansit in misericordia nostra per judicia curie nostre, idem Johannes, subprimens totum predictum processum, inpetravit a nobis iterum assisam xxiiij. militum ad reconvincendum juratores assise nove disseisine predicte; et quia non tantum insolitum est set inauditum ut iterum capiatur eadem assisa xxiiij., que prescripto modo capta est prius et alterminata secundum legem et consuetudinem regni nostri, sicut nobis relatum est, vobis mandamus quod predictam assisam capiendam in respectum ponatis, donec per rotulos nostros

1251.

tam capcionem ejusdem assise quam judicium inde sequens continentes certificemur de facto predicto. Teste rege apud Clarend' ix. die Junii.

Quia rex vult quod cuppa aurea quam emit ab Elia episcopo, Judeo Lond', pro cc. et l. marcis regi remaneat ex dono ipsius Judei, eandem pecuniam rex ab eo restitui faciet ; et ipsum et omnes alios Judeos sine dilacione distringi faciet pro tallagio suo regi reddendo festinanter ; et rex vult quod nec eidem Elie et Aaron filio Abrahe nec aliis Judeis aliqua fiat allocacio de auro quod dederint seu promiserint pro aliqua gracia a rege optenta vel optinenda de certa summa pecunie regi solvende per annum pro tallagio suo, set respondeant de tallagio suo cum communitate Judeorum Anglie. Teste ut supra.

Mandatum est vicecomiti Suht' quod illas c. marcas per quas Henricus le Macecrer de Winton' finivit cum rege pro transgressione pillor' venire faciat in garderobam regis cum festinacione quam poterit liberandas P. Chacep', custodi ejusdem garderobe. Teste ut supra.

Mandatum est abbati et conventui Sancti Edmundi quod de xl. marcis quas rex eis dederat ad maeremium cariandum de foresta de Englewod', de eisdem denariis emant maeremium ubi melius viderint expedire ad turrim supra chorum ecclesie sue reficiendum. Teste etc.

Suht'.—Thomas Grenlef venit coram rege apud Clarend' die Martis proxima post Trinitatem, et petiit terram suam et terram Michaelis de Drayton' in Drayton' sibi replegiari, que capta fuit in manum regis pro defalta quam fecerunt versus regem in loquela que est coram rege inter ipsum regem et dictos Thomam et Michaelem de tenemento in Drayton', quod est escaeta regis.

Suht'.—Isabella, que fuit uxor Rogeri de Merlay, Henricus de la Wad', et Julia, mater ejus, et Michaelis filius Elwini venerunt coram rege in vigilia Sancte Trinitatis, et petierunt per J. de Basing' terram suam in Drayton' sibi replegiari, que capta fuit in manum regis per defaltam quam fecerunt versus regem et R. de Sandford'.

[m. 11*d*.] Memorandum quod prior de Ferlegh' ponit loco suo Henricum de Malo Lacu ad recipiendum cyrographum inter W. de Valencia, fratrem regis, et ipsum de placito terre.

Et idem Willelmus attornavit loco suo Galfridum de Norhampt', clericum, ad predictum cyrographum recipiendum.

Rex justiciariis ad custodiam Judeorum assignatis, salutem. Mandamus vobis quod, si non allocastis Aaron filio Abrahe, Judeo, xxv. marcas auri, et Elie episcopo x. marcas, quas regi dederunt per sic quod ponerentur ad certam summam pecunie solvendam per annum per quatuor annos a festo Sancti Michaelis anno etc. xxxiiij., tunc predictum aurum eisdem Judeis allocari faciatis in primis terminis tallagii sui. Et quia Aaron de Eboraco, Judeus, affirmavit coram nobis quod predictum aurum prefatis Aaron et Elie alia vice per

1251.

mandatum nostrum, de quo non recolimus, fuit allocatum, vobis districte precipimus quod super hoc nos sine dilacione certificetis, scituri quod dictus Aaron de Eboraco cc. marcas argenti nobis promisit nisi predicta summa auri predictis Judeis per nos prius fuerit allocata in tallagio suo. Teste rege apud Clarendon' xij. die Junii. Per ipsum regem.

Berkes'.—Memorandum quod abbas Glastonie attornavit loco suo Willelmum Huppewel et Johannem atte Wythye, vel alterum ipsorum, in loquela que est coram rege inter ipsum abbatem et Robertum filium Hamonis de quadam convencione inter eos facta de una virgata et quinque acris terre cum pertinenciis in Essebir'.

Rex baronibus suis de Scaccario, salutem. Quia testificatum est coram nobis per H. de Wengh', escaetorem nostrum, quod Godefridus de Escudemor et Radulfus de Baskervill', qui sunt de comitatu Wiltes', post mortem Ricardi de Anesye constituerunt se plegios pro predicto Ricardo coram eodem H., ad reddendum nobis debita in quibus idem Ricardus nobis tenebatur, vobis mandamus quod distringi faciatis predictos Godefridum et Radulfum pro debitis predictis, et Walterum de Avenebur', cui vendidimus custodiam terre et heredis predicti Ricardi, de debitis predictis pacem decetero habere permittatis. Teste etc. Consimiles litteras habuit Mabilla que fuit uxor predicti Ricardi.

Rex R. de Thurkilby et sociis suis, salutem. Bene occurrit tam memorie nostre quam nostrorum consiliariorum quod tam vobis quam omnibus aliis justiciariis nostris inhibuimus ne de terris que sunt de serjantiis nostris placitum aliquod teneretis, quia omnia hujusmodi placita commisimus dilectis et fidelibus nostris R. Passel', archidiacono Lewensi, et Henrico de Wengham' terminanda, et cum dilectus et fidelis noster Egidius de Erdint' ante predictam inhibicionem per Willelmum de Benetlegh' super quadam serjantia in Wednesfeld' traheretur in placitum coram vobis occasione ipsius inhibicionis prius facte coram vobis, non comparuit ad se defendendum in placito predicto, propter quod adjudicastis ipsum defaltam fecisse, quam minime facere potuit racione memorata ; et ideo vobis mandamus quod idem Egidius propter hoc in nullo sit perdens, quia defaltam illam, quam ipsum in hoc fecisse dicitis, warantizamus eidem. Teste rege apud Clarendon' xxiiij. die Junii.

Quia rex non potest ad presens pro negociis suis aliquem specialium suorum dimittere a latere suo, qui cum Rogero de Thurkelby judicio reddendo in attincta quam Thomas de Muleton' prosequitur versus H. de Bath' valeat interesse, mandatum est eidem Rogero quod de die in diem judicium illud proroget usque ad xv. Beati Johannis Baptiste, eundem diem prefigens partibus et juratoribus assise nove disseisine inter eos capte de tenemento in Holebech et Quappel' sub ballio in quo iidem juratores fuerunt antea quod sint tunc coram rege apud Wodest' recordum illius attincte audituri et judicium suum inde recepturi. Et idem R. non omittat quin eo die sit ibidem coram rege cum recordo predicto et aliis aminiculis attinctam illam tangentibus, et habeat ibi hoc breve. Teste ut supra. Per J. de Lexinton'.

1251.

Monstravit regi Nicholaus de Cantilupo quod cum teneat quandam partem terrarum que fuerunt Thome Escoteny, qui de rege tenuit in capite, et idem Thomas terras illas distraxerit et pluribus aliis de eisdem terris dimiserit, vicecomes Lincolnie ipsum Nicholaum distringit pro toto relevio et servicio regi debitis de terris predictis tamquam teneret omnes terras que fuerunt ejusdem Thome ; et mandatum est eidem vicecomiti quod, si ita est, tunc ipsum N. non distringat nisi tantum pro porcione ipsum contingente de predictis relevio et servicio secundum quantitatem tenementi sui quam habet de terris predictis ; reliquos autem tenentes de eisdem terris distringat pro porcione ipsos tangente de eisdem terris. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Wiltes, salutem. Quia perambulacio quam fieri precepimus inter J. Mansel et Johannem de Munem', Johannam de Nevill', et Albredam de Boterell' in la Frankemor', in qua iidem Johannes, Johannes, Johanna, et Albreda posuerunt se coram nobis minus rite et insufficienter facta fuit, sicut accepimus, tum quia idem J. Mansel presens ad illam faciendam, sicut debuit, non fuit, nec clamium legitimum quod sibi competebat in ea apposuit, nec apponere potuit, tum quia milites qui fuerunt in ea assumpserunt sibi quosdam rurales ad illam faciendam contra legem et consuetudinem regni nostri ; tibi precipimus quod die Martis in crastino Sancti Kenelmi occurras ibidem vicecomiti nostro Suht', cui idem mandavimus, et perambulacionem illam fieri facias, per sacramentum legalium militum, per quos rei veritas melius sciri poterit, tam per milites de comitatu tuo quam per milites de comitatu Suht', qui nulla affinitate partes contingunt vel eisdem sint suspecti ; ita quod perambulacio illa fiat per certas metas et divisas secundum formam et tenorem prioris precepti nostri, provisurus quod milites tot et tales ibidem habeas quod perambulacio illa tunc non remaneat infecta pro defectu militum, et partibus scire facias quod ad diem illum intersint perambulacioni illi. Teste ut supra. Postmodo, quia J. Mansell' dicto die interesse non potuit, prorogatus est dies ille usque in crastinum Sancti Jacobi ; et mandatum est dictis vicecomitibus.

Rex maiori et civibus Burdegale, salutem. Sciatis quod Robertus filius Henrici tempestate ductus venit usque Portesm' cum navi sua que frettata erat usque Depe per quosdam mercatores vinorum, et ex illa navi capi fecimus prisam nostram ; et ideo vobis mandamus quod ipsum vel homines suos ejusdem navis propter hoc non occasionetis nec occasionari permittatis. Teste ut supra.

Abbas de Dora et Johannes de Monem' posuerunt se coram rege in perambulacione facienda inter terram ipsius abbatis de Kingeston' et terram dicti Johannis in Trivel in comitatu Herefordie ; et mandatum est eidem vicecomiti quod illam scire faciat justiciariis ad primam assisam.

[m. 10*d*.] Mandatum est Eduuardo de Westmonasterio quod die Apostolorum Petri et Pauli atachiari faciat crucefixo apud Westmonasterium xij. obolos de musca, et totidem feretro Sancti Erkenwald' apud Sanctum Paulum, Lond', et in die Translacionis Sancti Thome Martiris, totidem

1251.

feretro ejusdem sancti apud Cantuariam pro capitaneo nostro. Teste rege apud Clarendon' xxiiij. die Junii.

Mandatum est vicecomiti Salopie quod fieri faciat perambulacionem inter terram abbatis Salopie in Hauekel' et Rocley et terram Willelmi de Gardinis in Hothal', ita etc., et scire faciat [justiciariis ad primam assisam *cancelled*] regi ubicumque sit a die Sancti Michaelis in unum mensem.

Quia rex vendicat sibi jus in manerio de Dodinton', quod Johannes de Eyncurt tenet, mandatum est vicecomiti Norht' firmiter injungendo quod non permittat ipsum Johannem tenentes de eodem manerio per redempcionem vel alio modo destruere vel inpedire, quominus possint terras suas excolere quousque plenius in curia nostra fuerit discussum de jure regis in manerio predicto, set ipsos tenentes taliter in premissis manuteneat et tueatur, ne pro defectu ejus ampliorem inde clamorem audiat pro quo ad ipsum rex graviter se capere debeat. Teste rege apud Merleberge xxix. die Junii, per consilium H. de Bretton'.

Cum rex assignaverit Willelmum de Landa, Gerardum Salveyn de Pykering', Willelmum Haket et Willelmum de Barton' de Gautris, ad vendendum subboscum regis in omnibus dominicis boscis suis et siccum boscum tam in haiis quam in dominicis boscis regis in comitatu Eboraci, et idem Willelmus de Landa pro quibusdam negociis suis que habet expedienda in curia regis cum ipsis Gerardo, Willelmo et Willelmo ad presens commode interesse non possit provisioni faciende de vendicione predicta, mandatum est predictis Gerardo, Willelmo et Willelmo quod non exspectata presencia ipsius Willelmi de Landa provideant inter se de vendicione illa, prout commodo regis melius viderint expedire, secundum tenorem litterarum regis patencium prius inde eis directarum. Teste rege apud Merleberg' xxx. die Junii. Per ipsum regem.

Mandatum est vicecomiti Eboraci quod non distringat nec distringi permittat Hascuill' de Cleseby ad arma militaria capienda citra proximum futurum festum Pentecostes, quia inde usque ad terminum predictum respectum dedit rex eidem. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Eodem modo mandatum est custodi honoris Rychemundie. Teste ut supra. Per R. filium Nicholai.

Mandatum est ballivis Cantuarie quod si Johannes de Vallibus, clericus Ingerami de Fesnes, racionabiliter ostendere poterit quatuor equos in villa Cantuarie arestatos suos esse, ipsos ei deliberet sine mora. Teste rege apud Wodest' vj. die Julii.

Quia rex accepit per inquisicionem quam per Nicholaum de Halo et vicecomitem Kancie et ballivos Cantuarie nuper fieri precepit de pecunia furtive ablata Egidio Godentin, servienti Johannis Alverdon', mercatoris de Brug', in civitate Cantuarie, quod Henricus Baudewin', hospes predicti Egidii, uxor ejus, et Petrus Ruban, mercator Bononie,

1251.

ex certis judiciis malecreduntur de furto memorato, rex vult quod adhuc amplius per juratores inquiratur de premissis, et quod postea secundum legem et consuetudinem regni prefatos suspectos alloquamini et justicie complementum faciatis de eisdem et catalla eorum arestari; et si in judicio ferendo aliquid oriatur questionis judicium ipsum prorogetis usque ad proximum adventum regis Londonie. Teste ut supra.

Rex vicecomiti Eboraci, salutem. Monstravit nobis Willelmus de Landa quod cum ipse per preceptum nostrum esset in servicio nostro et interim Eustachia, uxor ejus, de qua prolem suscitavit, ut dicitur, moreretur, propter quod idem Willelmus secundum legem et consuetudinem regni nostri vendicat sibi liberum tenementum de terris et tenementis que fuerunt ejusdem Eustachie, Rogerus de Mumbray cum vi sua predictum Willelmum in absencia sua a predictis terris et tenementis ejecit; et quia nolumus quod dictus Willelmus per absenciam suam occasione servicii nostri aliquod dispendium de libero tenemento suo incurrat, si liberum tenementum inde habere debeat, reddidimus ei eandem seisinam de eisdem terris et tenementis quam inde habuit quando ivit in servicium nostrum, ita quod predictus Rogerus vel aliquis alius qui, quando venerit coram nobis, monstrare poterit quod majus jus habeat in terris et tenementis predictis, dictus Willelmus nobis eandem seisinam reddet inde quam ei reddidimus, et nos extunc ei qui majus jus in eis habebit seisinam ei reddemus; et ideo tibi precipimus quod prefato Willelmo de prefatis terris et tenementis plenam seisinam habere faciatis, sicut predictum est. Teste ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Postea mandatum fuit vicecomiti Eboraci quod ipsum Willelmum de Landa venire faciat coram rege in octabis Assumpcionis Beate Marie, ubicumque etc. ad docendum de jure suo quod habet ad terras et tenementa predicta quia Willelmus de Wivill', filius et heres ipsius Eustachie, paratus est docere quod habet majus jus in eisdem; et mandatum [est] eidem Willelmo de Landa quod tunc sit ibi justiciam recepturus una cum dicto Willelmo de Wivill' cui rex dedit eundem diem. Teste rege apud Rading' xxix. die Julii.

Rex J. filio E. justiciario Hibernie, salutem. Quia nobis pro certo est relatum quod hospitalarii, templarii, et alii viri religiosi tam in civitate nostra Dublin' quam in aliis civitatibus nostris Hibernie edificia et possessiones sibi diversimodo acquirunt, nolentes eorundem edificiorum et possessionum tenentes in eisdem civitatibus de tallagiis et aliis exaccionibus et juribus nobis competentibus habere immunitatem, vobis districte mandamus quatinus decetero non permittatis prefatos hospitalarios, templarios vel alios religiosos aliqua edificia vel possessiones adipisci vel optinere in civitatibus predictis sine assensu et voluntate nostra speciali. Teste rege apud Wodest' viij. die Julii.

Mandatum est ballivis Cantebrigie quod id quod priori de Caldewell' restat reddendum de elemosina regis constituta, quam hucusque per manus suas percipere consuevit, reddi faciant, ita quod

1251.

pro defectu vestri rex iteratam inde querelam non audiat, propter quod oporteat regi ad hoc aliter manum apponere. Teste at supra. Per ipsum regem.

Mandatum est vicecomiti Oxon' et Berk' quod distringat Willelmum Capellanum, Willelmum de Sancto Audoeno, Andream Caperun, et Nicholaum le Pestur, vinetarios de Wodest', pro xviij.li. xiij.s. et iiij.d. regi reddendis in garderoba sua infra quindenam Sancti Michaelis. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est vicecomiti Eboraci de districcione facienda super Nicholaum Orger et ceteros cives Eboraci pro iiij.li. vij.s. ij.d. et Johannem de Seleby et alios xv.li. vj.s. ad eundem diem.

Et vicecomiti Warr' et Leyc' de districcione super Philippum Marmiun pro x.li. xiij.s. et iiij.d. et super W. de Cantilup' pro xiiij. marcis, vj.s. et viij.d. ad eundem diem.

Et vicecomiti Salopie super Thomam Corbet pro viij. marcis.

Et vicecomiti Gloucestrie super Mauricium de Berkel' pro iiij. marcis, Willelmum de Watford' pro iiij. marcis, Rogerum de Lokinton' pro iij. marcis, et Ricardum de Saunford' pro xj.li.

[Et] vicecomiti Cantebrigie super Rogerum de Letlinton', vinetarium de Cruce Roesie, pro v. marcis.

Et vicecomiti Norff' et Suff' super heredes Gilberti de Novo Mercato pro xl.s.

Suht'. De Azone Beneyt [pro] xj.li. et Benedicto Ace, Ricardo de Soneburn' et Johanna de Aumbli [pro] ix.li.

Lincolnia. De Ricardo Peck' de Saunford [pro] xviij.li. xiij.s. et iiij.d. et de eodem [pro] xv.li. ex alia parte.

Essex. Johannes Waleys et Reginaldus Ruffus [pro] x.li. et ij. marcis et dimidia ad predictum diem reddendis.

Rex mandat B. de Crioll', custodi Quinque Portuum, et firmiter injungit quod si aliqua fiat pastorum congregatio in balliva sua que se dicat in Terram Sanctam velle proficisci, eidem congregacioni scire faciat ex parte regis ut statim exeant regnum regis et transfretent indilate; et si post hujusmodi edictum regis moram traxerint ulteriorem in partibus illis, invocato auxilio vicecomitis Kancie, cui rex idem mandavit, ipsos capi faciat et disgreget, nec ipsos iterum aliquatenus congregari permittat. Teste rege apud Wodest' viij. die Julii.

Eodem modo mandatum est vicecomitibus Londonie et omnibus aliis vicecomitibus per Angliam.

De moneta Scoticana.—Quia per diversitatem monete in regno Anglie currentis posset tam indigenis quam alienigenis grave dispendium provenire, mandatum est vicecomiti Norhumbrie quod in pleno comitatu suo et per totam ballivam suam publice proclamari faciat et firmiter prohiberi super forisfacturam regis ne moneta Scoticana vel alia preter novam monetam regis decetero currat in dicto regno maxime cum monete diverse non sint ejusdem estimacionis et valoris cum nova moneta regis antedicta. Teste ut supra.

Eodem modo mandatum est singulis aliis vicecomitibus Anglie. Teste etc.

1251.
[m. 9d.]

Wiltes.—Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westmonasterium a die Pasche in tres septimanas anno regni regis Henrici filii regis Johannis tricesimo quinto, coram ipso domino rege, Radulfo filio Nicholai, Bertramo de Crioyl, sen', Gilberto de Segrave, et Henrico de Bretton', justiciariis, et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Willelmum de Valencia, querentem, et Simonem, priorem de Ferleg', deforciantem, de decem acris terre cum pertinenciis in Sopwrth', unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod predictus prior recognovit totam predictam terram cum pertinenciis esse jus ipsius Willelmi, et pro hac recognicione, fine, et concordia idem Willelmus dedit et concessit dicto priori quinque acras terre cum pertinenciis de eadem terra, scilicet que jacent in Fulewell' Furlang', et extendunt se a regali chimino qui vocatur Follewellueye, usque in rivulum qui vocatur Folewellsike; et preterea dimidiam acram que jacet ex altera parte rivuli versus orientem; habendas et tenendas eidem priori et successoribus suis et ecclesie sue de Farleg' de predicto Willelmo et heredibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam, quietas ab omni seculari servicio et exaccione inperpetuum.

Mandatum est R. de Thurkelby et sociis suis, justiciariis de Banco, quod, non obstante revocacione recordi quam rex fecit nuper coram se ipso de loquela que deducta est coram ipsis inter Milonem Basset, petentem, et Johannem Basset, tenentem, de duabus carucatis terre, dimidia virgata, una acra terre, et una acra prati cum pertinenciis in Nortmorton', procedant in loquela illa et judicium proferant de eadem secundum quod de jure et lege terre fuerit proferendum die a vobis partibus ad hoc assignato. Teste rege apud Wodest' viij. die Julii.

Willelmus de Brettevill' habet respectum de se milite faciendo usque in unum annum post festum Sancte Margarete Virginis, anno xxxv.; et mandatum est vicecomiti Eboraci quod ipsum interim propter hoc non distringat. Teste ut supra.

Pro Galfrido de Lezignan'.—Memorandum quod ita convenit inter Galfridum de Lezignan' et homines de Brampton', videlicet quod homines de Brampton' in comitatu Huntedonie debent reficere aulam de Brampton' et magnam grangiam infra instantem Resurreccionem Domini, et alias tres domos infra Nativitatem Beati Johannis Baptiste proximo sequentem, et debent insuper reddere dicto G. xx. marcas infra diem mercurii proximam post festum Beate Marie Magdalene apud Londoniam; et si in aliquo istorum defecerint, reddere tenentur dicto G. xl. marcas pro pena.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio, illustri regi Anglie, salutem et apostolicam benediccionem. Ut tuis insistentes obsequiis prerogativa favoris graciose prosequamur tue sinceritatis precamina nos hortantur; cum igitur venerabili fratri nostro, archiepiscopo Cantuariensi, omnium vacaturorum beneficiorum sue provincie primi anni proventus usque ad certi temporis spacium pro exoneracione debitorum Cantuariensis ecclesie duximus concedendos, nos volentes tibi famulantibus tui

1251.

consideracione specialem graciam facere in hac parte, tuis precibus inclinati, auctoritate presentium tibi indulgemus ut familiares clerici tui ad exhibicionem proventuum hujusmodi nequeant coartari, set ab eorum prestacione sint liberi penitus et inmunes. Nulli ergo hominum licet hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem contra hec attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Lugdun' iij. nonis Marcii pontificatus nostri anno octavo.

Et ad hoc privilegium regis exequendum constitutus est magister Nicholaus de Plumpton' coram abbate Westmonasterii, conservatore regis hujus privilegii, et habet inde litteras regis patentes.

Pro certo didicit rex quod occasione Castri Matillidis quod rex nuper commisit H. de Boun, comiti Essex' et Hertford' (*sic*) custodiendum usque ad legitimam etatem Rogeri filii et heredis Radulfi de Tony, cepit in manum suam terras Godefridi de Gamasches de Bowered' et Trewern', quas de rege tenet in capite et que contigue sunt terris castri predicti; et quia in commissione ejusdem castri non fuit intencionis regis aliquas terras ei committere nisi solum eas que ad castrum illud pertinent, mandatum est eidem comiti quod prefato Godefrido terras suas predictas restituat indilate. Teste ut supra.

Rex A. la Zusch', justiciario Cestrie, salutem. Querelam pauperum hominum nostrorum accepimus continentem quod vos ipsos indebite gravatis et ultra modum firmam suam exaltando et alias consuetudines et servicia exigendo ab eisdem quam facere consueverunt temporibus Johannis Extraney et aliorum justiciariorum nostrorum Cestrie; et ideo vobis mandamus quod, a prefatis gravaminibus penitus desistentes, ab eis non exigatis alias consuetudines vel servicia quam facere consueverunt temporibus memoratis. Teste rege apud Wodest' xv. die Julii.

Monstravit regi Ricardus filius Reginaldi et Clemens de Amnesley, mercatores de Len, quod cum ducerent quandam navem per provinciam de Hathel' cum mercandisis, quidam de civitate de Hamburg' navem illam ceperunt et bona in ea inventa in felonia asportaverunt, et ea adhuc detinent; et mandatum est vicecomiti Norff' quod si quam navem de districtu predicte civitatis in balliva sua invenerit, eam arestari faciat cum omnibus mercandisis in ea inventis, donec rex aliud inde preceperit. Teste rege apud Merewell' xxij. die Julii.

[m. 8*d.*] Rex de sui gracia dedit et concessit prioribus Sancti Andree, Norht' et de Thefford', vel alteri eorum, si ambo interesse non possint, ad faciendum attornatos vel attornatum pro abbate Cluniacensi ad lucrandum etc. in omnibus placitis motis et movendis tam pro ipso abbate quam contra ipsum.

Nigellus Beck', quondam vicecomes Suhamptonie, recognovit coram rege quod ipse satisfaciet Avicie de Columbariis de hoc quod ei restat reddendum de cc. marcis in quibus rex eidem Avicie tenebatur pro manerio de Colingeburn' infra festum Sancti Petri ad Vincula.

1251.

Mandatum est vicecomiti Suht' quod fieri faciat perambulacionem inter terram Walteri de Insula in Gatecumb' et terram Johannis le Martre in Huvingforth', quia predicti posuerunt se coram rege super perambulacionem illam. Teste etc.

Mandatum est ballivis Cantuarie quod de terris, domibus, et catallis que Henricus Boydin habet in balliva sua fieri faciant xx. libras solvendas B. de Crioyll'.

Mandatum est maiori et ballivis Oxonie quod libertates et articulos contentos in scripto concessionis regis quam fecit universitati scolarium Oxonie et burgensibus regis ejusdem ville anno etc. xxxij° apud Wudestok', cui sigillum Radulfi filii Nicholai appensum est, decetero teneri et firmiter observari faciant. Teste etc.

De foresta.—Summonita sunt placita foreste coram G. de Langel' et sociis suis apud Karleolum in comitatu Cumberland' cum atachiamentis. Teste rege apud Shireburn' xxv. die Julii.

Et coram eisdem in comitatu Lancastrie ad diem quem idem G. scire faciet vicecomiti apud Lancastriam.

[m. 7*d.*] *Ebor'.*—Iter justiciariorum in comitatu Ebor' sumonitum est coram Rogero de Thurkelby et sociis suis, quos rex una cum eo justiciarios assignavit, in quindena Sancti Michaelis apud Eboracum ; et mandatum est vicecomiti Ebor' quod summoneat archiepiscopos etc., ut patet in dorso clausarum in anno xxxij°. Teste rege apud Shireburn' xxv. die Julii.

In comitatu Uriel' in Hibernia.—Avicia que fuit uxor Willelmi de Lucy, ponit loco suo Philippum de Lucy et Willelmum de Kilfecl', clericum, vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in placito suo ad prosequendum in Hibernia breve suum de dote, unde nichil habet, ut dicit, versus Philippum Keling', Robertum le Flemeng', Simonem Serl', Henricum de Balimalidan, et alios etc.

Cestresir'.—Mandatum est A. la Zusch', justiciario Cestrie, quod permittat homines trium cantredorum de Ros, Ryonnoc, et Deferincloyt assartare proprios boscos suos et comodum suum inde facere pro voluntate sua ; et quod idem A. sit ad regem in festo Sancti Michaelis ad certificandum regi super articulis regi intimatis a partibus predictis. Teste rege apud Rading' xxviij. die Julii.

Pro mercatoribus.—Mandatum est vicecomiti Oxonie quod distringat abbatem de Osen' et alios de balliva sua ad quorum manus panni, quibus mercatores de Doway depredati fuerunt, devenerint, ad pannos illos eisdem reddendos, et quod inquirat tam per Judeos quam Christianos ville Oxonie qui aliquid habent de pannis predictis, et illos distringat ad id quod inde habuerint eisdem restituendum. Teste ut supra. Per regem.

[*Pro*] *mercatore Londonie.*—Mandatum est vicecomitibus Londonie quod per probos et legales homines de civitate Londonie extendi faciant domos et redditus qui sunt Henrici la Feyte, civis nostri

1251. Londonie, et illos una cum mobilibus suis, si que habeat, per visum eorundem et per justam extentam Laurencio de Portingal' faciant assignari, donec debita que prefatus Laurencius a predicto Henrico sibi deberi legitime probare poterit levaverit ex eisdem; ita tamen quod domus et redditus illi ad ipsum Henricum postquam mercatori fuerit satisfactum libere revertantur. Teste rege apud Wind' iij. die Augusti, anno etc.

Mandatum est Innocentio, summo pontifici, quod decimas proventuum ecclesiasticorum in Auxitan' et Burdegal' provinciis, super cujus concessione ad opus Gaufridi de Lez', fratris regis, per litteras papales fuit requisitus, assensum prebere non potest, cum rex ex hoc detrimentum incurreret et dampnum. Teste rege apud Wind' iiij. die Augusti, anno etc. Per regem.

Mandatum est G. de Langel', justiciario foreste, quod rex permitteret dictum G. tenere placita foreste comitis Derb' ad peticionem ipsius comitis inter Ribbell' et Mers'; et quia nescitur utrum comes habeat talem libertatem quod debeat hujusmodi placita tenere vel quod homines illius foreste debeant sequi placita foreste apud Lancastriam; et mandatum est eidem G. quod diligenter inquirat veritatem in hac parte, et si constiterit quod dictus comes habeat libertatem hujusmodi placita tenere, et quod predicti homines non debeant sequi placita foreste apud Lancastriam vel alibi, concessit rex quod dictus G. teneat placita foreste predicti comitis quatenus facere poterit sine prejudicio regis. Teste rege ut supra. Per ipsum regem.

Monstravit regi Samar' de Winton', Judeus, quod justiciarii ad custodiam Judeorum assignati ipsum gravant indebite, exigendo ab eo aliam securitatem quam faciunt ab aliis Judeis; et mandatum est eisdem quod ipsum pertractent sicut alios Judeos in debitis suis, nisi racionabilem causam habuerint aliter faciendi. Teste ut supra.

Rex episcopo Sarisburiensi, salutem. Cum Henricus de Hervey peteret in curia nostra de Cocham', per breve nostrum, unum mesuagium et sexaginta acras terre cum pertinenciis in Cocham' versus Andream de Cochalm' et Emmam, uxorem ejus, ut jus suum, et idem Andreas et Emma dicerent eandem Emmam pluribus racionibus majus jus habere in mesuagio illo et terra illa, idem Henricus eidem Emme notam opposuit bastardie; et quia cogniciones hujusmodi casuum ad forum spectant ecclesiasticum, vobis mandamus rogantes quatinus vocatis coram vobis qui fuerint evocandi rei veritatem inquiratis de premissis, et quid inde inveneritis nobis constare faciatis. Teste etc. ut supra. Per Radulfum filium Nicholai.

Wigornia.—Frater E. abbas de Persor' posuit loco suo fratrem Willelmum de Whitcherch', monachum suum, et Robertum de Chiltham, clericum suum, vel alterum eorum, ad lucrandum etc. in loquela que summonita est coram rege inter ipsum abbatem, querentem, et priorem de Magna Malverne, impedientem, de advocacione ecclesie de Ekinton'.

1251.

Mandatum est maiori et vicecomitibus Londonie quod de domibus, catallis, et omnibus bonis Henrici la Feyte, mobilibus et inmobilibus, que idem Henricus habet in civitate Londonie, sine dilacione plenam seisinam habere faciant Laurencio Martini de Portingal', tenenda quousque plenarie fuerit satisfactum eidem Laurencio de debito in quo eidem Martino tenetur. Teste rege apud Wind' vij. die Augusti, anno etc.

Oxon' et Berk'.—Willelmus de Huntercumb' attornavit etc. Willelmum Morin ad lucrandum in loquela que est inter Philippum de Couel' et Johannem de Aure et prefatum Willelmum coram banco de Sheffeud' et Wiccherch'.

